AVICENNAE

PHILOSOPHI PRAECLARISSIMI, AC MEDICORVM PRINCIPIS

LIBELLVS DE REMOVENDIS nocumentis, quæ accidunt in regimine sanitatis.

Tractatus eiusdem Auicennæ de syrupo acetoso.

Syrasi philosophi, ac medici excellentissimi expositiones super secundam, & tertiam, & partem quartæ fen primi canonis Auicennæ.

Ebenefis philosophi, ac medici excellentissimi expositio super quintum canonem Auicennæ.

Tractatus de ponderibus, & mensuris.

Ab Andrea alpago bellunensi philosopho, ac medico, idiomatisq; arabici peritissimo ex arabico in latinum uersa, ac nunc primum in lucem ædita.


Ne quis alius per decennium hæc opuscula imprimat, uel impressa uendat, Illustrissimi Venetorum Senatus decreto cautum est, ut interius intuenti per eius priuilegium demostratur.




Ex.ti Verum Angeletti



Fris Andreæ Carmelitæ





Venetijs Apud Cominum de Tridino Montisferrati, Anno M. D. XLVII.

M. D. XLVII DIE VLTIMO MAII IN ROGATIS.

CHe con l'auctorita di questo conseio sia concesso a D. Paulo alpago Doctor di medicina, che alcuno senza permissione sua per anni. x. proximi non possa stampar, ne far stampar, ne vender in questa nostra cita, ne in alcun loco del Dominio nostro, ne altroue stampati in quelli, vender li libri di Auicenna De remouendis nocumentis, quæ accidunt in regimine sanitatis. De syrupo acetoso. L'expositione de syrasi sopra la secunda, & tertia, & quarta fen del primo canone di Auicenna. L'expositione de Ebenesis sopra il quinto canone di Auicenna, Et lo tractato de pōderibus & mensuris sotto la irremissibel pena de ducati. 200. per cadauno volume li fosse trouato, & perder li libri stampati: la mita de liquali ducati. 100. sia de li Clarissimi Auogadori de comun, ouer del magistrato, auanti alqual sia data l'accusa, & laltra mita sia diuisa tra l'accusatore & ditto. D. Paulo, & tutti li volumi siano de esso. D. Paulo.

SEBASTIANO FOSCHARENO. D. SENATORI VEneto amplissimo, viro eruditissimo, ac patrono colendissimo Paulus alpagus physicus bellunensis. S. P. D.

DVabus potissimum vijs insistat, oportet senator clarissime, qui, quod ad rem literariam attinet, suę ętatis hominibus, posterisq; pręclare consultum cupit: suis videlicet voluminibus ędendis: vel alienis inuulgandis. Harum duarum laudum cum prioris non sit expers Andreas alpagus bellunensis physicus patruus meus: quod plura opuscula, ac comentaria suo ipse marte confecerit: quæ partim sunt vulgata, partim penes me sunt inuulganda: In secunda certe tanto, meo iudicio (absit verbo inuidia) cæteris aut pręstat, aut par est, quāto illa maiora Auicennę de re medica opera, quę ipse Arabum linguam optime callēs in nostrā translata tanq; ab inferis reuocauit, si ad vitæ, hominumq; commoda, necessitatemq; spectes, cæteris cęterorum voluminibus, quæ ad hanc diē extent, pręstare, vel saltem esse paria comuni iā omnium consensu receptum est: Et tu tibi ipsi testis esse potes, qui cum scientiarum, ac rerum omnium cognitionem habeas, hunc priuatim authorem ita amas, callesq;, vt oculos, digitosq; tuos. Transtulerat idem patruus meus Auicennę atq; aliorum Arabum opuscula complura, aurea quidem omnia: quorum nonnulla, vt compendium de anima, libellum de Mahad &c. cum ipse morte pręuentus in lucem dare non potuerit: ego, qui vt bonorum, ita laborum eius hęres esse debebam, non multo antea curaui imprimenda. Cum vero haberem nunc pręmanibus libellū eiusdem Auicennę de corrigendis, nocumētis, quę accidunt in regimine sanitatis: & tractatum eiusdem de syrupo acetoso, necnon comentaria quędā clarissimorū Arabum Syrasi, Ebenesis super librum canonis Auicennæ lucubratissima, quę lucem desiderant, ac merentur fulgentissimā, tua sese mihi amplitudo obtulit: cuius vel nominis splendore tum e tenebris exirent tutius, tum hac aura, atq; luce tutius fruerentur. Pręter. n. id, q; tu sis inter patritios venetos, ac senatores eminentissimus: quos ego omnes regibus ęquare, ac etiam pręferre merum ipse soleo: quod regiā vim, cū magistratū aliquē maiorem exercent, obtineant: ac Regum inuidia, q; id Reipublicæ nomine pręstent, careant: Præter id, q; eruditione, atq; scientiarum omnium peritia inter omnes nostri tēporis pręstātiores fulgeas: Hij tibi libelli vel hoc nomine priuatim debentur: q; vt ipsi errores, qui in sanitate contingunt, cōmostrant, ac corrigunt: ita tu, cum aliquot ante annis clauo reipublicæ (vt semper ferre soles) afsideres, errores nonnullorū, qui de hac amplissima repub. parum fideliter sentiebant, merebanturq;, tam oculatissime, tamq; seuere vindicasti, vt inter laudes tuas innumeras hæc vna principem locū etiam apud posteros retētura videatur. Ad hęc omnia accedit mea in te priuata quædam, et singularis obseruantia tuis semper beneficijs, ac fauoribus, quæ tua est humanitas, cumulata, ac aucta: quę cum parem gratiam pre tenuitate viriū mearum referre nō possit, hac qualicunq; animi significatione, quę tibi a me debeantur, tanquā per transennam commostrat. Vale.

LIBELLVS AVICENNAE DE REMOVENDIS NOCVMENTIS,

quæ accidunt in regimene sanitatis. s. ex errore usus rerum non naturalium traductus ex Arabico in Latinum per Andream de alpago Bellunensem Physicum damascenum,

Prohemium Auicenæ.



RINCEPS Mahamet Alsceheli omni virtute clarissimus, amatorq; omniũ scientiarum animaduertens medicos in suis codicibus summa cum diligentia cõmemorasse res homini nociuas in vniuersali, & cauendas pro conseruatione sanitatis: Remedia vero nocumentorum ex vsu rerum prædictarũ accidentium ab ipsis medicis pretermissa fuisse, atq; ipsos in hoc maxime defecisse, rogauit, vt ego Auicena huic defectui supplerem, & libellum componerem de remouendis nocumẽtis accidentibus ex illis rebus nociuis: vt siquis aut ex appetitu inordinato, aut re cogente, aut alio quouis modo rebus prædictis vsus fuerit, à nocumentis ipsarum absolui valeat, Quamquidem petitionem cum iustam, & validam esse conspicerem, statui voluntati Principis pro mutua beniuolentia, & pro imensis suis beneficiis in me collatis satisfacere: & compendium hoc compilare: in cuius tractatu primo species errorum in regimine rerum non naturalium, & rectificationem ipsarum secundum modũ vniuersalem cõmemorabo: postea in aliis sex tractatibus magis distincte procedens: remedia nocumẽtorum supradictorum ad principis desideriũ pro viribus describere conabor: Et deus sit dator auxilii.

Tractatus primus de speciebus errorum accidentium in rebus non naturalibus, & de æquatione seu rectificatione ipsarum secundum modum uniuersalem.



Ncipiendo ergo dicamus, q quia sanitas sequitur equalitatem complexionis, & æqualitatem compositionis, sicut declarauimus in libris vniuersalibus, ideo conseruatio ipsius sanitatis fit cũ equatione rerum, & cum abstinentia corporis a multis rebus. æquatio vero rerũ est, sicut equatio aeris, & equatio cibi, et potus, et equalitas somni, & vigilię, & æqualitas motuum corporaliũ, & animalium, & contemperantia quietis, et ocii. & equalitas eius, quod euacuatur, & eius, quod retinetur. Abstinentia vero humani corporis a rebus est, sicut abstinere ab eo, quod contundit, & frangit, & quod incidit, & qđ congelat, & ab eo, qđ assat, & qđ adurit, et ab eo, qđ putrefacit, & ab eo, q generat maliciã cõplexiõis pniciosam frigidam, aut calidã, & ab eo, quod cõtrariatur cõplexioni cum proprietate. Et propterea q vnumquodq; istorum prædictorum est genus comune, sub quo ordinantur species distinctę per differentias, & species distinctæ per proprietates, necessarium erit nobis ipsas dilatare, & multiplicare, & numerare species egredientes a termino, quẽ diximus, & numerare, quæ accidunt de vno quoq; errore in vnaquaq; complexione, & quę opponuntur vnicuiq; illorum. Et nobis conueniens esset, vt manifestaremus hoc secundum viam diuisionis logicalis: verum intẽtio nostra in hoc libello, sicut est quęsitum, est abbreuiatio, & vtilitas operandi: non vtilitas verę scientię: & conuenit nobis, q alienemus hic sermones in eis, quorum rememoratio ab antiquis diffuse, & sufficiẽter tradita est. Quare nos non adducemus hic ea, quæ alienari debent, sed erimus occupati circa ea, quę rectificãt, et remouent nocumenta. Quia enumerabimus nunc species errorum cadentium in eis non secundum semitam diuisionis, sed secundum semitam compilationis, & aggregationis secũdum modum vniuersalem: postea succedet distinctio, & sermo particularis in vnoquoq; capitulo. Et nos incipiemus ab aeris contemperantia: & aer quidem in libris medicorum accipitur pro aere comuni, & pro aere particulari, & comunis quidem est aer omnibus comunis: particularis autem est, sicut aer balnei, Et sermo quidẽ de balneo ingreditur in sermone de aere. Verum nos incipiemus de aere comuni. Dicamus ergo, q rectificatio aeris, & eius contemperantia completur cum contemperantia ipsius in calore, & frigore, & contemperantia ipsius etiam in humiditate, sicut oportet fieri in locis maritimis, & in siccitate, sicut oportet in locis campestribus, & petrosis, & aridis, & montuosis, & contemperantia, & rectificatione ipsius aeris in permutatione de calore ad frigus, & de frigore ad calorem, sicut est rectificatio in horis autumni, & in ingressu balneorum, & contemperantia et aeris de fętido ad odoriferum, & de odorifero ad fętidum, & eius rectificatio, quãdo fit permutatio a septentrione ad austrum, & ab austro ad septentrionem, & rectificatio eius etiam, quando fit permutatio ex complexione regionis ad complexionem alterius regionis, et rectificatio putredinis aeris. s. pestilentialis: quando enim pestilẽtia fuerit putredo aeris, oportet cauere ab eo, et ipsum euitare in hora anhelitus vel respirationis: et rectificatio aeris conculcati, & aeris commoti. Nam aeri firmo non commoto accidit alteratio aliqua, declinans aut ad similitudinem pestilentię ex putredine calida, quamuis non sit pestilentia vera, pestilentia enim non accidit nisi a caussis aliis, aut declinans ad qualitatem frigidam, cænosam, paludosam. Et ex aere quidem existente in motu continuo sequuntur etiam species nocumentorum in corporibus, sicut dicemus in capitulo suo. Nõ. n. euacuatur, quin ex eo sequatur permutatio vaporũ, et puluerũ malorũ ex locis longinquis ad loca munda, vel ad habitationes mundas.

Regimen vniuersale in balneo obseruandum.

¶ In balneo vero sunt capitula rectificationis, vel cõtemperantię ipsius, & eius quidem rectificatio est, vt ordinata sit ingressio in eo. s. vt non fiat subita, & est rectificatio aquę ipsius balnei. s. vt sit dulcis, quæ non sit calida valde, neq; frigida, & rectificatio seu regimen morandi in ipso balneo, & regimen ordinis egrediendi ex ipso, & regimen ordinis administrãdi fricationes, & vnctiones, & ablutiones in eo, deinde in eo alienentur motus fortes, & coitus, & cibus, & res fluidę, frigidę actu, aut quę sint fortis caliditatis in potentia. Et rectificatio seu regimen horę ingressionis in balneum. s. vt non sit super vacuitatem stomaci, aut supee repletionem, & vt non sit post rem, quæ cadere facit virtutem, vel quę valde debilitet virtutem, sicut motus laboriosus, aut euacuatio sanguinis, aut solutio ventris, aut coitus multus. Amplius non sit festina egressio ab eo, immo prolongetur in eo statio seu mora, & sit assiduatio sudoris, & sedeat in loco calido. Iam ergo diximus de dispositionibus aeris, & de eius rectificatione, & de regimine balnei secundum modum vniuersalem.

Res in balneo alienandæ.

Hora ingressionis balnei.

De regimine seu rectificatione cibi in vniuersali.

Rectificatio autem cibi aut est in quantitate, quãdo est plus, aut minus, ꝙ debet, aut in qualitate. s. quando est calidior, aut frigidior, aut siccior, aut humidior, aut vehementer debilis substantię, vnde velociter putrefit, sicut lac, et aqua pluuialis, aut vehementer fortis substãtię [sicut, risum] & grana surgi, aut est cibus horribilis, sicut panis Almeli. i. pannis male coctus super cineres, aut propter vnctuositatem, sicut res plurimæ vnctuositatis, aut quia rancidum, sicut res habens vnctuositatem alteratam, aut propter acuitatem in sapore suo, sicut cepę, & allea, aut propter amaritudinẽ, sicut amigdalę amaræ, aut propter acetositatem, sicut acetum forte, aut propter viscositatem, sicut alherise. i. ferculum ex frumento fracto spissum sicut puls, & sicut pisces, aut propter asperitatem, & stipicitatem, sicut gobera, & nabach & citonia, aut propter lenitatem, sicut alfeludegi, & gummi, aut propter inflationem resultantem propter complexionem humidam, & siccam non bene permixtam interius, sicut faseoli, & mora, aut propter inflationem causa humiditatis cum frigiditate, sicut lac acetosum. Et est species rectificationis seu regiminis in ordine cibi, & aggregatione diuersorum ciborum adinuicem.

Alia litera tubera.

Alfeludegi ẽ cibarium factum ex amilo, et zucharo, sicut fabonia.

℄ Et error quidem in regimine est, vt post cibum tardę digestiõis exhibeatur cibus facilis digestionis, & sic eius digestio pręcedet, et retinebitur talis cibus a penetratione propter existentiam cibi tardę digestionis sub ipso. Aut error cõmittitur, si accipiatur aliquid lubricatiuum ante cibum tardę digestionis, aut solutiuum cum eo, aut sumatur huiusmodi ante, aut post cibum, aut sumatur aliquid exprimens vel comprimens post cibum, sicut citonia, aut sumatur aliquid retinens vel tardans in stomaco ante cibum, sicut coriandrum, aut sumatur adiuuans ad corruptionem cibo accidentem, sicut si summatur allea super caules, aut caseus super lac, acceptio enim vnius istorum festinat ad corruptionem, & alterum festinat ad caseationem. Et corruptio quidem ciborum aggregatorũ vel permixtorum, aut est propter pręparationem ipsorum ad putredinem, aut propter coagulationem, & malitiam, & propter moram in stomaco, aut propter descensionem ita, vt lubricet, aut exprimat vel comprimat, aut soluat, aut modo alio. Et species corruptionis ciborum diuersorum aggregatorum vel permixtorum, est dependens a proprietatibus ipsorum. Et ex speciebus rectificationis cibi est hora ipsius, & est, vt sumatur secundus cibus, cum iam descẽderit primus, & vt sumatur cibus, cũ iam vera fuerit fames naturalis, non accidentalis, & ęgritudinalis, sicut fames canina: & comedatur, quando iam egressus est ex stomaco humor, de quo timetur, ne ad ipsum conuertatur cibus, sicut quãdo comeditur mel existente colera in stomaco, aut comeditur lac acetosum existente flegmate in stomaco: Aut comedatur cibus, quando est iam hora conueniens pro exercitio cibi præcedentis hesterni. Et est rectificatio eorum, quę post cibum consequuntur, sicut cõsideratio, & regimen eorum, quę post cibum administrantur ex motu, & quiete, somno, & vigilia ita, vt cibus non agitetur motu continuo, neq; incrudet ipsum quies continua post eius digestionem: & vigilia quidem est sicut motus: & somnus est sicut quies. Et ex huiusmodi capitulis est consideratio dispositionũ animę ex ira, & tristitia, & lætitia, & delectatione, & alia ab istis, Nam cibi calidi cum ira assumpti nocent, & cibi sicci cum tristitia nocent, & cibi humidi cum lętitia generant multitudinem humorum, & sunt augentes communiter humores quattuor: & similiter cibi frigidi cum timore vehementi, aut lætitia superflua nocent, & similiter cibus multus cum quiete nocet: & paucitas cibi cum motu etiam nocet.

℄ Potus autem rectificatio, & regimen fit modis similibus istis prędictis, et potus quidem dicitur de aqua, & dicitur de eo, quod inebriat, & dicitur etiam de robub, & de potionibus fructuum: sed hic non est intentio nostra, nisi de aqua, & de re alia. s. re, quæ inebriat. Dicamus ergo, ꝙ rectificatio aquæ, aut est in quantitate ita, vt non sit supra quantitatem, quę oportet, aut minus, quam oportet: aut est ĩ qualitate ita, vt ipsa aqua sit, & debeat esse subtilis, leuis ponderis, priuata sapore, & odore, recipiens calorem, & frigus velociter, & sit ex flumine currẽti super lutum purum, aut super terrã dulcẽ velociter currens, longinqua a principio, a quo oritur, discooperta soli, & vento: & si fuerit ex flumine maiori, est melior, & quod ipsa sit delectabilis in gustu, & sit velocis descensus ab ore stomaci, & ab ypocundiis: & sit velociter prouocans vrinam, & sudorem.

Dulcẽ. i. insipidam nullius saporis.

Q'd si ipsa aqua fuerit paludosa, in qua nascũtur cannulę, aut sulfurea, aut aluminosa, aut vitriolosa aut ęrea, aut lithargiriosa, aut in ea fuerit virtus alicuius mineralis, tunc facit possidere species ęgritudinis. Et meliot quidem aquarum mineraliũ est aqua ferrea. Et de hoc [illegible]tulo sunt aquæ salsę, & aquæ mali saporis, amarę, & aquæ acetosę. Et de rectificatione aquarum est illud, quod dependet ab hora bibitionis ipsarum ita, vt aqua non bibatur super ieiunium, neq; post repletionem hora, qua completa est assumptio cibi, neq; post motum laboriosum, neq; post causam rarefacientem corpus supra modum, sicut est coitus, & balneum, neq; post causam spargentem vel diffundentem calorem innatum superflue, sicut ira, & lętitia: sed sit post subtiliationem cibi, & digestionem eius per transmutationem factam in chilum, tunc. n. est conueniens ad faciendum penetrare, & est conueniens etiam ad curationẽ ęgritudinum acutarum vel calidarum.

℄ Regimen autem potus alterius. s. inebriantis est in quantitate sua, quando. n. fuerit multę quantitatis, tunc operatur duas operationes contrarias, nam in corporibus calidis operatur augumentum coleræ, aut sanguinis calidi. s. colerici, & calefacit istos humores, aut facit eos putrescere, aut facit eos fluere ad profundum membrorum, In corporibus autem frigidis operatur, et causat humiditatem, & frigiditatem, secundum quod postea dicemus.

Regimen vini.

Regimen autem in qualitate vini est, quod in corporibus calidis multæ colerę vinum nõ debet esse grossæ substantię: In frigidis vero corporibus non debet esse vinum vehementis ponticitatis, & substantiæ tenuis: Et in corporibus quidem temperatis non administretur vinum amarum, neq; valde tinctũ in colore, neq; vinum eorum sit habens saporem excessiuum, neq; odorem superfluum: sed sit boni saporis super linguam discurrens, non causans in ea stipticitatem, neq; amaritudinem, neq; accetositatem, Amplius vinum magis conueniens corporibus calidis est vinum album, subtile, factum ex vuis, in quibus est aliqua acetositas: Sed corporibus frigidis vinum conueniens est vinum vetus, clarum, rubeum, potẽs, boni odoris. Et corporibus temperatis vinum conueniens est vinum ęquale vel mediocre: vinum uero permixtum aqua conueniens est corpori calido, & sicco: Et nocet habentibus neruos debiles, & habentibus augumentum humiditatis seu multam humiditatem.

Vinũ amarum est vinũ potẽs antiquum nõ dulce.

Regimen vero vini secundum horam bibitionis, est, vt non bibatur super vacuitatem, & stomaco ieiuno, præcipue in corporibus calidis siccis, neq; etiam potandũ est super cibum, neq; super cibum acutum, & post sodã, & stricturam anhelitus a colera, aut in principio obtalmię, neq; bibat illę, qui habet species lassitudinis tres simplices. s. laboriosam, extensiuam, & vlcerosam, & species

lassitudinis composita ex eis: neq; bibat ille, in quo praecesserunt dispositiones causantes raritatem meatuum, & sparsionem caliditatis naturalis: neq; bibatur vinum super ebrietatem, quoniam nocet: non enim est, sicut quidã putauerũt, ꝙ iuuet ebrietati: neq; hoc est ex eis, quae sunt obseruanda. De motu autẽ quidam est motus itineris: & quidam est motus exercitij: & quidam est motus, qui fit in coitu: qui licet sit conueniens, vt ponatur in capitulo euacuationis, tamen visum est nobis ponere ipsum in hoc capitulo: & quidam est motus animalis. De motu quidem itineris iam composuimus epistolam vel consilium pro quodam Principe, & ibi dictum est diffuse. De motu vero exercitij est species regiminis dependens a quantitate sua ita, vt non sit laboriosus, lõgus: neq; sit paucus valde. Regimen vero a qualitate dependens debet esse ita, vt non sit vehemens valde taliter, quod sit sicut longus, ꝗuis sit breuis: neq; motus prędictus debet esse debilis taliter, quod sit sicut paucus, quamuis fuerit longus: sed regimen motus exercitij dependens ab hora sua est, vt fiat post digestionem cibi primi in visceribus, & venis, & ante cibum secundum, non super cibum, & repletionem, neq; etiam super vacuitatem superfluam, sed post distãtiam temporis magnam a cibo, sicut in ieiunio: neq; post euacuationes pręcedentes solutionis ventris, aut coitus, aut sudoris, aut fluxus sanguinis narium, aut fluxus superflui menstrualis, vel alio modo, aut prouocationis vrinę, aut post euacuationem ex eruptione, aut apertura apostematis, aut alia eruptione: quod si accidat necessitas ad motum fortem nocẽtem, procedatur ad ipsum gradatim cum facilitate.

Regimen motus in vniuersali

Motus autem coitus oportet, vt non fiat super vacuitatem puram, ne superueniat cõmotio colerę, aut aliud ex his, quę dicemus: neq; super repletionem puram: neq; post flobotomiam, aut ventris solutionem: aut motum laboriosum: aut febrem: aut sincopi: aut debilitatem factam aliquo modo: neq; super cibum crudum difficilis digestionis: neq; super ęgritudines renũ cronicas, sicut generatio lapidis, aut mictus vrinę inuolũtaria, aut ardor vrinę, aut eius difficultas, aut diabetes: neq; motus coitus fiat cum doloribus iuncturarum, sicut podagra, & sciatica, & quę eis similãtur: neq; cum nocumentis sensus, & motus, sicut stupor, & paralisis, & ...dinis, & debilitas auditus: neq; administretur coitus in hora, in qua laboriosum est naturę sperma emittere: neq; est coitus conueniens ei, qui non appetit ipsum, neq; illi, qui coitu vtitur absq; vero appetitu: neq; coitus conueniens est illi, qui siccae est complexionis propriè frigidę: neq; illi, cuius membra generationis sunt frigida: neq; illi, cuius forma est macilenta: aut membra radicalia ipsius sunt debilia a generatione. Et dimissio etiam coitus nocet ei, qui consuetus est, praecipue si fuerit vehemens appetitus, & fuerit temporis distantia magna a tempore, quo vsus fuerit coitu, praecipue quando fuerit ociose iuuenis, & fuerit corpus pingue vel carnosum multi sanguinis.

Regimen coitus.

Quibus noceat dimissio coitus.

Regiminis somni, & vigiliae sunt species seu modi: oportet.n. quod somnus sit in hora, qua oportet.s. super cibũ secundum quantitatem, qua stomachus alleuietur ab eo, & secundum quantitatem temporis digestionis cibi, & secundum quantitatem temporis aequalem, & est circa duodecim horas non continuas: & plurimum eius sit nocturnus: & sit diurnus per spatium vnius horę, aut duarum horarum, si in prandio cibum sumpserit: si vero non pransus fuerit, dixerunt antiqui, vituperandus est, nisi propter aliquam causarum exigentium illud.s. ex labore vehementi, aut ira superflua, aut cogitatione, aut tristitia. Et vigilia superflua nocet praecipue corporibus macris, & habentibus complexionem calidam. Et somnus quidem superfluus nocet maxime corporibus pinguibus repletis.

Regimen somni & vigiliae.

Euacuationes vero consuete sunt, sicut flobotomia, & vẽtris solutio, & vomitus, & sudor, & vrina, & spermatis emissio per coitum. Iamquidem diximus de spermatis emissione.s. de coitu.

Regimen eius quod euacuatur aut retinetur.

Flobotomia vero oportet, vt fiat post ea, quę ipsam requirunt, & tolerantiam aetatis, & naturę, & consuetudinis, et virtutis, & temporis: Et oportet quidem, vt non fiat post motum, & repletionem, & coitũ, & balneum, & laborem, qualitercũq; sit, nisi apud necessitatem, neq; post pręcessionem potus aquę plurimę, aut potus aquae plurimę, aut potus vini vel potionis agitantis humores: neq; fiat flobotomia cũ debilitate stomaci, aut cordis, quantum sit possibile. & procurandum est ita, vt egrediatur quantitas sanguinis quaesita duabus vicibus, aut tribus, nisi apud voluntatẽ sedandi dolores: post succedat ei quies, & non dormiat super eam, quantũ est possibile. contrarium autem istius facit accidere pręparatiões ad ęgritudines, quas dicemus. Amplius flobotomia addita super quantitatem naturalẽ festinat sanationem ęgritudinis dolorosę, ex quacumq; materia fuerit:

Regimen euacuationis p flobotomiã.

Verum substantia vel fundamentum caloris naturalis dependens est a sanguine: & substantia vel fundamentum vitae est dependens a caliditate naturali: & propter hoc securitas, & confidentia in ea est melior, & magis obseruanda.

Nota.

Ventris autem solutio oportet etiam, vt fiat secundum virtutem corporis, & necessitatem: & fiat cum his, quibus soluitur humor dominans nociuus: & fiat post bonitatẽ dierũ: & oportet, ne succedat ad ipsam, neq; pręcedat motus laboriosus, aut coitus: neq; bibatur super eam aqua plurima, neq; sit in stomaco cibus plurimus: neq; sumatur super ipsam cibus, dum non retinetur solutio eius: & oportet vt alleuetur cibus, & potus in illa die valde: & tibi sufficiat, & contentus sis re modica ex eis, quantũ est possibile. Et ex eis, quę continua sunt huic capitulo vel pertinet ad hoc capitulum, est succurrere ei, qui bibit solutiuum, & non soluit, aut solutio eius est supra mensuram, quę oportet.

Regimen p solutionem ventris.

Vomitus vero, quando multiplicatur, nocet nocumẽtis plurimis: et ex vomitus administratione aliquibus horis vel aliquando sequitur iuuamentum magnum quibusdam hominibus in ieiunio: & quibusdam super cibum. & dignior horarũ in eius administratione est ęstas. Et Vrinae quidem prouocatio oportet, vt non sit superflua, neq; etiam pauca: Similiter & sudor.

Regimen vomitus, vrinae, & sudoris.

Tractatus secundus de remedijs nocumentorum accidentium ex aere non conuenienti, et ex rebus sibi coniunctis.



Er quidem calidus calefacit cor, rarificat cutem, postea inspissat, et pręparat ad putredinem colerę, et ad fluxum sanguinis narriũ, et sodã, et ad febres acutas: et est pauci nocumenti in corporibus, quorum complexio naturalis est calida, aut quorum complexio pręter naturalis est frigida valde: et est plurimi nocumẽti in corporibus e contrario se habentibus: et cautella, et regimen pręseruãdi a nocumento ipsius est cum quiete in locis frigidis, et rebus infrigidantibus, et alijs similibus. Illa vero, quibus nocet aer calidus, aut sunt corpora calida, et sicca, extenuata, macra: et accidit eis ex hoc febris ephimera, aut febris putrida: et quandoq; accidit eis ethica: et accidit eis et fluxus sanguinis narrium, et soda, et alia ab istis: aut sunt corpora frigida humida, vnde accidit eis soda leuis, et strictura anhelitus, et debilitas iuncturarum, et difficultas motuum: et talis aer reducit eos ad ęqualitatem, et opor-

lẽt, vt patiẽs hoc odoret camphorã, & sandalos, & aquã rosatam, & abluatur facies, & corpus, & pedes cũ aqua rosata infrigidata, aut cum aqua frigida: & cibetur cibis leuibus subtilibus, sicut ferculo de agresta, aut ferculo de berberis, aut ferculo facto de nisuch, aut ferculo de almes: & emplastretur cor cum portulaca, & sandalis, & aqua rosata, & camphora: & odoret odores frigidos: & dentur in potu potiones accetosę ex potióibus fructuum: & consideretur post illud, an moueatur aliquis ex humoribus, & an in eis euaporentur vapores. Et commotionẽ quidem humorum significãt dolores, qui de membro ad membrum permurantur: & est tepiditas in commotione prædicta, pręcipue si fuerint humores graues, aut humidi: & est sicut punctura acuum, et mordicatio in lacertis, pręcipue si fuerint humores colerici: & vapores demonstrantur, & significantur per tinnitum in capite, & obscuritatem in oculo, & sodam, quę permutatur, & præcipue incipiens a posteriore parte capitis cũ paucitate grauitatis: & confirmat illud scothomia, & vertigo cum leuitate. Quod si cõmoti fuerint humores graues, tunc flobotomia est eis iuuatiua, qualitercunque fit: si vero fuerint colerici, tunc oportet, vt euacuentur non cum omni, quod euacuat coleram, sed cum eo, quod euacuat, & [operatur illud subtiliter seu faciliter], sicut siracost, et tamarindi, et alnisuch, & almen idest species mannę alia a siracost, & quę sunt eis similia. & quando existimatur, quod humores non sunt multi, & non nocent, nisi in motu suo, tunc administrentur ea, quæ ipsos sedant cum eis, quę infrigidãt & quies est melior in omni dispositione ita, vt etiam nõ est post administrandum solutiuum debile. Et ex eis, quæ maximę iuuant, est lac accetosum infrigidatum, & focha seu ceruisa facta ex chisch ordei, et ex cibarijs bonis, sicut species alcharis. i. cibi accetosi facti cũ piscibus, aut carne vacina, si virtus digestiua stomaci fortis fuerit. Et granata muza habent proprietatem in hoc, & granata acrta sunt vehementioris extinctionis, sed in eis est superflua asperitas. Plurimum uero nocumenti ex aere accidit cordi: & poma quidem sunt ex eis, quę iuuant iuuamento vltimo.

Nisuch est spẽs prunorũ paruorum in regiõe Corascenã.

Alia litera extinguit. Per alnisuch I hoc loco intelligitur elementũ de alnisuch.

De nocumentis á frigore accidentibus.

FRigus operatur in corporibus absolutæ operationes, quę sunt inpissatio, & aggregatio caliditatis naturalis in interioribus membrorum: deinde extinguit eam in fine rei: postea putrefacit: deinde interficit. Et frigori quidem resistitur cum complexione naturali frigida, quia nihil patitur a suo simili, sed a suo contrario: aut resistitur cum complexione calida fortiter prohibente: nam contrarium, quando est forte in expellendo suum contrariũ, non patitur ab eo. Et frigus quidem, quando operatur inspissationem solum, quæ non fuerit multum distans ab eo, causat prohibitionem vaporum a resolutione i corporibus repletis: quare causat putredinem, & accidentia, sicut febres putredinis: sed in corporibus mundis inspissatio moderata causat retentionem vel retractationem caloris innati ad interiora, quare aggregatur caliditas innata, & fortificatur, vnde reperitur in eis digestio cibi, & maturatio humorum plurima, & magis cõpleta. Quãdo autem frigus fortificatur ita, vt ingrediatur in interiore parte membri, tunc sine dubio extinguit calorem innatum & succurritur ei velociter per illud, quod facit retrocedere ipsum frigus. s. trahendo ipsum per principium vel p viã, per quam introiuit, & impressit in natura: & si non fiet hoc, tunc putrefiet membrum: quoniam putredo fit propterea, quod humiditas relinquitur a caliditate naturali regente ipsam, & dominatur super eam caliditas accidentalis agens in humiditatem prædictam non secundum modum, secundum quem operatur in ea caliditas naturalis. Curatio autem, quæ prohibet inspissationem, est balneũ, & inunctio, & fricatio, & compressio leuiter facta super membra, & pręcipue balneatio facta cum aquis, in quibus decocta sunt lenificantia, sicut surfur, & camomilla, & violæ, & melilotum, & anetum. Olea vero oportet alienare in curatione inspissationis vel condensationis, nisi succedat post inunctionem ablutio vehemens ita, vt destruatur oppilatio porositatum, & remaneat lenificatio. Modus vero pręseruationis a putredine extremitatũ est fricatio ipsarum cum oleis calidis valde, sicut oleum balsami, & oleum napticum, & oleum de assafetida, et alia ab his. Et quando inceperit putrefactio, tunc fiat scarificatio, secundum quod declarauimus in consilio de regimine itinerãtium. Sed conseruatio cordis, & viscerum a frigore, & confortatio complexionis calidę, vt prohibeatur nocumentum frigoris, est, vt summantur confectiones calefacientes, & vinum purum antiquum, & alleum proprie, pręcipue cum vino, & quę illis similantur. Cumque homo leditur a frigore, tũc ex rebus ei conuenientibus est, vt sorbeat iura pinguia ex carnibus permixta cum syrupo aromatizato cum pipere, & alleo, & cinamomo. hæc ergo sufficiant nobis circa regi. frigoris.

De eo, qui lesus est ab odoribus fetidis.

CVra lesionis ab odoribus fetidis est, vt odoret cãphorã, & sandalos, & alia odorifera: & naribus attrahat oleum rosatum, & violatum, & oleum nenufarinum: hoc fiat, quando non fuerint odores locorum paludosorum, aut cęnosorum. si aũt fuerit odor rei cenosæ, & paludosæ, tunc cura est ei opposita cum speciebus suffumigationis ligni aloes, & odore musci, et croci, & effundatur aqua calida super caput.

De eo, qui lesus est ex odore carbonum.

CArbones causant odorem calefaciẽtem, & exiccantem, & ledunt, et debilitant virtutem cerebri secũdum qualitatem venenosam, non secundum qualitatem tangibilem: et cura talis nocumenti est odorare fructus, præcipue stipticos, vt ingrossentur spiritus cum eo, quod eis conuenit: & odorent camphoram, & sandalos, & combustionem corticum granatorum, & citonio eum. Quod si homo ledatur ex odore carbonum, & perueniatur ad sodam, iuuatur cum vomitu, & cum aqua calida effusa super cerebrum, & exhibeatur ei alleum, & assiduet attractationem aquę dulcis per oares, & abluatur nasus, & addatur attractio aquæ rosatę per nares. Et de rebus conuenientioribus in corpore repleto est abstinentia a cibo.

De eo, qui lesus est ex odoribus bonis.

OMnis odor bonus per hoc, quod est bonus, & odoriferus, confortat cerebrum, et cor: sed p hoc, quod calefacit, aut infrigidat, nocet in quibusdam dispositionibus: aut per hoc, quod exiccat, aut humectat, aut exprimit, aut stipticat: odores enim boni aromatici sunt, sicut camphora, & muschus, & lignum aloes, & similia, quorum plurima conueniunt in exiccatione. Amplius camphora infrigidat, & muschus calefacit: & vnũquodque amborum est cura alterius in calefactione, & in frigiditatione. Et ligno aloes, & croco opponitur camphora cum muscho: & sandalis opponitur muschus cum camphora. Verum oportet solicitari circa rectificationem exiccationis, aut cũ odoriferis humectantibus, sicut sunt violę, & nenufar, aut cum oleis attractis per nares. Amplius reliqua odorifera humectantia sunt frigida procul dubio: quod si ledant cum sua humectatione quibusdam complexionibus, & quibusdam ęgritudinibus ita, vt augeant ęgritudinem, aut faciant eam accidere, tunc curatio est

Rosa qualiter causet corizam.

tio est muscatus, & crocus, & galia. Illa vero, quę nocent exprimendo vel comprimēdo sunt, sicut rosa, ipsa enim sua compressione causat corizam secundum aliquos, aut acuitate, quæ est in ipsa rosa secundum alios, aut infrigidatione, quam ipsa imprimit in cerebro secundum opinionē aliam a prædictis: sed quod illud fiat per viam compressionis est magis proximum veritati. Si ergo nocumentū prædictum .s. coriza causatur a rosa propter compressionem, tunc eius cura est, quod mollit vel relaxat, sicut olfacere odores mollificantes: et propter hoc dicitur, quod viole, & nenufar curant nocumentum rosarum, verum non iuuat tantum, quantum facit assiduatio effusionis aquę calidę super caput. Odoris vero nocumenti causati, ex stipticitate, sicut odoris cypressi, & ciperi, curatio est administrare mollificantia prædicta. Et melius quidem est ad id, quod nocet sua compressiōe, vt olfaciat stiptica, & effundantur super caput mollificantia, donec retineat, quod resoluitur ex membro, & soluatur, quod constringit, & condensat: et propter illud ex odore nigelle cum balneo est iuuamentum plurimum ad remouendum nocumentum rosarum: immo propter hoc, quādo aggregantur cyperi, et rosę, et cum hoc naribus attrahatur oleum, non accidet coriza ab ipsa rosa.

De nocumento septentrionis.

NOcumentum septentrionis est cōdensare corpus, et prohibere resolutionem, et exprimere cerebrū, & ventrem: & propter illud sequitur ad ipsum optalmia, & tussis. Cura nocumenti septentrionis est administratio balnei, & cohol cum tutia nutrita vel præparata cum agresta: & comedere cibum factum ex papauere cum croco: & administratio trociscorum rosarum paruorum: & distillatio olei keirini permixti cum oleo rosarū tepidi in aure.

De nocumento venti australis.

PRoprietas venti australis est dissoluere humores, & facere ipsos fluere ad profundū corporis, & replere cerebrum vaporibus, vnde sequuntur ex hoc absq; dubio sedar .i. scotomia, & vertigo, & scabies, & dumel .i. forunculi, & alia ab istis: & cura est festinare ad flobotomiam, si fuerit corpus repletum, & administrare fructus stipticos, & robub fructuum stipticorum, & administrare oleum myrtinum super caput, sic vt confortetur caput, & odorare camphoram, & sandalos, & administrare coriandrū humidum, & siccum in cibo, & dimittere carnem: sed si nō sit excusatio ab ea, tunc administretur ipsa caro cum acetosis, & elongetur vinū: si vero ab eo non fuerit excusatio, tunc administreē vinum factū ex vuis ponticis, & ex vuis, in quibus est pauca acetositas: & fiat oris collutio, & narium attractio cum aqua frigida, pręcipue cum aqua rosarum: & abluatur, antequā firmetur, cum aqua frigida.

De permutatione ab aere ad aerem.

PErmutatio de aere ad aerem non euacuatur, quin autem sit permutatio ex aere humidiori ad aerem sicciorem, aut e contra: aut ex aere frigido ad aerem calidum, aut e contra: aut ex aere putrido putrefactione aliqua ad aerem magis putridum putrefactione alia, sicut permutatio ex putredine stercorum ad putredinem aeris paludosi. Et iam dictum est, qualiter sit rectificatio vniuscuiusq; eorum. Sed in rectificatione, & regimine permutationis de quodam eorum ad quendam alium tria requiruntur, seu sunt necessaria, videlicet tarditas permutationis ita, vt ipsa fiat gradatim: secunda quod ille, qui permutatur, vtatur longo tempore vestibus, & odoribus, & cibis conuenientibus aeri primo: deinde fit curatio eius, quod accidit magis vltima vel magis fortis, quā curatio alterius permutationis ad contrarium: Et propter hoc præceperunt medici antiqui, quō homo deferat secum aquā suæ regionis, & lutum seu terram, super quam currit aquā suę regionis, vt permisceat cum aquis, quas inuenit, & proiciat lutum seu terram prædictam in eis.

De rectificatione pestilentiæ.

PEstilentia quidem est putrefactio aeris: & illud quō permiscentur aeri vapores mali, aut boni, verum remanent tales vapores, & non remouet eos ventus, donec alterentur: & propterea quod homo indiget attractiōe huius aeris per anhelitum, & p porrositates corporis, postea perducitur aer attractus modo prædicto ad mineram vitę, quare conueniens est, vt nocumentum pestilentię sit corruptio complexiōis cordis, et spirituum vitalium, qui sunt in eo: postea reliquæ partes corporis consequuntur nocumentum sequens ad cor vel nocumentum accidens cordi: & sequuntur febres malæ, lenes vel quietę exterius propter profundationem caloris naturalis, & cōturbantes, adurentes interius, ad quas sequitur syncopis semper; & casus virtutis, & sudor frigidus, & paruitas pulsus.

De his, quæ opponuntur pestilentię.

QVando videntur signa pestilentię, quę sunt humiditas aeris pręterita, postea eius calefactio, et flatus austri non flante vento boreali, tunc properta ad flobotomiam, & ventris solutionem, & administrētur omnia, quę condensant, & extinguunt, et infrigidant, sicut rob citoniorum, & pomorū, & agrestæ, & rob iuiubarum: et fiant cibaria ex sumach, et granis granatorum, & que currunt cursu eorum: & assiduet olfacere camphoram, & sandalos: & properet ad aerem frigidum. Et illi, quibus magis nocet pestilentia, sunt corpora sanguinea. Et ex eis, in quibus conuenerunt antiqui super conuenientiam, & iuuamentum ad resistendum pestilentię, est tyriaca magna Andromaci ita; quod Galienus existimauit, quod a pestilentia magna, quę accidit, non euasit aliquis, nisi per administrationem tyriacæ.

De nocumento aeris stantis, nō commoti.

EX aere stante, non commoto sequitur conculcatio vaporum malorum, & fumosorum corruptorum in eo: & sequitur dispositio similis pestilentię, aut alteratio naturę ipsius declinās ad aerē locorū paludosorū.

De his, quę opponuntur nocumento prædicto aeris non commoti.

OPortet, in huiusmodi aere, si declinat ad caliditatē aliquam, vt continue mundificetur corpus, & administrēē potiones stipticæ, & robub fructuū eis, quorum complexio est calida: & administretur diamuscū dulce, & letificans, et mitridatum eis, quorum complexio est frigida: & quod aleuientur in eo cibaria: et quod odorent odorifera frigida. Sed quando alteratio aeris declinat ad humiditatem paludosam, sicut aer, in quo nascuntur cannę palustres, et aer loci cęnosi vel limosi, tūc opposito fiat ei olfaciendo muschum, et crocum: et administretur exercitium, et sudare faciencia, et fricationes: et assafetida in hoc capitulo est magni iuuamenti.

De nocumento aeris commoti.

AEr quidem vehementer commotus generat condensationem porrorum, & catarros, et tusses, et lachrymas, et priuationem cordis ab aere, qui proximus est caliditati naturali: et si fuerit aer discurrēs vel cōmotus super loca cęnosa, aut super loca mala, erit corruptio illa similis etiam corruptioni pestilentię. Et oppositum illius, qui similatur pestilentię, est, vt fiat illud, quod diximus i capitulo pestilētię. Oppositum vero seu regimē

resistere ei, qui nõn currit cursu pestilentię, est, vt assiduet balneationem cum aquis dulcibus, & fricationes, & vnctiones, & exercitium.

Tractatus tertius de remedijs nocumentorum accidentium ex malo regimine circa balneum.



NOcumentum balnei est, quod aer balnei non est temperatus: & temperamẽtum quidem aeris balnei in vniuersali vel in summa est, vt non sit vehementer calidus, neque frigidus, in quo difficilis est sudor. In particulari vero, & distincte rectificatio, & conuenientia balnei est, quod in ipso balneo ad minus sint tres mansiones, vel casę: & quod sit in mansione vel in casa prima temperies, idest quod in ea non sentiatur calor, neq; frigus: & quod mansio vel casa secunda non sit faciens angustias: & quod mansio tertia non sit æstuosa adurens, neq; prohibens anhelitum rectum, firmum. Balneum quidem calidum valde facit fluere humores congelatos ad profundũ membrorum, & facit accidere aut opilationem, aut apostema, & facit humores ascendere ad cerebrum, vñ facit accidere sodam vehementem, aut sirsem, aut cursum humiditatum ad concauitates vacuas, vnde facit accidere epilesiam, aut appoplesiam: & causat quidem epilesiã, quando fuerit oppilatio diminuta: sed quando oppilatio fuerit completa, tunc causat appoplesiam. Balneum vero frigidum facit currere materiam ad viam sudoris motu diminuto, quare accidunt ex hoc nocumenta: & quandoq; facit accidere pruritum, & scabiem: & quandoq; facit accidere corizam: & quandoq; pũctionem vel dolorem ventris. Curatio vero nocumenti ex balneo calido aut fit potionibus, & extinctiuis, sicut rob pomorum, & rob citoniorum, & rob acetositatis citri, & syrupus de tamarindis, & syrupus alnisuch, & syrupus de alchedar, & syrupus acetosus, & alia ab his, frigidis non infrigiditatis cum niue, aut cum linimentis cum saodalis, & aqua coriandri, & aceto super epar, & cor: & positio cõmixtionis ex oleo rosarum, & aceto super caput temperatę caliditatis, & frigiditatis: etiam positio pedum per horam in aqua frigida: deinde parum post effundatur modicum ex ea super spatulas: deinde post horam liniatur caput cum ea: postea effundatur parumper super corpus: et oportet, vt sit aqua frigida moderate non vehementis frigiditatis: et oportet, vt non fiat subito post balneum calidum: postea dormiat super stratum lene tẽperatum. Rectificatio vero nocumenti ex balneo frigido est applicare [aquam calidam] moderate secundum mensuram, quam tollerat natura, et effundatur super caput aqua calida per horam ante egressionem: & assiduentur fricationes, & vnctiones, & compressiones manibus factæ super membra, & ingenia præparantia ad sudorem: postea quã primũ egreditur, assiduetur effusio aquę calidę super caput solũ, postea cooperiatur caput coopertura moderata in ęstate, & coopertura magna in vehementi frigore: & egrediatur, & dormiat.

Anhelitus rectus est anhelitus cõsuetus ĩ dispõne sana, et hora quieta.

Syrupus de alchedar est ille, de quo habet in q̃rto cañ. de cura variolarũ

Alia litera ea, quæ calefaciũt

De errore qui accidit ex ingressu in balneum subito, & ex egressione ab eo subito.

IN illis, qui ingrediuntur balneum subito .i. absq; gradatione, si fuerit complexio ipsorũ calida, timet, ne accidat sparsio caliditatis innatę, ad quod postea sequitur debilitas cordis, & chafachã. In eis vero, qui egrediũtur a balneo subito, timetur catarri acuti, & excoriatio intestinorum, & dolor iuncturarum. In illis autem, q̃ sunt frigidę complexionis, timetur ex ingressu in balneũ subito appoplesia, & paralesis, & chafacham: & ex egressione subita timetur congellatio, & saccus, & mictus vrinę inuoluntarijs, & tremor. Cura eius, qui ingreditur balneũ subito, si est complexionis calidę, est, vt gradatim exeat ad domum vel mansionem balnei primam, & aspergatur super ascella sinistra aqua rosata subito, & quod induat vestimenta frigida, neq; sugat seu bibat aquam frigidam subito, deinde curetur cum eo, quo curatur nocumentum vehementis caloris balnei. Si vero fuerit frigidę complexionis, administrentur ei illa, deinde administretur in potu aliquid de rob pomorum cum pauco diamusci, & dormiat. In cura eius, qui egreditur e balneo subito, si fuerit calidæ complexionis, effundatur super eum, & super caput eius aqua calida plurima: & fomentetur caput eius cum pãno calido, & dormiat. Si vero fuerit frigidæ complexionis, tunc sedeat in mansione calida valdę, & naribus attrahat oleum iasminum, & oleum de lilio, aut oleum rosarum alnenerim: & liniatur caput cum mixtione facta ex spica, & cypero: & fricentur membra: & exhibeatur in potu mitridatum. & tyriaca de quattuor rebus: & cibetur cibario, in quo sit allium: & detur in potu parum de vino puro, & dormiat.

Saccus est dispõ qua hõ stat, sicut congelatus intuendo sẽp oculis apertis versus locũ vnũ.

De aqua salsa in balneo,

AQua salsa in balneo cõfert scabiei, & pruritui: verum rarefacit cutẽ, postea cõdensat. Et qñ nõ fuerit pruritus, tunc ipsa facit accidere pruritũ, & macrefacit corpus, & nocet occulis, et facit accidere catarros, & optalmiam, & sensuum turbationem. Cura nocumenti ex balneatione cum aqua salsa est, vt ablutio fiat cum aqua frigida: & confert lutum boni odoris liniendo corpus cum eo, postea abluendo cum aqua calida dulci; deinde fiat fricatio cum oleo rosato odorifero cum facilitate, & frequentetur ablutio cum aqua dulci post eum.

Lutũ odoriferũ est lutum comestibile, quod comedũt prægnantes, quando appetunt aliquid extraneũ, & Damasceni ex multis vtunt [illegible] neis ad capillos prolõgãdos.

De aqua aluminosa.

AQua aluminosa condensat cutim & constringit ipsam: & quandoq; facit accidere febrem ephimeram corporibus macris: & quandoq; ex ea fit casus in spasmum. Cura nocumenti ex ablutione cum aqua aluminosa: abluantur ibi post eam cum aqua calida multotiens ablutione vehementi: deinde fricentur, donec sudent, deinde abluantur post, deinde inungantur cũ oleo camomillino, aut oleo de keiri, postea dormiant.

De aqua sulphurea, & naptica.

AQua sulphurea, & naptica corrumpit complexionem cutis corporis, & præparat ipsum ad putredinem, & facit accidere catarros: & si prolongatur mansio in aere ipsius, timetur ex eo ydropisis: sed quod magis accidit ex ea, est ictericia. Cura nocumenti ex ablutione cum aqua sulphurea, & naptica; ablutio fiat cum aqua temperatę frigiditatis, deinde cũ aqua calida, deinde sudet, postea abluatur cum aqua tepida, postea inungatur cum oleo rosato bono, postea dormiat.

De aqua ferrea.

ABlutio cum aqua ferrea confert iuuamentis plurimis, et non accidunt ex ea nocumẽta plurima; q; si nocet, non nocet, nisi quia cõdensat cutim.

De administratione fricationis, & vnctionis, & ablutionis in balneo.

COrpus temperatum, quãdo ingreditur balneum, sedere debet in qualibet mansione balnei hora vna, postea expectare, donec corpus eius incipiat rotificari, et aliq̃liter inflari, & appareat sudor: & tũc effundat aqua prius sup spatulas, et reliq̃ mẽbra, deinde sup caput;

caput, postea radatur caput seu administretur abrasio capitis, postea fiat compressio membrorum cum manibus, & fricatio cum facilitate, & solicitudo sit administrare huiusmodi super iuncturas, neq; fiat illud in reliquis membris, nisi in patiente ama, vt resoluantur humores mali, neq; fiat aliquod dolorosum seu fricatio dolorosa, nisi in habentibus flegma crudum, vt resoluantur humores crudi a iuncturis.

De errore, et documēto accidente ex fricatione superflua.

ILli, cui administratur fricatio superflua, si fuerit calidæ complexionis, aut siccę, accidunt casus virtutis, & commotio coleræ, & quandoq; præparatur ad febrem: & si fuerit caput repletum, accidit ex illo cōmotio humorū. Cura quidē primi est vngere cū oleo rosato, & oleo uiolato, & comedere cibos leues extinguentes, sicut alchisch, & almes, & assumere syrupos extinguētes, sicut syrupus acetosus, & iuleb. Et cui accidit ex hoc constrictio naturæ, detur in potu syrupus aluisuch.

De operatione, & nocumento aquę frigidę in balneo.

OPeratio aquę frigidæ in balneo, si balneum fuerit calidum; est sicut operatio, et nocumentum egressionis ab eo subito, & nocumentum est maius. Et cura ipsius est curatio illius, & magis fortis. Sed quādo fuerit balneum frigidum, eius operatio etiam, & nocumentum est, sicut operatio aeris frigidi. Et quā nocet, tunc eius cura est illud: quod dictum est.

De operatione, & nocumento aquę calidæ in balneo.

NOcumentum, & operatio aquæ prædictę est, sicut operatio aeris calidi vehementer in balneo, et nocumentum magis forte. Verum propter breuitatem temporis eius, est minoris impressionis, & propterea quod non aduenit cordi, sicut aduenit aer calidus, quare minus, & leuius debilitat, & cura eius est cura similis illi: & administretur syrupus de tamarindis, & illis, quibus cum hoc nocumento accidit fluxus ventris, exhibeatur syrupus pomorum, & citoniorum, & agrestę.

Cum hoc f. cū aqua calida.

De errore, & nocumento ex mora in balneo.

EX mora in balneo in consuetis hominibus accidit dolor iuncturarum, & extensio in lacertis, & quādoq; sequtur febris ephimera. & cura est, abluere cum aqua calida, & fricatio facilis cum oleo camomelino, & oleo oliuarum nouo, & si non sedatur cum hoc, oportet, vt fiat flobotomia in omni dispositione in die secundo post balneum.

De eo, qui vsus est exercitio forti ante balneum, aut post egressionem a balneo.

BAlneum quidem temperatum non nocet plurimū eis, quibus accidit motus superfluus, aut eis, qui volunt vti motu post balneum. Immo quando fuerit balneum temperatum, & non fuerit in eo mora, quæ faciat sudare plurimum, & non fuerit in eo mora, nisi secundum mensuram, qua ex balneo acquiritur corpori humectatio, vel humiditas, est iuuamentum eis, quibus accidit motus fortis, et non nocet, nisi per longā moram in balneo ita, vt balneum accipiat de humiditate, plusquā tribuat. Et cui accidit hoc, perducitur ad ethicam, cum vehemens fiat cordis calefactio, aut perducitur ad ydropisim, si resoluta fuerit caliditas naturalis, & debilitata, & infrigidata fuerit complexio viscerum. Cura illius est balneatio cum aqua frigida, & effundere oleum tepidum in hieme, & in ęstate infrigidatum, & lac nouiter mulctum super caput, & applicare iuncturis mucilaginē altęę conquassatam cum oleo violato, & bibere vinum album valde permixtum, & sorbere iura facta ex auibus cōtusis vel cōtritis, & ex carne arietū castratorū contrita, & si appareat frigus in visceribus, cuius signū est mala digestio, & inflatio, & eructatio acetosa, tūc succuratur cū diacurcuma, et distilleť oleū violatū in auribus eius, in quo dominať colera, et oleū alkeiri in eo, cuius viscera sunt infrigiditata, confert in hac egritudine.

De longa mora in balneo.

LOnga mora in balneo opať opationē, quā operať motus vehemens, & cura eius est, sicut illa cura.

De nocumentis balnei super cibum.

BAlneum super cibum causat oppilationes in epatę, & venis, propterea q; attrahit materias cibi indigestas ad exteriora corporis propter fluxū humiditatum ad ea per sudorem, & ad oppilationes sequuntur ægritudines oppilationis, sicut apostemata, & prohibitio cibi, ne vadat seu transeat ad exteriora, & sequitur fluxus ventris periodicus, & sequuntur febres putredinis, quia oppilatio est vna ex causis putredinis. Cura vero est administrare syrupum acetosum de seminibus, & euacuatio debilis facta cum yera pigra, & administrare cibos leues aliquibus diebus.

De nocumento eius, qui bibit in balneo rem frigidam.

POtare in balneo rem aliquam frigidā, sicut aqua frigida, & ceruisia, est timorosum valde. Quoniā res frigida fluida, quando peruenerit ad stomacum in balneo, in quo tā porrositates sunt apertę, & meatus sunt ratificati, & aperti, subito attrahitur ad epar, & ad cor, quare infrigidantur ambo infrigidatione vehementi, aut debilitatur caliditas naturalis, & debilitantur omnia viscera, & disponuntur ad ydropisim. Succurritur vero illi nocumento assumendo aliquid modicum de vino puro post balneum, aut potando diamuscum, aut dialacham, aut diacurcumam, aut mitridatum, aut fomentando epar, & cor cum pannis calidis, aut assumere cibaria aromatizata. Et caulibus inest proprietas remouendi hoc nocumentum, & ex oleribus est enula, & ex potionibus est syrupus de pastinaca, & syrupus de absynthio, et syrupus de alchandicum.

De nocumento ex ingressu balnei corpore repleto.

Syrupus alchandicū est potio ex vino cū zucaro, & aromatibus, quē venceti appellāt clarum.

HOc etiam est periculosum, quoniam ex eo accidit putredo humorū retentorum in corpore, & agitatio ipsorū, & apostemata i visceribus, sicut pleuresis, et peripleumonia, et apostema epatis, et timenť ex eo etiam nocumenta cerebri, & ipsius opostema, aut timentur febres, quę sunt ex rebus, quæ magis proximæ sunt, vt accidant, q̄ aliæ. Cura eius est, cum succedit ei grauitas, & lassitudo, aut tactus vlceris, aut tensio, tunc oportet, vt peopere fiat flobotomia, & extrahatur quantitas conueniens de sanguine. Quod si remouetur, & quiescat ex hoc, bonum est, si non, tunc euacuetur cum syrupo de fructibus, & assumat potiones phibentes putrefactionem, sicut rob citoniorum, rob pomorum, rob prunorum, & alia ab istis. Et liniať epar, & cor cum linimentis cōuenientibus, sicut coriandrum, & acetum, & solatrum cum pauco camphorę, & sandalis.

Tractatus quartus de remedijs nocumentorum accidentium ex errore regiminis circa cibum.



MVLTA cibatio causat, q; corpus parum restauratur ex cibo illo addito vel multo, et causat i corpore multiplicationem humorum crudorum, et causat oppilationes in meatibus, et debilitat virtutes naturales, et causat putredinem, et febres permixtas, et difficultatem anhelitus, et sciaticam, et dolores iunturarum. Succurritur aūt

errori illi leniendo naturam cum cibis lenificantibus naturam: In habentibus quidem complexionem frigidã cũ eis, quę sunt, sicut ius cauliũ, & aqua cicerum, In habẽtibus vero complexionem calidam exhibeatur, sicut ius blitis, vel sicut decocio blitis, & decoctio siue ius lentiũ, & almes, & chisch: & melius his in habentibus complexionem calidam est syrupus rosarum, & alienetur syrupus prunorum, & tamarindorum, quoniam ipse debilitat stomacum, & auget debilitatem acquisitam ex grauitate cibi, Et in frigida quidem complexione sicut cockacium feriaram, & confectio regalis, & diaciminum, deinde aleuietur cibus per vnum diem, aut duobus diebus, & administretur exercitum, si non pręcesserit causa exigens repletionem.

De nocumento paucitatis cibi.

Quandocq; accidit multis hominibus, quod famescant famę vehementi in tempore sterilitatis, aut in itinerationibus, aut in mari, aut propter causas alias ex ęgritudinibus, vnde causatur casus appetitus, & casus virtutis, & pręparatio fit ad ethicam, & sincopim, & quandocq; facit cadere habentes complexionem frigidam in speciem ethicę, quæ ethica senectutis nuncupatur. In succursu, & remedio illius non oportet, vt isti festinent ad saturandum cũ cibis se ipsos subito, iam enim vidimus copiam hominũ interimi, & ex hac vita decessisse, propterea q̃ huiusmodi homines, quã primum egressi sunt ex sterilitate magna, quæ accidit in ciuitate dicta Bochara, in qua sterilitate homines illi assumebant herbas in cibum, cum non esset possibile, ipsos habere panẽ, aut carnes: statim vero inuento pane, & habita carne habundanter comederunt ex eis quantitatem multam, & mortui sunt, Pluribus hominibus vero illius ciuitatis ex consilio praeceptum est, vt post illam famem sobito non saturarentur, sed gradatim cibum assumerent, & tales euasesunt. Sed illi, quibus accidit paucitas cibi prędicta, oportet, vt primo festinent ad illud, quod de cibis est subtile, & leue, sicut sunt allę auium, & aqua ordei, & alia, deinde paulatim paulatim accipiant in comestionem cibos cõsuetos: & q̃ assiduent interim masticationem thuris, & mundificationem stomaci intromittendo pennam in gulam absq; voluntate vomitus: & fricetur cum facilitate illud, quod est sub ypocundrijs: & q̃ administretur cibus vicibus frequentibus parum pro vice, quoniam cũ hoc ingenio, & regimine possibile est, q̃ euadant.

Intromissio pennę in gutture cõmouet stomachũ vnde licet non vomatur aliquid tamen ex tali vomitu stomachus vigoratur.

De nocumento cibi calidi grossæ, vel subtilis substantię.

Cibi calidi aut sunt leuis seu debilis substantiæ, sicut alleũ, aut grauis substãtię, sicut melõgena. Et illud quidem, quod est sicut alleũ, nocet cerebro magis, & de proprietate eius est calefacere sanguinem, & ipsum putrefacere: sed nocumentum cibi grauis substãtiæ est ledere magis mẽbra inferiora. Amplius talis cibus grauis generat sanguinem melancolicum, quare nocet ępati sua cõtrarietate, & spleni apostemando ipsum, & replendo: & comunitate amborum leduntur reliqua membra. Et nocumentum quidem primæ diuisionis est velocius, & magis propinquum, ut et succurrañ idest faciliori curæ: nocumentum vero diuisionis secundæ est tardius, & magis remotum, vt et succurratur. Succurritur vero diuisioni primæ cum his, quæ alterant complexionem, & eã permutant, & extinguũt, & cum hoc in eis est aliqua incisio, sicut syrupus acetosus, aut cum his, cum quibus prohibentur vapores a cerebro, sicut syrupus rosarum, et syrupus citoniorum, & syrupus iubarum: Sed succurrendo diuisioni secundæ exhibeantur ea, quę extinguunt, & aperiunt oppilationes, & incidunt, et soluunt naturam, & magis conueniens omnibus illis est syrupus acetosus de seminibus, et syrupus acetosus factus cũ epithimo, & q̃ñq; opat vinũ albũ subtile opationẽ eius. Et q̃ multiplicat vsum istorũ ciborũ calidorũ grossorũ festinet ad flobotomiã, & solutionẽ ventris cum eo, in quo cadit epythimum. Et huiusmodi cibi sunt, sicut melongena, & caro cameli, & caro equi, & caro asini siluestris, & carnes salitæ exiccatę, & pisces salsi, & quę currunt cursu eorũ. Et quando non administratur euacuatio, timetur super eum lepra, & albaras, & morfea nigra, & impetigo, & febres quartanæ, & apostemata splenis, & species epylensię, & hemoroides, & varices, & alopicia, & tiria, & elefantia, & corosio, & quę eis simulantur.

Alleũ calefacit sanguinem, et putrefacit ipsum.

De nocumento frigidorum ciborum grossę, vel subtilis substantiæ.

Ex cibis frigidis etiam sunt, qui sunt debilis vel leuis substantię, sicut almes, & aqua ordei, et quidã sunt grauis substantiæ declinantes ad humiditatẽ, sicut pisces, et lac acetosum, et quidam est grauis declinans ad siccitatem, sicut lens, & sicut citonia pontica et qui ex eis sunt leues, non imprimunt supra permutationem complexionis impressionẽm notabilem: Cibi vero graues humidi generãt humores crudos, vnde sequitur paralesis, tortura oris, et tremor, et sciatica, et lapis in renibus, & species epilensię, et apoplesię, et ęgritudines alię similes istis. Cibi vero graues grossi sicci generant melancoliam quietam, vnde sequitur apostema splenis, et cancri quieti, et varices, et imaginatio mala seu solicitudo: et quando putresit facit accidere illud, quod dictum est de cibis grauibus calidis. Succurritur autem eis opponendo frigidis leuibus cum his, qu[illegible]ermutant complexionem, et prouocant, sicut aqua mellis, & vinum purum, et syrupus de enula, Sed opponendo cibis frigidis humidis grauibus oportet, vt solicitudo sit in veloci extractione ipsorũ ex corpore: et similiter cibis siccis frigidis grauibus, nisi in eis, qui indigent huiusmodi cibis secundum uiam curationis, et medicamentorum: et oportet, vt administretur in cura nocumẽti ciborum frigidorum grauium humidorũ, sicut diaciminum, et diapipereon: et quãdo tardatur eorum euacuatio, exhibeatur feriaram, et electuarium de dactilis, nisi videatur, q̃ homo sua complexione resistat illi nocumento, tunc enim oportet, vt dimittatur naturę: postea in fine rei exhibeatur aqua mellis, et syrupus acetosus de seminibus fortium seminum, vt abluat, quod remansit ex eis, et abstergat, et aperiat oppilationes eorũ. Sed succurrendo nocumento ciborum frigidorum grauiũ siccorum oportet, vt super eos sumatur vinum vetus purum in eo, quod non habet complexionem superflue calidã acquisitam, et exhibeatur syrupus acetosus de epithimo factus cum fortibus seminibus ei, in quo erat superflua malitia complexionis calida, deinde oportet, in cibo secundo vt opponatur cum contrario temperato.

De nocumento ciborũ, qui sunt debilis substantię.

Intentio sermonis nostri, cum dicimus debilis substantię, est, quod humiditas ipsius cibi non sit bene p̃mixta cum sua siccitate ita, vt velociter ab ea separetur: deinde humiditas eius velocis sit conuersionis ad omnem naturam, cui obuiat vel occurrit, sicut lac, et persica, et crisomila, et melon, et quę eis simulantur: et aqua pluuialis similatur istis, et proprietas quidem istarum rerum est velox ipsarum conuersio vel alteratio, quando remanent. Et quando administrantur huiusmodi cibi, et in stomaco existat colera, tunc conuertuntur ad ipsam coleram, et si sit flegma, tunc huiusmodi cibi cõuertuntur ad ipsum flegma, et tales quidem cibi velociter putrescunt: et ad quamcunq; materiam conuertantur, sequitur ex eis

per naturam hic intelligitur complexio.

cum remanent .s. in stomacho

aut febris

aut febris colerica, aut febris flegmatica secundũ plurimum. Pro rectificatione vero nocumenti ipsorum oportet, vt administretur super eos, si fuerit natura calida, syrupus acetosus simplex: & si fuerit frigida, syrupus acetosus de seminibus, aut aqua mellis: & in summa exhibeatur id, quod prouocat naturam: & si in hoc accidit defectus, tunc sit solicitudo in prouocatione sudoris cum his, quæ faciunt sudare.

De nocumento ciborum difficilis vel fortis substantię.

Cibi difficilis vel fortis substantię sunt cibi, qui parum recipiũt de digestione, & alteratione, sicut rizuz, & grana fuegi, & quæ eis similantur: & causatur ab huiusmodi cibis vẽtositas, & retentio naturę, & dolores viscerum propter ipsorum grauitatem: & generantur ægritudines crudę. Remedium, & rectificatio istorum ciborum est, vt bibatur super eos in principio comestionis in homine calidæ complexionis vinum subtile, aut aqua mellis plurimę permixtiõis: sed in homine frigidæ complexionis bibatur vinum purum, aut aqua mellis fortis: deinde consequenter exhibeantur ea, quæ digerunt, & quæ faciunt descendere, & lubricare illos cibos, sicut ellectuarium de dactilis cum oleo amigdalarum, & feriaram cum oleo: & intentio quidem in oleis est lubricare.

De nocumento ciborum horribilium.

Virtutes quidem naturales membrorum abhorent cibos abhominabiles naturaliter: Vnde sequitur defectus in digestione, & retentione, et expulsione, & extractione: & accidit ex eis operatio fastidiens: postea ex abhominatione, & fastidio corrumpitur complexio stomaci, & corrumpitur appetitus. Remedium autẽ est aut vomitus, aut super tales cibos abhominabiles comedãtur ea, quę anima appetit, et desiderat. s. aut dulcia, aut amara, aut acetosa secundũ appetitum. Et acetosa quidem dulcorata. i. permixta cum aliquo dulci proprietatem habent remouendi abominationem.

Acetosa dulcorata a proprietate remouent abominationẽ cibi.

De nocumento ciborum pinguium vel vnctuosorum.

Res quidem vnctuosæ pingues debilitant stomacum, & proprie os eius: & oppilant meatus: & prohibent cibum a penetratione: sed nutriunt plurimum. Rectificatio nocumenti ipsorum est comedere super ipsas cibaria stiptica exiccantia, sicut citonia, & inciua, sicut acetum, & syrupus acetosus: Et ingeniatio sit in veloci ipsarum descensu: deinde sequantur ea, quæ abstergunt, sicut aqua mellis, & syrupus acetosus de seminibus, aut id, quod remouet vnctuositatem vel eius nocumentum, sicut caseus, & agresta, & citonia.

De nocumento cibi acuti, vel amari, vel horribilis saporis.

Cibi horribilis saporis sunt velocis putrefactionis cum reliquis, quę diximus de vnctuoso. Rectificatio nocumenti est administrare, quod dictũ est in capitulo vnctuosi: sed debent addi aromata, sicut cinamomum, & semina, & alia aromata: Et quando de assa projicitur aliquid modicum in cibis, destruitur horribilitas saporis eorum.

De nocumento ciborum calidorum.

Cibi quidem calidi, qui sunt, sicut alleum, & cepę, mordicant stomacum, & ledunt os stomaci, & faciunt cadere virtutes naturales quattuor, & faciunt accidere in superficie stomaci, & intestinorum vlcera. Succuratur comedẽdo super eos cibaria, quę eis cõtrariantur, sicut confectiones: & ad mordicationem sumãtur vnctuosa, & insipida, & priuata omnino impressione saporis, seu et priuata sapore, sicut amilum, & quod fit ex eis. Et portulaca qdẽ, & olus iamenum, & cucurbita, & cucumeres, & citrulli multum imprimunt in expellendo nocumentum istarum rerum. Et oportet vt non administretur acetum pro oppositione istorum ciborum vel pro rectificatione nocumenti istorum ciborum, quoniam acetum adiuuat operationem ipsorum sua mordicatione.

De cibo amaro.

Amarum contrariatur complexioni, & appetitui, & naturę, quoniam ẽ ex rebus magis remotis a substantia cibi, cum cibi substantia sit dulcis secundũ sententiam Galeni: & forte fortasse amarũ facit accidere spasmum. Rectificatio est, vt comedantur dulcia, & vnctuosa leuia: & administrentur odorifera olfaciendo ipsa, & masticando.

De cibo acetoso.

Acetosa nocent stomaco, & epati cum vehementi asperitate ipsorum, & abstersione humiditatũ existentium in facie neruorum, & exteriori parte ipsorum, & cum vehementi extinctione, & mordicatione ipsorum acetosorum contraria virtutibus sensitiuis: quare faciunt accidere singultum, et spasmum, & cuzez. Rectificatio nocumenti est cum eo, quod conglutinat, sicut mucilago psilij, & cucurbita, & gummi arabicum, et amilum, & dulcia decocta: aut cum eo, quod mollificat, sicut iura pinguia: & delectant sensum, sicut cibaria ex carne conuenientia cõplexioni ex sua substantia, nõ ex sua qualitate: & bibere oleum amigdalarum tepidum. & butyrum quidem cum lacte proprietatem habet remouendi hoc nocumentum.

De aspero stiptico.

Aspera stiptica generant colicam, & exiccationẽ humiditatum naturalium. Rectificatio nocumẽti est, vt comedatur ferculũ factum ex prunis, aut crisomilis: aut ferculum ex chisch cum oleo plurimo, vel vnctuositate plurima.

De inflatiuis.

Inflatiua cibaria generant colicam, & sodam, & prohibent digestionem cibi, & generant inflationem, & apertionem seu rupturam venarum, & arteriarũ: & tinnitum, & sibilum. Rectificatio est masticatio turis, & ciminum, & comedere confectionem calamenti, & diaciminum, & parum bibere de aqua super ea. Et quando post eorum assumptionem pertransierint horæ quattuor, assummat in potu quantitatem moderatam vini.

De nocumento comestionis cibi facilis digestionis post cibum tardæ digestionis.

Cibus quidem facilis digestionis, cum assumitũ post cibum tardæ digestionis, tunc digeritur ante cibũ tardæ digestionis: & quando talis cibus facilis digestionis digestus fuerit, indiget, vt expellatur ad intestina, & egrediatur ex stomaco, et non inuenit viam ad hoc, cum cibus difficilis digestionis sub eo existens prohibeat, quare remanet supra, & putrefit ipse, & quod ei associatur de cibo, & generat humores malos: et ad cerebrum ascendunt vapores mali nocentes corrumpentes. Rectificatio, et remedium conuenientius, et dignius est, vt soluantur cum quibusdam solutiuis securis prędictis, sicut sunt pruna, et syracost, et syrupus de fructibus, et loch fructuum in habentibus complexionem calidam: et feciaeã, et ellectuariũ regale, et ellectuarium factum cum absynthio in habentibus complexionem frigidam: in quibus est alia cura: et est, vt ipsi assummant res bonificantes digestiuam cum substantia sua forti operatione ita, vt non sit necessaria repletio supra repletionem: Immo faciat intentionem possibilem cum modico ipsius, et virtute medicinali ĩ eo existẽte, sicut coriãdrũ siccũ, et caseus humidus recens, et citonia pontica, & psilium, & portulaca.

De nocumento lubricantium ante cibum tardę digestionis.

Quando post cibos lubricantes, sicut batheca seu melo, & crisomila, et pruna, & mora, succedit cibus aliquis, habens substantiam absq; tempore, tunc est causa, quod iste cibus grauis lubricat ex lubricatione cibi lubricantis, & festinat eius descensio ante digestionẽ ipsius in stomaco: quare descendit cibus ad epatis mesaraicas nõ existente adhuc cibo digesto, neq; transmutato transmutatione completa: quare facit accidere oppilationes. Rectificatio illius aut est velocitando egressionem eius: aut assumendo [exasperantia] ante cibũ super cibum lubricantem, si est possibile: aut post ipsum, deinde iaceat, & dormiat supee latus sinistrum, postea administrentur diuretica aperientia oppilatiões, sicut vinũ, & syrupus acetosus de seminibus, aut aqua mellis secundum dispositiones, secundum quod dictum est.

Absq; tẽpore. i. absq; intermissiõe tẽporis.

Assa lite-ra calefa-cientia.

De nocumento cibi compressiui.

Nocumentum cibi compressiui post cibum est proximũ nocumẽto cibi lubricatiui secũdũ vnũ modum: & est longinquum ab eo secundum alium modum: similatur enim ei ex parte, quod velocitat descensum illius cibi, qui est tenuis, & subtilis: & est longinquũ ab eo ex parte, quod cibus grossus tarde descendit, quare cibus compressiuus nocet nocumento cibi lubricantis, & nocet nocumentọ putredinis. Rectificatio eius est administrare lenientia mollificantia supee ipsum, sicut ferculum factum de prunis, & tamarindis, & sicut syracost, & sicut cibus de almes, & de alnisuch in habentibus complexionem calidam, & in dominio caloris, et considera quod dictum est: & habentibus complexionem frigidam exhibeatur sicut electuariũ regale, & feriaram, immo etiam administrentur penidij, & mel, quoniam sunt meliora, & conuenientiora: deinde curetur post egressionem eius cum abstersione, & apertione, & prouocatione vicinę cum eis, quæ diximus.

De his, que morantur in stomaco.

Morantia in stomaco, & retinentia cibum in eo est, sicut coriandeum. Nocumentum eius est putrefactio. Rectificatio est similis eis, quę dicta sunt in capitulo pręcedenti.

De his, quę adiuuant ad putredinem.

Quando assumitur in cibum aliquid, cuius natura est, vt recipiat putredinem: deinde succedit illud, quod adiuuat ipsam putrediuem sicut alleum, & caules, tunc nocumentum est velocitas putredinis. Rectificatio est assumere extrictiua, incisiua, sicut syrupus acetosus, aut stiptica, sicut rob citoniorum, & rob pomorũ, & rob agrestę.

Alleũ, & caules simul vituperantur.

De adiuuantibus ad coagulationem, & ingrossationem vel condensationem.

Huiusmodi sunt, sicut caseus cum lacte, et acetum super ipsum lac, & quę illi similantur, & sicut caseus super oua, & citonia super pisces, et similia, & nocumentum horum est nauseatiua sacietas, & colica. Rectificatio, & cura est administrare illud, quod incidit, & resoluit, sicut fengius, & syrupus de scoria: & in fine rei vomitus cum aqua aneti, dum permanet in stomaco: cumq; peruenerit ad intestina, administretur feriaram, & electuariũ regale, & quę eis similantur: & supponãt suppositoria soluẽtia naturã moderatę fortitudinis.

Fengius. i. cõfectio de scoria, cuius in. v. can. habentur duæ descriptiones.

De nocumento cibi assumpti super cibum.

Cibus assumptus supra cibũ nocet tribus modis: quorũ vnus est, quod virtus nõ est fortis, nisi post quietem eius a cibo primo: quare applicatio eius ad cibum secundum, & ad digestionem eius perducit ad debilitatem ipsius. Et secundus modus est, quod cibus digestus permiscetur cum indigesto, & currit sic in venas: quare facit accidere oppilatiões. Tertius vero modus seu tertia ratio est, quod cibus digestus permiscetur cum indigesto, & retinetur cum eo, donec ipse digeratur, & obedit ad penetrandum cum eo, vel tardat, vt penetret cum eo, & putrefit propter longam moram, & additionem moræ supra id, quod requirit natura de ipso. Rectificatio nõ est alia, nisi vomitus, & ventris solutio, postea abstersio, & ablutio prędicta in reliquis capitulis, postea prolongare famem: & somnus plurimus post illum cibum: & exercitium post talem somnum.

Applicatio eius. s. virtutis ad cibum secundum supple ante completã digestionẽ cibi primi.

De eo, qui comedit cibum conuertibilem ad materiam existentem in stomaco.

Qui comedunt cibum conuertibilem ad materiam existentem in stomaco sunt sicut, si comedant mel colera in stomaco existente: aut comedãt lac existente flegmate in stomaco. Et conuenientius quidem est, vt isti vomant ante comestionem, vt non multiplicetur materia mala propter conuersionem cibi ad ipsam, quæ facit accidere omnẽ speciẽ ęgritudinũ ei appropriatã prædictam. Rectificatio, vt euitatur iste cibus: aut opponatur ei cum suo contrario: si enim fuerit materia colerica, bibatur syrupus de acresta, & syrupus de pomis, & syrupus granatorum, & syrupus acetosus. Et ex cibis comedatur, sicut cucumeres longi arcuati, & cucurbita, & portulaca: & confert ei iuuamento maximo psilium cum syrupo acetoso: deinde post eius digestionem succedant solutiua, sicut quæ sunt facta ex prunis, & alnisuch, & tamarindis: Si verọ in stomaco materia fuerit flegmatica, tunc bibatur vinum purum, & aqua mellis, & syrupus acetosus factus cum reubarbaro, & confectio de ciminos: deinde post eius digestionem soluatur cum electuario regali, & suffuf de turbit cum zinzibere, & iera pigra solutione parua, neq; pretermittatur, quoniam nocebit vehementer.

De exercitio, & iuuamento eius.

Ex superfluitatibus quedã sunt superfluitates primi cibi, & expelluntur cum egestionibus, & vrina: quedam vero sunt superfluitates, quæ remanẽt in partibus epatis, & chistis fellis, & splenis, deinde in venis, & arterijs, deinde in lacertis, deinde in iũcturis: & istę quidem superfluitates quando successiue expurgantur, & continue expelluntur, tunc remanet corpus absq; superfluitatibus. Et modus quidem expulsionis illarum superfluitatum, quę sunt propinqua intestinis, est cum lenitiuis, & diureticis, & exercitio. Sed modus expellendi superfluitates, quę sunt vicina profunditati membrorum, fit cum exercitio, & cum lenitiuis. Et diuretica quidẽ mediocria in huiusmodi nõ conferunt, nisi præcesserint solutiua fortia supra ea, quę currunt cursu consuetudinis, vel supra ea, quæ sunt consueta. Exercitium vero solum per se sufficit ad duas res simul: nam ipsum soluit naturam, & prouocat vrinam, & sudorem. Et exercitium etiam adiuuat, vt quod de cibis est propinquum digestioni, & adhuc est crudum, digeratur complete fortificando caliditatem naturalem. Et exercitium quidem est iuuamentũ excellens in conseruatione sanitatis.

Soluit naturam stimulando. s. eam ad egestionẽ.

De nocumento propter diminutum exercitiũ.

Nocumentum ex intromissione cibi super cibum, postq; est digestũ, sed non est super administratum exercitium, est maius, q; nocumentum ex intromissione cibi supee cibum non digestum: Et illud, quoniam cibus quando intromittitur super cibum indigestum, est secundum plurimum grauis, & descendit, & egreditur, neq; sunt superfluitates eius, & corruptio eius,

quę

quæ penetrent ad profundum membrorum, quare tempore proximo seu breui possibile est, vt euacuetur cum quocunque leniēte naturam id, quod erat retentum in meatibus corporis. Sed illud, quod oportet, vt per exercitiū euacuetur, est superfluitas profunda, quę penetrauit in profundum membrorum. Rectificatio quidem huius, si fuerit plurimum, quod faciat accidere tensionem, aut dolorem, aut vlcus, aut laborem seu lassitudinem absque causa, aut faciat accidere dolorem in membris, tunc fit cū solutione ventris forti, aut temperata, secundum quod melius videtur. Si vero nocumentum non fuerit plurimum, & superfluitates nō fuerint, tunc rectificatio fiat cum tolerantia famis, & exercitio forti transeunte æqualitatem: postea administrentur diuretica post exercitium, & lenitionem, sicut syrupus acetosus de seminibus, aut syrupus acetosus de epythimo, aut syrupus acetosus de seminibus, in quo sit positum turbit cum cinamomo quantitate moderata.

Huius .s. nocumēti si fuerit plurimum i. si fuerit cū multa superfluitate.

De motu supra cibum.

MOtus supra cibum corrumpit cibum: & nocet tribus modis: quorum vnus est, quia agitat cibum commotione tali, quod nō adhæret cibus superficiei instrumētorum circumtium ipsum, quare nō digeritur. Et secundus est, quod ex motu prædicto spargitur caliditas naturalis ad exteriora corporis. & remanet pars eius interior frigida, & priuatur virtus digestiua eo, quod de calore naturali requiritur. Tertius autem modus est, quod motus talis facit descendere cibum adhuc non digestum, quare operatur, quod dictum est. Rectificatio est sollicitari in expellendo illum cibum omni sollicitudine, postea abluere impressionem eius cū eo, de quo præcessit sermo in capitulis præcedentibus.

Superficiei instrumentorū circumstantium i. superficiei stomaci.

De quiete multa.

q Vies multa nocet incrudando cibum: & prohibet superfluitates secundas, & tertias a resolutione: & retinet materias in iūcturis, & lacertis, & [aggregat] eas in eis. Rectificatio eius est rectificatio nocumēti sequentis ex priuatione exercitij

Alia litera congregat.

De reliquis dispositionibus, quę cibo associantur.

SI autem cibo associantur aliquæ dispositiones calefacientes, aut infrigidātes animales, aut naturales, redire debeat ad id, quod dictum est.

Trastatus quintus de aqua, & his, quę bibuntur.

De nocumento potus plurimæ aquę.



POtus plurimę aquæ nocet tribus modis: quorum vnus est, quod debilitat caliditatem naturalem in membris vniuersaliter, & debilitat membra principalia: quare accidit eis tunc debilitas virtutū naturalium quatuor: Membris autem instrumentalibus accidit debilitas motuum, & tremor. Secundus modus est, quod virtus sequestratiua in epate debilitaī in sequestrando omnem aquositatē a sanguine, quare aut effunditur aquositas ad partes inter mirach & sifach, & accidit ydropesis aquosa: aut penetrat aquositas cum sanguine ad membra, & accidit ydropesis carnosa. Et virtus sequestratiua in renibus debilitatur, quia accidit ex eo mictus vrinę inuoluntarius cum difficultate in ea, & debilitantur renes. Tertius vero modus seu tertia ratio est, quod ipsa aqua multa soluit cibum, & facit ipsum descendere ante horam. Rectificatio in habente quidem complexionem frigidam sit bibendo super ipsam aquam dialacha in vino, aut athanasia, aut mitridatum ita, vt prouocet cum fortitudine: sed habentes complexionem calidam summant super eam prouocatoria vrinam, & confectionem de seminibus, & vinum subtile odoriferum: deinde transglutiant aquam frigidam post illud, & expectent super eā: & sint cibi ipsorum ea, quę prouocant, & sedant sitim, sicut cibus de spinachijs, & cibus de citonijs.

De nocumento aquæ mali odoris, cenosę, in qua nascuntur cannulę.

AQuę mali odoris, cenosæ tardant descensionem suam a stomaco, & penetrationem cibi. Et sitis quidem augetur cum aquis huiusmodi, & virtus debilitatur. Et quia ipsę non sunt puræ simplices, immo in huiusmodi aquis est terreitas plurima, quare ex eis generatur humor aut flegmaticus vitreus, aut melancolicus: & propter illud multiplicant ęgritudines splenis in hominibus, qui plurimum bibunt de ipsis: & accidere faciunt hemoroidas, & ydropesim ꝑpter malitiā cōplexiōis epatis iductā ab eis, et mictū vrinę iuolūtariū ꝑp malitiā cōplexiōis renū. Rectificatio istarū aquarū est, vt ipsę distilentur, si possibile est, aut cum lambico, aut cū panno posito super orificium vasis, in quo buliantur, & postea exprimendo pannum illum: aut colantur, & purificantur tales aquę cū panę, aut pomis, aut citonijs, & talis colatura est melior. si vero aquę illę buliiæ fuerint secundū dispositionem suam. s. secundum quod sunt, oportet vt super eas summatur confectio de aristologia, & summant super eas illa, quæ prouocant vrinam plurimam, & bibatur super eas vinum plurimum. Et cepæ proprietatem habent in resistendo aquis prædictis, quando comedunt crudę. Et quando homo post potum aquarum prędictarum per diem biberit vinum purum modicum in ieiunio, & non fuerit, quod prohibeat ex parte complexionis eius, cōfert vehementer.

Nota, ꝙ si ponatr pānus super orificiū vasis, in quo bulit aq. tunc vapores aquæ recipiūtur in tali pāno, & cōuertunt in aquā, quare si talis pānus postea exprimatur, tūc ab eo exprimitur aqua subtilis distillata. Itē colant aquæ ponendo panē, aut citonia in aquis: aut faciendo, bulīt aqs illas cū pane, aut pomis, quia per hoc fit residentia, & sequestratio partiū malarū, et sicut panis, aut poma vel pira decocta cum fungis tedificant, ita &c.

De nocumento aquę sulfurę.

IStę qdē aquę adurunt humores, & eos putrefaciunt: quare sequuntur in principio febres colericę, postea in fine febres melancolicę propter adustionem sanguinis ex eis factam. Et melancolicus quidem humor, qui ex huiusmodi aquis generatur, est humor melancolicus malus, qui nominatur colera nigra. Et nocumentum istarum aquarum est causare yctericiam, & pruritum, & febres tertianas, & conclusam, & sodam, & obtalmiam, & catarros calidos, & vrinę difficultatem, & corporis maciem. Rectificatio earum, si est possibile ipsas distilare, sicut dictum est, erit conuenientior. Et si bibantur cum aceto, & proijciatur in eis lutum armenum, & lutum sigillatū, frangitur nocumentum ipsarum. Sed quando bibuntur, sicut sunt, vel secūdum suam dispositionem, tunc syrupus granatorum cum syrupo violato frangit plurimum de nocumento ipsarum. Et syrupus quidem acetosus zucharinus factus cum aceto, & succo citoniorum resistit eis vehemēter. Et lac seminis portulacę triti assumptum cum syrupo violato, & syrupo de pomis est iuuatiuum. Et potus aquę rosatę super ipsas aquas prędictas est etiam conferens. Amplius sint cibaria leuia vnctuosa, in quibus ponitur oleum, & butyrum calefactum. Et quando apparet earum nocumentum, & non fuerit febris cum eo, tunc bibatur lac, & butyrum calefactum. Si vero fuerit febris, bibatur aqua ordei cum syrupo acetoso, & aqua granatorum muzorum.

De aqua aluminosa.

NOcumentum istarum aquarum est stipticare, & constringere naturā, & exasperare pectus, et vo-

cem, & causare difficultatem vrinę, & stringere uias cibi, & causare corporis maciem. Rectificatio nocumenti est administrare pinguia, & transglutire oleum oliuę, & amigdalarū sup eas, & vinū subtile odoriferum. Et ex potibus ē syrupus violatus, et syrupus prunorū. Et aq̄ ordei resistit eis valde. Et aqua qđē cicerū cum oleo bono, quodq; oleum sit comestibile, est iuuatiua. Et magis iuuatiuum omnibus rebus in resistendo aquæ prædictæ est sorbitio facta ex decoctione surfuris cum zucharo administrata. Et confectiones de granis vel medullis sunt iuuatiuę non modicum.

de granis vel medullis sicut pineę, et amigdalæ.

De nocumento aquarum vitriolarum, seu currentium super mineram vitrioli, vel in aqua fuerit positum vitriolum.

NOcumentum istarum est compositum ex nocumento aquæ aluminosę, & nocumēto aquę sulfureę: quare accidit ex stipticitate, & exasperatione res similis ei, quę accidit ex aqua aluminosa: & ex putrefactione, & adustione materierum vel humorum accidit res similis ei, quæ accidit ex aqua sulfurea. Et nocumentū, quod faciunt huiusmodi aquę vitrioli in pulmone, est magis vltimum seu vehementius. Rectificatio est bibere syrupum de ysopo denominatum frigidum, & assumere syrupum rosarum cum syrupo de liquiritia, & aquā melonis indi extractam post ipsius assationem in pasta, aut aquam cucumeris, & citrulli, aut mucilaginem psilij, & seminis citoniorum cum violis conditis: quodcunq; istorū resistit nocumento prædicto.

Nota, quod syrupi de ysopo sūt multę descriptiōes, in quarum vna ponūtur res frigidę, ideo talis syrupus nominatur frigidus.

De aqua mineræ lithargirij, vel de aqua, in qua positum fuerit lithargirium.

DOcumentum istius aquæ est simile nocumento aquæ sulfureę: sed hæc proprietatem habet vlcerādi intestina. Rectificatio est similis rectificatiōi nocumenti aquę sulfureę, & additur administratio eorum, quę prohibent vlcerationem intestinorum, sicut sunt troc. de gūmis, & troc. de spodio cū syrupo violato, vt resistat stipticitati eius vehemētī. Et psillum confert ei valde.

De aqua minerę uiridis æris, vel de aqua, in qua positum fuerit viride ęs.

NOcumentum istius aquæ est simile etiam nocumento aquæ sulfureæ: verum est maioris nocumēti, quam illud secundum vnum modum: & est, quod huiusmodi aqua aperit orificia venarum, et ledit ea, & facit accidere mictum sanguinis, & fluxum sanguinis per ventrem, & sputum sanguinis ex pulmone. Rectificatio est administrare troch. de karabe super eam, & administrare sumach, & berberis. Et troch. de terra sigillata remouent nocumentum eius cum stipticitate, & virtute tyriacali, quæ est in eis. Et syrupus de iuiubis ingrossando sanguinem. Et administrare loch de papauere confert nocumento pulmonis, & renum. Et considerēt impressio, in quo membro vehementer fuerit, & curetur cum eis, quę sunt appropriata illi membro. Et epati quidem, & quæ ei continuantur, appropriantur troc. de karabe. Pulmoni vero appropriantur troc. de papauere. Intestinis autem appropriantur troc. de terra sigillata. Renibus troc. alkechengi, & troc. de papauere cum balaustija.

De aqua salis armoniaci.

NOcumentum aquæ salis armoniaci est, sicut nocumenti aquæ viridis ęris, & difficilius eo. Et proprietas eius est nocere cerebro, & oculis. Rectificatio est, vt administrentur omnia, quę administrantur pro rectificatione nocumenti aquę viridis ęris cum extinctione vehementi facta cum troc. de camphora, et odore ipsius, & cum linimentis frigidis super caput ex oleo rosaceum, & aceto, & aqua rosata, & sandalis, & succo olerum frigidorum: & facere oculis alcohol cum aqua coriandri, & antimonio nutrito cum agresta.

De aqua æris.

NOcumentum istius aquę debilius est, quam nocumentum aquæ viridis ęris, & quod ei similatur.

De aqua naptica.

NOcumentum istius aquę est debilius, quam nocumentum aquę sulphuris, & quod ei similatur.

De aqua salsa.

PRoprietas istius aquæ est [illegible]cere obscuritatem visus, & grauitatem auditus, & sibilum in capite, & pruritum. Rectificatio est extinguere cū robus frigidis, in quibus non est stipticitas vehemens: & administrare vnctuosa secundum quod dictum est in capitulis præcędentibus: & collirium oculis facere cum tutia nutrita cum aqua agrestę: & distillare oleū de keiri in auribus.

De aqua amara.

AQua amara putrefacit, & facit accidere febres colericas: & timetur ex ea ydropisis. Rectificatio est administrare potus dulces, sicut iulep, & syrupum violatū: & administrare ea, quæ prouocant vrinam, sicut medullę seu semina melonis, citrulli, cucumeris, & cucurbitæ.

De aqua acetosa.

AQua acetosa vlcerat intestina, & stomacum, et facit nauseam, & facit accidere ydropisim. Rectificatio est administrare glutinantia, sicut pedes cum cimino, & quę frangunt ventositatem, sicut carui, et origanum, & assumere syrupum de pastinaca, & syrupum de enula: & ex cibis administrare oua sorbilia, & medullas ossium cū sale aromatizato cum speciebus.

De nocumento aquę bibitę in ieiunio.

AQua bibita in ieiunio debilitat stomachum, & facit accidere catarros infrigidando cerebrū propter duas rationes: quarū vna est propter communitatem stomaci cum cerebro: et secunda ratio est propter ascensum vaporū aquosorū purorū: nocet etiam infrigidando epar, & splenem: & pręparat ad ydropisim. Rectificatio est assumere aliquid modicum de vino puro veteri, odorifero super eam: deinde festinare ad comedendū panem siccum, & tortellas tritas, & suych vel sauich, & ea, quæ habent proprietatem exiccandi aquositatem, & retinendi ipsam a veloci penetratione ita, vt resistatur infrigidationi cum vino antiquo, & melle: & penetrationi cum his, quæ ingrossant, & inspissant.

De nocumento aquę bibitæ super cibum, & repletionem.

NOcumentum bibitionis aquæ super cibum, & repletionem est interpositio ipsius inter cibum, & inter partes stomaci appræhendentes, & circundantes ipsum cibum ita, vt ex hac impediatur cibus a digestione: Nocet etiam extinguendo vel infrigidando partes stomaci a fundo eius vsq; ad os ipsius: & frangit virtutem digestiuam, & debilitat eam sua infrigidatione: & facit penetrare cibum indigestum propter fluxibilitatem substantię aquę: & multotiens facit accidere dolorē epatis, & stomaci. Rectificatio est assumere compressiua super ipsam cum diureticis velociter, sicut citonia, quoniam expellet aquositatē velociter, postea ꝓuocabit. Et nō est aliquid in hoc capitulo, sicut citonium, verum oportet, vt bibatur post digestionem aliquid vini, aut mellis, vt frangatur, quod aggregauit vel causauit potus aquę plurimę, & citonium sua infrigidatione: aut sumatur aliquid de semine apij cum penidijs. Qđ si accidet dolor in epate, aut stomaco, curetur cum diacimino. Et si sentitur corruptio

ruptio cibi ex hoc,& declinet ad fumosum, tunc soluatur cũ syrupo de fructibus: si vero declinat ad acetosum, soluatẽ cũ ellectuario Alserarã: & non oportet, vt in hoc deficias.

De nocumẽto aquę potatę super motũ laboriosum, aut sup raritatẽ corporis a causis alijs.

NOcumentum est rarificare corpus propter causas alias similes eis, quas diximus de potu aquę i balneo comuni. Rectificatio est rectificatio illius.

De nocumento potus aquæ super coitum.

POtus aquę super coitum facit accidere tremorem cordis, & debilitatem eius proprie, & ea, quę diximus in balneo comuni. Rectificatio est olfacerẽ muscum, & assumere diamuscum dulce in habente complexionem calidam cum syrupo de pomis: sed in habente cõplexionem frigidam cũ vino puro, & comedat alzarauni.

Alzarauni est cõfectio.

De nocumento focha.

POtus focha corrũpit epar, & cerebrum, & cor, & stomacum, & splenem, & intestina, & renes, & vesicam, & debilitat ipsa, deinde generat tremorẽ, paralesim, & lepram, & baras, & mictum vrinę inuoluntarium, & lapidem vesicę, & renum, & ydropisim: & est ex rebus, quæ magis nocent neruis: & contrariatur coitui. quoniam infrigidat, & humectat, & spargit humiditates, quæ sunt in facie neruorum: & facit accidere catarros malos, & scrofulas. Rectificatio est administrare nuces, et amigdalas, & medullas fructuũ: & administratio eorum, quę prouocant vrinam. Et caueatur potatio vini sup potum focha: aut caueatur potare ipsum focha super vinũ: quoniam vinum facit penetrare velocites ad profundum membrorum, & iuncturarum: immo oportet, vt super focha summatur lambẽdo mel, & butyrum, & administratio, puocãtium plurimorũ. Et alzarauni est tyriaca ipsius focha omnibus modis. Et melius focha est illud, quod fit ex pane, & in eo ponitur multum de cinamomo, & ruta, & origano.

Focha est potus factus ex ordeo; & licet fiat & ex passulis, sicut hodiernis tẽporibus tamen hic non intelligitur, nisi de facto ex ordeo. Nocumentum potus vini super rẽ malam, aut ante ipsam.

De nocumento vini multi.

POtus multi vini in habentibus complexionem valde calidam multiplicat coleram in visceribus, & venis eius: & dominiũ sanguinis in eo. Et timetẽ, ne adueniat ei repletio, quę est secundum receptacula, & vasa: vnde accidit appoplesia sanguinea, & mors subitanea. In habentibus vero complexionem frigidam accidũt ęgritudines neruorum oẽs propter duas causas: quarũ vna est humectatio superflua vel mala ex operatione vini: & secunda est cõuersio vini ad acetositatẽ: vnde ex hoc nerui ledunẽ, & abradunẽ. Et accidit ex illo appoplesia frigida, subet, litargia, & paralesis, & tremor, & tortura oris, et stupor: et est magis incolumis, q̃ illud, quod fit a causis alijs pp leuitatẽ materiæ generatę a vino. Rectificatio est, q̃ oportet habentes cõplexionem calidã vt assiduent flobotomiã, seu frequenter vtanẽ flobotomia, & euacuatione cum syrupo fructuũ, & vtanẽ syrupo granatorũ plurimo, qm̃ est eis tyriaca: Habentibus vero cõplexionẽ frigidã oportet, vt exhibeanẽ troc. de absinthyo, & troc. de sytharagi in aqua radicũ fortiũ: & administreẽ et exercicũ. Et qñ sentiẽ tensio grauis, et sentiunẽ iectigatiões, tũc euacua cum pillulis alstomaticon.

Ex illo scilicet ex potatione vini multi in habẽtibus cõplexionem frigidam

In aqua radicum fortium .i. in decoctione radicũ habẽtium virtutem fortem.

De nocumento vini fortis, nigri.

VInum forte, nigrum adurit sanguinem, & corrũpit humores, et causat apostema ivelamẽ seu diafragmate, & cerebro, et pthisim. Rectificatio est, vt bibaẽ syrupus granatorũ cũ syrupo violato: & administreẽ syrupus acetosus simplex, & aqua ordei: & administrenẽ epythimata vel linimenta frigida prædicta super epar, & cor, & cerebrum: & assumanẽ troc. sandalini minores: & super ipsum comedat citonia, & iuiubas: & declinet cibus ad accetosum.

Sup ipsum s. vinũ forte, nigrũ.

De nocumento vini subtilis aquosi.

VInum subtile aquosum in corporibus flegmaticis facit accidere catarros, & ęgritudines neruorum. Rectificatio est administrare super ipsum syrupum de ysopo fortem factum cum papauere, & bibatur cum pauco athanasiæ dissolutę in eo: & iterũ sumatur de mixtura turbit, & zinziberis cum melle lambitio vna, aut duæ in die secundo, & vtaẽ exercitio, si non fuerit corpus vehementer repletum: & manibus comprimantur spondiles dorsi, & iuncturę compressione laboriosa.

Lambitio vna est, vt assumatur tantũ, quãtum digito uno capi põt de mellis, aut loch.

De nocumento vini pontici.

VInum ponticum, constringit naturam, et turbidat, & inspissat sanguinem. Rectificatio est super ipsum assumere vinum dulce post eius purificationẽ seu clarificationem, aut syrupum de melle. In habentibus vero complexionẽ calidã sumaẽ vinum album muzi saporis cum syrupo violato. verum in habentibus complexionem calidam parum nocet.

De nocumento vini in ieiunio.

VInum bibitum stomaco ieiunio causat ethicã, & apostemata in visceribus, & febres putridas, & sodã dominantẽ. Rectificatio est assumere super ipsum sauich ordei sumendo ipsum in modum suffuf, & frãgere virtutem ipsius, & assumere spodium cum luto armeno super ipsum vinum seu in fine mensę, aut iuiubas, aut citonium. Quod si nocet, tunc ex rebus melioribus ad opponendum nocumento eius est rob granatorum accetosorũ, & rob agrestæ. q̃ si nocumentũ vini est vehemens, tunc sumãtur troc. camphorę in potu, neq̃ administretur syrupus acetosus sup eum: qm̃ dulce non confert iuuamento plurimo, imo nocet, & cõuertiẽ in coleram. Et acetosum mordicat, & ledit sua accetositãte, & addit nocumentũ sup nocumentum vini. Amplius oportet, vt sit solicitudo in epythimando ab extra cum rebus odoriferis super epar, cor & cerbrum:

De eo, qui bibit vinum, & est febriens, aut patiens sodam.

REctificatio nocumenti ex potu vini assumpti cũ febre, aut soda, si fuerit cum repletione vehementi, est præparare ad flobotomiam, & extrahere materiam sanguinis, donec timeatur syncopis: & quandoq̃ præcedat ad flobotomiam per horam potus rob fructuũ solutiui vel lenitiui, sicut rob de prunis, & rob alnisuch, & rob de moris, & syrupus violatus: Et si non fuerit repletio, tunc assumat troc. camphoræ in syrupo rosarum, aut syrupo prunorũ: & fiat epythima frigidum: & effundatur aqua frigida super caput, non in reliquis membris.

De potu vini in strictura anhelitus facta a calore.

SI patiens stricturam anhelitus a calore, aut a natura colerica biberit vinum, tunc succurrendo nocumento illius oportet, vt bibat super eum syrupũ de papauere permixtum cum syrupo violato: & loco aquæ detur aqua rosata, & alleuietur cibus.

De potu vini in obtalmia.

SI quis patiens obtalmiã biberit vinum in principio ipsius obtalmię, oportet, vt succurrendo nocumento eius festinet ad solutionem ventris cum decoctione mirabolanorum subito, & assumat coriandrum siccũ cum psilio & zucharo super ipsum, postquã biberit: & fiãt epythimata frigida super cerebrũ. Et semen caulis est ex eis, quæ iuuant in huiusmodi dispositione, qñ assumiẽ cum coriandro, & geneiiabin zucharino recenti sicut est.

De eo, q bibit vinũ super vnã triũ specierũ [repletiõis.]

IN remotione nocumenti peruenientis ex potu super vnã triũ specierũ [repletionis] oportet, vt festine succurratur, anteq̃ accidat apostema, & febris: & fiat

Alia litera lassitudinis. Alia litera lassitudinis.

flobotomia vltima seu copiosa. Et habens complexionem frigidã oportet, vt assumat seu bibat loch de caulibus cũ aqua vel succo granatorũ, sed habens complexionem calidã bibat syrupũ de papauere cum granatis, & syrupo ipsius. Et cibus sit cibus de sumach post flobotomiã: sed añ flobotomiã cibus sit factus de alnisuch, aut de prunis.

De nocumento vini super ebrietatem.

NOcumentum vini super ebrietatem est facere sodam vehementẽ, & nausea, & ethicã, & febres difficiles, & apostemata viscerum. Rectificatio & remediũ est procurare, vt fiat vomitus cum syrupo acetoso, & aqua calida: deinde exprimantur granata plurima, & bibatur ex illo succo paulatim paulatim, donec expuat. Quod si accidat vomitus, reuertaĩ ad ipsum vice alia: cumq; sedatus fuerit vomitus, exhibeatur rob agrestæ, & syrupus eius. Et sit cibus alhelam idest cibus ex carne bouina cum aceto pręparatus, & alcharis idest cibus ex carnibus leuibus cum aceto præparatus, sicut gelatina, & pisces parui pręparati cum aceto in modum gelatinę: & abluatur, & dormiat, & administretur psilium cum aceto super caput, & stomacum: & tale psiliũ sit infrigidatum, nisi fuerit tempus hiemis, quoniam tunc emplastetur vel liniatur cum eo tepido caput: & cum eo moderatę frigido emplastetur stomacus.

Tractatus sextus de motu & quiete.

De motu plurimo.



MOtus plurimus calefacit primo calefactione vehementi, & exiccat: deinde in fine infrigidat. Et ex nocumentis primis est putrefactio, & facere fluerẽ materiã malã ad profundum membrorum. Et ex nocumentis secundis sunt ęgritudines neruorum frigidę, & casus virtutis: & quandoq; facit accidere chafacham, et sincopin. Rectificatio est, q oportet, vt abluatur in ęstate quidem cum aqua frigida: in hieme vero cum aqua dulci tepida. Et suffumigetur cum suffumigatiõe facta ex camphora: & sorbeat ex sorbitionibus factis cum carne, in quibus non sit, nisi caro contrita, & passum ciceris, & non superfluat in eo: postea inungatur cum oleo: & inungãtur iuncturæ inunctione vęhementi: & naribus attrahaĩ oleũ, et distilletur in aures: & mulgeatur lac super caput: & dormiat, & quiescat tempore: & subtilietur cibus primo, & nutriatur cũ vitello oui sorbilis, & cũ aliis autũ: & gradatim ascendatur ad cibos consuetos, nisi apud casum virtutis: tunc enim exhibeatur aqua carnis fortis cum modico vini aromatici.

De motu vęhementi.

OPeratio motus vęhementis seu fortis est proxima operationi motus plurimi in calefactione: sed est minor ea in resolutione. In rectificatione nocumenti oportet, vt sit intentio ad ęquandum complexionem calidam magis declinans, quam ad iustificandũ cum cibis: quare exhibeantur in potu rob fructuum, & aqua frigida post quietem cordis, & pulsus.

De quiete plurima.

QVies plurima generat humores crudos, & prohibitionem cordarum ab obedientia lacertorum in motibus, & hebetat sensus. Rectificatio nocumenti est, q si fuerit illud in longo tempore, euacueĩ cum pillulis stomaticon, aut pillulis cochijs. Si vero fuerit non longi temporis, tunc succurraĩ cum exercicio forti, & fricatione, & compressione membrorum in balneo.

De motu post euacuationes.

OPortet, vt sorbeat super eum ius carnis cum vino odorifero: & bibat super eum habens cõplexionem calidam syrupum de pomis cum letificãtibus frigidis: & habens complexionem frigidã bibat vinum purum cum letificantibus calidis, & diamusco.

De motu super cibum.

IAm præcessit sermo de nocumẽto motus super cibũ: & est, quod agitat cibum, & prohibet digestionẽ, & facit descendere cibum ante digestionem: & causat oppilatiões. Rectificatio est, vt ingenietur I eius extractione, & solutione ex corpore: postea succedãt ea, quę aperiũt oppilationes, et abluat impressionẽ nocumẽti pręcedentis: deinde alleuietur cibus post ipsum.

De vigilia vęhementi plurima.

VIgilia vęhemẽs plurima est similis motui vęhemẽti plurimo: verũ eius nocumẽtũ magis dominatur cerebro, & cordi. Rectificatio est væhementer inungere caput cũ oleo violato, & naribus ipsum attrahere, & distillare in aurem: & olfacere aquam rosatã, & bibere vinũ multę permixtionis ita, vt humecteĩ cerebrũ: & administretur balneatio leuis cum aqua dulci tẽperatæ caliditatis: & sorbeat ius spinachię vel secũdũ aliã literã ius carniũ, & ferculũ de cucurbita, ferculum de bliti: & assumat syrupum de pomis: & ephythimetur cor cum linimentis, vel epythimatibus frigidis.

De somno plurimo.

SOmnus plurimus operaĩ operationẽ quietis plurimæ: verum nocet cerebro magis. Rectificatio est similis rectificationi quietis plurimę: uerum oportet, vt maior solicitudo habeatur de cerebro: quare administrentur sternutatoria: & olfaciat muscum, & althith idest assam, & gargalizatio fiat cum almuri, & sinapi, & yera pigra. Et si dispositio requirit euacuationem, fiat euacuatio cum pillulis cochijs, aut cum pillulis de yera.

De nocumento coitus plurimi.

COitus coactus absq; desiderio nocet diminuendo substantiam spiritus vitalis, & debilitando cor, et causat chafachã, & obtenebrat sensus, & facit cadere virtutem, & præparat ad omnes ęgritudines neruorum in homine complexionis frigidæ: sed in homine complexionis calidę pręparat ad ethicam. Rectificatio est secũdũ duos modos: quare nocumentũ huius capituli est secũdũ duos modos. quorũ vnus est, q facit declinare complexionẽ ad frigus: cuius signum est, q pulsus ẽ paruus, aut rarus, aut tardus: & sentitur frigus in mẽbris, & lędiĩ homo a frigore: & iuuaĩ, & quiescit cum calore, secũdus modus nocumenti est, q facit declinare complexionẽ ad caliditatẽ, & ethicã, cuius signũ est frequentia pulsus cum velocitate, & inuentio caliditatis post quietẽ a motu coitus, & inuenitur angustia, & inflãmatio post cibum. Rectificatio igiĩ est secũdũ duos modos: in rectificatione .n. nocumenti facientis declinare complexionem ad frigus, oportet, vt exhibeaĩ in potu vinũ odoriferũ: & cibeĩ aq carnis contritæ decoctæ cum facilitate: donec penetret in ea sapor carnis: & misceaĩ cum aqua prędicta vitellum oui conquassatũ, & aromatizeĩ cũ cinamomo, & gariofalis, & secacul: & odorẽt muscũ: & assumãt diamuscũ: & misceanĩ eorũ sorbitiones, & iura cũ vino: & exhibeãtur fricalę factæ ex ouis cũ cepe, & porris: & multũ vtãtur ciceribus, seu multũ comedãt de ciceribus, & bibãt infusionẽ cicerũ permixtã cũ vino: & balneenĩ cũ aqua calida: & ungãĩ cũ oleo camomillino, et oleo rosato permixtis: et dormiãt sup saturitatẽ cibi aromatizati. Et si fuerit stomacus fortis, exhibeatur cepe assatũ, et pastinacia, et rapa, et ambo sint assatę, et comedanĩ cum sale, in quo sit semẽ pastinacę vel carotę, aut sal stincorũ. Si uero ex coitu pręd icto declinauerit cõplexio ad caliditatẽ, tũc oportet, vt

tet, vt administrentur ea, in quibus aggregantur duę intentiones. s. extinctio, et generatio eius, q̄ de spermate fuit resolutum: & hoc est, sicut cibus de cucurbita, & de bliti: & oua sorbilia sumendo vitellum, & albumem eorū: & lac dulce: & terentabin: & chiseh coofectum cum aqua tribulorum humidorū: & sorbitionrs factę de chisch, & cicenbus elixatis: & cerebra gallinarū, & gallorū: & pisces assati, dum sunt calidi actu, si fuerint ęquales temperati in paruitate, & magnitudine: & confectiones factę cū zucharo, & amigdalis excorticatis contritis: & semen papaueris cootritum, de quo assumatur quaotitas: & administrentur hermodactili seu bugidem cum zucharo, & amigdalis: qm̄ proprietatē habent in hoc: & sorbeant ius carnium cum syrupo pomorū: & odorent camphorā modicum, & infrigidetur cor cum epythimatibus.

De nocumento dimissionis coitus in consuetis hominibus.

Dimissio coitus in consuetis facit accidere dolorem iuncturarū, & testiculorū, & grauitatē capitis, et motuū, et colli dolorē. Rectificatio, administretur coitus, si fuerit possibile: & si non administretur suffusi seminis agni casti, & seminis rutę cum zucharo in habentibus complexionē frigidā: sed in habētibus cōplexionē calidā exhibeat semen lactucę, & semē porsulacę: & exhibeantur cibi paucę carnis, & acetosi: & ligetur plumbum super alchatin.

De nocumento coitus super cibi vacuitatem.

Nocumētum coitus super vacuitatē cibi est, sicut nocumētum coitus plurimi. Rectificatio eius est, sicut rectificatio illius: verū cibus ex carne est conueniens. Et vt preseruatio fiat ab ethica cum troc. endiuię est conuenentius.

De nocumento coitus super repletionem.

Nocumentum coitus super repletionem est simile nocumento motus super repletionem: verum est vehementioris, et pluris nocumenti: facit. n. penetrare cibum indigestum ad profundum: & quandoq; accidit ex eo colica difficilis. Rectificatio est, vt consideretur, an cibus declinat ad lenitatē, aut inflationē, aut constrictionē naturæ: & an reperiatur punctura in partibus membrorum. Quod si declinat ad lenitatē, tūc dimittat, donec egerat: deinde bibat post illud aqua cicerum decoctorum permixta cum modico vini potatiōe exuberanti: postea assumat confectio de thure. In eo vero, qui est frigidioris complexionis, exhibeatur athanasia: deinde sorbeat ius carnium absq; ouis, & bibat infusionē cicerum absq; decoctione. Et cibus si declinauerit ad inflationem, tunc assumat sup eū diacimiuū ita, vt remoueatur inflatio: & si cibus constringit naturam, soluat venter cū his, quę lubricant, si fuerit cibus retentus propter sui siccitatē, & asperitatē, sicut est rizū, & miliū. Lubricans vero est, sicut syrupus de fructibus, & cassia fistula cum re modica ex eis, quę resoluunt, & aperiunt, sicut cinamomū, & turbit. Et si fuerit ex cibis uiscosis humidis cōstringentibus, administret super eum iera pigra, aut electuarium alsertaram.

Infusio cicerū absq; decoctione.

Cibaria viscosa constringunt vētrē eo, quia generāt phlegma viscosum, quod adherēdo intestinis prohibet descensum fecis.

De nocumento coitus cum flobotomia:

Oportet, vt qui administrauerit coitū cū flobotomia, festine sorbeat iura carnium secundum descriptionē, quā diximus i capitulo superflui coitus, aut intinctū cibum cū oleo de Kerua: aut effundat de eo sup ius carnis: & conquassef vitellū oui calefactū cū vino: & puluerizet sop eo aliqd modicū de musco ad quātitatē grani ordei, & bibat: & decoquat ferculum de pomis cū carne cōtrita decocta ita, vt destruat sapor carnis: postea exprimat cępe, et fundat aqua, vel succus eius in eo, deinde fundat desup pars vna vini in partibus decē aquæ, in qua est, postea summat farina cicerum, & fabarū, & proijciatur desuper ita, vt fiat sicut sorbitio subtilis, postea bultat ebultione, deinde fundat in eo vitellū oui, postea sorbeat nō subito, sed paulatim paulatim aliqd post aliqd: deinde baloeet cū aqua calida: & inungatur cerebrū vehemēter cū oleo mirtino, et rosato, et dormiat: Et vngantur pedes eius cum adipe caprarū dissoluto collato, aut oleo rosato cooquassato cum adipe anatis.

De coitu facto cum solutione ventris.

Nocumentum coitus cū solutione ventris est vehementius prædicto. Rectificatio est, vt primo qdē bibant rob pomorū cū letificantibus, aut diamuscū, postea masticet olibanū p horā, si nō accidit sincopis deinde sorbeant aliquid modicū de zirbagi, idest de cibario facto ex brodio carnis, & aceto, & speciebus: postea sorbeant ius prædictum, deinde assumant sup eū frusta citonij, & sugatur succus eius proijciendo fecē eius, seu partem grossam eius, quæ masticata fuit: deinde dormiat. Quod si inueniatur inflatio, bibat modicum de vino aromatico: Si vero accidat sincopis, necessarium est sorbere aquam carnis cum uino. et inungantur iuncturæ oēs cum oleo: & exhibeātur tortellę infusæ in uino aromatico, & aspergatur aqua frigida, et aqua rosata super faciem eius.

De rectificatione nocumenti coitus cum debilitate renum.

Rectificatio nocumenti ex coitu facto cū debilitate renum est, ut administrētur medullę, sicut nuces, et amigdale, & auelanę, et pineæ, et grana alzelē idest dolcigioi, et grana alchalcal, et grana uiridia cum dactilis. Quod si debilitas fuerit ex malitia cōplexionis calidę, tunc administrentur amigdalæ, et papauer, & zucharum secundum quod diximus ante.

De rectificatione nocumenti coitus cum lapide.

Rectificatio nocumenti coitus cum lapide est, vt administretur cōfectio alzarauni, et mitridatum.

De nocumento coitus cum soda.

Rectificatio nocumenti coitus cum soda est epithimare caput cū mucillagine psilij: & inungere ipm cum oleo mirthino, & est melius: & stringere vel ligare brachia, & pedes in hora coitus, & bibere mucillaginem seminis lini.

De nocumento coitus cum obtalmia.

Rectificatio nocumenti coitus cum obtalmia est similis rectificationi nocumenti coitus cum soda: et distilletur aqua coriandri humidi cum albumine oui in oculo: & applicentur ventosæ cum igne inter duas spatulas: & dormiat resupine.

De rectificatione nocumenti coitus in patiente dolorem iuncturarum.

Rectificatio nocumenti ex coitu in patiente dolorem iuncturarum est, quod oportet, vt isti cum facilitate, & leuiter faciant illud apud motum eius: & q̄ ante ipsum inungatur iuncturę dolentes cū psilio p̄ horā: et q̄ ligent iuncturas oppositas iuncturis secundum situationem scilicet superioris ad inferiorem, & dextri ad sinistram ligatione forti: deinde alleuietur cibus, & administretur vomitus: & confortet cerebrū cū oleo mirthino permixto cum oleo camomelino:

Ante ipm s. coitum.

De refectione, seu remedio nocumenti coitus in habentibus ęgritudines frigidas neruorū.

Rectificatio seu remediū nocumēti ex coitu in habentibus ęgritudines frigidas neruorū est, vt administretur electuarium de stinchis: et assiduene inungere loca dolorosa cum oleo costino, & castoreo: & administrent aquam carnis fortem permixtam cum vino

aqua

rupo acetoso, nisi ꝑ quosdã de secta Alchuzi. Radix igiť in eo, & fundamẽtũ eius est acetũ, et mel: & hoc est inuẽsũ in libris grecorũ antiquorũ: vez ꝙ descriptio qualibet syrupi acetosi nõ est, nisi illa, quæ fit ex aceto, et melle secũdũ diuersitatẽ eius in q̃titate ipsorũ secũdũ necessitatẽ incisiõis, & subtiliatiõis, et infrigidatiõis. Iã manifestum est, ꝙ diximus, ꝙ opinio, quę intẽdit vel quæ vult semina, et radices calidas ingredi in cõpositiõe syrupi acetosi, est opinio nõ vera, nõ secura: qa ꝑ hãc destruiť vna duarũ intẽtionũ ĩ syrupo acetoso: neq; ꝑficiť intentio altera ꝑfectiõe cõpleta: cũ reperianť res plures magis iuuãtes ĩ apiõe oppilationũ, si administrenť simpliciter, q̃ iuuet syrupus acetosus, et fortiores ĩ hoc, q̃ radices, et semina ipsa administrata in syrupo acetoso, qñ intẽtio nõ fuerit, nisi subtiliatio, incisio, et aptio, qm̃ qñ fuerit necessitas ad has intẽtiones tm̃, tũc nõ est via administrãdi syrupũ acetosum cõpositũ cũ radicibus ꝑꝑ debilitatẽ ipsius ĩ hoc opere vel in hac intẽtiõe: Imo opz, vt exhibeanť in illa hora medicinæ fortes in hac opatione. In syrupo aũt acetoso non est intẽtio vna, Imo duę, sicut diximus: et maior duarũ est subtiliatio, et infrigidatio. Et ab eo qdẽ nõ fit subtiliatio, et icisio, nisi cũ extinctiõe, et infrigidatiõe. Et apparet ẽt, ꝙ snia, quæ vult, ꝙ in syrupo acetoso ponať zucharum loco mellis, est snia melior, et nobilior, q̃ opinio, quę facit cõpositionẽ syrupi acetosi cũ seminibus, et radicibus: cũ zucharũ in abstersiõe nõ deficiat a melle plurimũ valde: & fit zucharũ minus calidũ, q̃ mel: et magis remotũ valde, vt cõuertať ĩ colerã, q̃ mel. Et manifestũ est, ꝙ cõuenientius est, ꝙ fiat syrupus acetosus zucharinus, quia currit cõsuetudo hominũ administrare ipsum ĩ ęstatis tpe, & in ebrietate, et dispõnibus, in qbus existimãt hoĩes, ꝙ indigeãt extinctiõe, et infrigidatiõe. Syrupus ãt acetosus de seminibus secũdũ plurimũ priuať hoc mõ iuuamẽti. s. extinctiõe: Imo qñq; nocet calefactis, et habẽtibus epar calidũ ĩ tpe calido nocumẽto maximo: et in eo cũ hoc est ẽt maxima horribilitas vel abominatio, ꝑcipue cũ fuerit radices, & semina plurima: q̃re ex hoc fit deterior stomaco, & multo magis excitans nauseã, et vomitũ, quã syrupus acetosus simplex: ꝑcipue ĩ eo, ĩ quo os stomaci fuerit valde sensitiuũ: nã in huiusmodi subuertiť aĩa ipsorũ ex odorẽ syrupi acetosi de seminibus multis, ne dũ a potu ipsius. Et ex scientia Gal. eximij apparet, ꝙ ex hoc, ꝙ syrupus acetosus nõ est cõueniẽs stomaco, fuit necessariũ, vt fiat syrupus acetosus cũ succo citoniorũ, vbi necessaria est cooꝑatio stomaci cũ subtiliatiõe, et extinctiõe, aut cõfortatione absq; calefactiõe: & dixit descriptionẽ huius syrupi acetosi cũ succo citoniorũ in libro de regimine sanitatis. Iã diximus sufficiẽtes in hoc capitulo, secũdũ qđ petisti.

Capitulum secundum de iuuamentis syrupi acetosi excellentibus, & de eius nocumentis.

DIcamus igiť nũc, ꝙ iuuamẽta syrupi acetosi magna excellẽtia, quę in alijs syrupis nõ existimanť reperiri, sunt incisio, subtiliatio, & aptio absq; calefactione: et hmõi via qdẽ est magni iuuamẽti, multę vtilitatis vel sufficiẽtiæ ĩ arte medicinæ: Nã pricipalis via cõseruatiõis sanitatis est, ꝓhibere oppilationẽ, si accidit ĩ corpore, vel ꝓhibere oppilationẽ, ne accidat ĩ corpore ita, vt medici medicinas, et cibaria apritiua appellẽt sana. i. cõseruãtia sanitatẽ: et hoc est necessariũ ĩ his, ĩ qbus cõuenerũt sermones ipsorũ suꝑ hoc: syrupus ãt acetosus opať hanc opationẽ in sanitate absq; calefactiõe corporũ: q̃re est possibile, vt ipse ꝑꝑ hoc administreť semꝑ. Et si administrarẽt sani ad hãc intẽtionẽ rẽ aliã a syrupo acetoso, quæ res esset ex eis, quæ nõ extinguũt, et nõ infrigidãt, tũc calefieret epar ipsorũ, et acciderẽt eis ęgritudines calidę. De necessitate ãt syrupi acetosi, quã hñt febrientes, q indigent aptione oppilationũ, quę sunt in meatibus strictis sui epatis, nõ opz aliqđ dicere, cũ hoc sit clarius, & manifestius, q̃ ꝙ oporteat de eo aliqđ dicere, cũ ab ipso syrupo acetoso febrientes ꝑdicti nõ dẽant recederẽ, neq; aliqd loco eius sit mẽdiũ, neq; ẽ aliqd, ꝙ teneat locũ eius oĩno: nã ipse syrupus acetosus aggregat ĩ febriẽtibus hęc iuuamẽta, vez extinctionẽ febris, et ĩfrigidationẽ epatis, et aꝑtionẽ oppilationũ eius, et ĩcisionẽ humorũ grossorũ, si fuerint ĩ ꝑtibus mesaraicarũ, et ĩ ĩferioribus stomaci: Et hoc qdẽ ẽ ꝑcipuũ, q̃ magis ĩdigẽt febriẽtes. Et ĩ syrupo acetoso ẽt ẽ sedatio sitis causatæ ab ĩflãmatiõe stomaci, et epatis: quę qdẽ sedatio nõ ẽ ĩ alijs potiõibus seu syrupis: licet. n. reperiãť potiones seu syrupi frigidiores, q̃ syrupus acetosus, tñ nõ penetrãt, et ñ mouẽt velociter, sicut penetrat syrupus acetosus: aut qa cũ potiõibus vel syrupis ꝑdictis ẽ stipticitas, sicut ĩ syrupo facto de citonijs, et pomis acetosis, et similibus, ĩ qbus ẽ stipticitas, et põticitas: aut qa ipsę sunt suꝑflue frigidę grauãtes caliditatẽ, sicut ẽ acetositas citri, et aq̃ ipsa veri frigoris. Et acetũ qdẽ ipm̃ licet bibať cũ aq̃, tñ nõ ꝑuenit ad actũ sedãdi sitim calidã, sicut ꝑuenit syrupus acetosus: et illud qa ĩ eo cadit [infrigidatio subtilis mirabilis,] et speculatio subtilis ĩ ꝑmistiõe mellis cũ aceto: et est, ꝙ epar accelerat attractionẽ rerũ dulciũ vlis attractione, & fugit ex eis vlia suctiõe illud, ꝙ ei cõueniẽs ẽ ex natura, et ex comũitate substãtiæ. Cũ ergo ꝑmisceť acetũ cũ melle, fit illud cã, ꝙ ex eo attrahať attractiõe ĩ maiori q̃titate, et velocius, q̃ attraheret de aceto solo: Imo ex aceto ꝑ se ñ attrahiť res plurima ꝑꝑ paucã cõueniẽtiã naturalẽ cũ ea. Et si attraheret ẽt de aq̃ q̃titas, q̃ attrahiť ex syrupo acetoso, nõ infrigidaret, sicut syrupus acetosus, qa mel vł zucharũ ĩ hoc loco est cã, ꝙ ꝑducať acetũ, et aq̃ ad has ꝓfunditates corporis velociter. Et si exhibeať sitiẽti q̃titas similis q̃ aq̃ mellis simplicis, licet epar attrahat eã fortius et velocius, tñ nõ ita sedat sitim, sicut sedat syrupus acetosus: nã illud, ꝙ ĩfrigidat, et extinguit, nõ ẽ nisi acetũ, et nõ mel: et plurima attractio epatis ex aq̃ mellis facit ꝑueniẽ ĩ meatibus mel plurimũ: et aq̃ qdẽ separať a melle: q̃re calefacit, et cãt sitim, et auget colerã, et fortasse g̃nat oppilationẽ, qñ multiplicať: qm̃ plurimũ g̃natiõis oppilationũ ĩ epate nõ ẽ ex cibis dulcibus, nisi ꝑꝑ multã suctionẽ epatis ex illis, quę epati adherent ꝑꝑ suã multitudinẽ, vel ex hmõi dulcibus, quę sua multitudine coarctãt epar, et ipsã oppilãt, qa ex natura dulcis nõ ẽ oppilare, Imo ipm̃ ẽ abstersiuũ, apitiuũ: et nõ oppilat, nisi qa ipm̃ ab epate attractũ ĩ magna q̃titate coarctat, et oppilat meatus epatis. Iã ergo apparet subtilis ĩgentatio ĩ ꝑmistiõe mellis cũ aceto, et magnũ iuuamẽtũ ex illa. Et ex magnis iuuamẽtis syrupi acetosi ẽ ĩcidere materiã febriũ: et illud, qa occurrit ei, ꝙ ĩ inferioribus stomaci repiť, et ĩ ꝑtibus ei vicinis, et ei, ꝙ q̃ flegmate vicinať: et ꝑ hmõi occursum ĩ hoc loco fit sequestratio materierũ, q̃re expellit ꝑtẽ earũ ꝑ secessum, ꝑtẽ ꝑ vrinã: et si fuerint materię ĩ dispõne leucoflegmatiũ seu natãtiũ, expellit eas ꝑ vomitũ: q̃re fit illud cã abscisionis flegmaticę: et cum hoc extinguit caliditatem extraneã g̃natam ex putredine, quę caliditas est ipsa febris: q̃re syrupus acetosus est cã abscindẽs materiã febris, et ex hoc ẽt extinguit eã. Medici nãq; solertes, qñq; cõcedũt, ꝙ ꝑ exhibitionem alicuius potiõis augeať caliditas febris, vt abscindať materia eius, et exhibẽt ĩ potu febriẽtibus ꝑꝑ illã intẽtionẽ medicinas calidas: q̃liter ergo vel q̃to magis iudicandum est oporterẽ cũ festinatiõe exhibere syrupũ acetosum, ꝓpterea ꝙ ipse extinguit febrẽ, et cũ hoc ĩcidit materiã eius. Et syrupus acetosus ẽt qñ ꝑmisceť cum flegmate grosso, incidit ipsum, quare fit ille causa egressionis eius a corpore. Et quando syrupus acetosus occurrit humori pręparato, vt cõuertať in colerã rubeã, ꝓhibet ipsum cõuerti ad eã: et si ꝑmisceť syrupus acetosus cũ colera citrina, resoluit eã, si fuerit paucę q̃titatis, et frãgit suꝑfluã eius caliditatẽ, et eius

Veri frigoris idest actualiter frigida alia litera regimen subtile mirabile.

multiplicatur .f. mel.

acuitatē vel nocumētū: si vero colera fuerit multa, expellit eā p vomitū, vel p secessum, aut p vrinā. Et ex iuuamentis ēt syrupi acetosi est, q ipse aperit oppilationes epatis cū infrigidatione eius tēperata ita, vt phibeat ipsum, ne inflāmeī, aut accidat in eo apostema calidū. Amplius ipse syrupus acetosus subtiliat cū hoc grossitiē splenis, & extenuat eū, et attenuat feculētiā sanguinis, quę est in eo ita, vt effunderī faciat plurimū feculētiæ eius ab ipso splene ad intestina, et paucifaciat effusionē eius ad os stomaci: q̄re in hoc est magni iuuamēti. Et ex iuuamētis ēt syrupi acetosi est, q sit cā paucę gñationis colerę nigrę in corpore, ppea q expellit materiā eius ad intestina de die in diem. Et ex eis est imprimere appetitū cibi, ppea q ad os stomaci p appetitu excitādo puenit de hoc humore melācolico, cuius vicissitudo est i aceto, vel cuius locū tenet acetū. Et ex eis est, q ipse syrupus acetosus est fundamētū cōseruatiōis sanitatis cōseruando incolumia hęc duo mēbra.s. epar, et splenē: Etiā syrupus acetosus aggregat cōseruationē amborū mēbrorū secūdū dispōnē suā naturalem: qm̄ plurimū incolumitatis epatis nō est, nisi a ptio cōcauitatis venarū paruarū puenientū a cōcauo epatis ad gibositatē ipsius: et phibitio, ne accidat in eo inflāmatio, aut apostema calidū: Et plurimū qdē apostematū splenis nō accidit, nisi pp multā adherētiā feculētiæ sanguinis i eo. Syrupus acetosus ēt mūdificat, vel incidit, q in pulmone de humoribus grossis oportet expelli: q̄re p hoc cōfert asmati grosso vel asmati causato a materia grossa: et cōfert tussi factę a materia grossa, nō ex hoc, q phibeat tussim, imo quia excitat tussim, et abscindit illos humores: q̄re fit illud cā expulsionis eius, q in cāna pulmonis reperiī, et mūdificatiōis eius: Et pp hoc Hypocrates, et alij antiq administrauerūt syrupū acetosum in fine solati, & rabu siu asmatis grossi, et similiū ęgritudinū pectoris, et pulmonis. Hęc igitur sunt, quę scio de iuuamētis syrupi acetosi sublimibus. Habet ēt syrupus acetosus adhuc iuuamēta plurima præter supradicta, sicut est iuuamentum eius in epilepsia, pręcipue syrupus acetosus squilliticus, & in sqnantia, qn̄ fit gargarisma cū eo, & in descensione flegmatis a cerebro, & exiccatiōe liguæ, & mūdificatiōe flegmatis a partibus oris: & iuuat bothor, et alchola, et fetori oris, q est ex calore stomaci: et phibet gñationē vermiū, et ascaridū: et adiuuat advomitū, et mūdificatiōem stomaci: & soluit scrofulas nō vlceratas, qn̄ cū eo pmisceī farina ordei: neq; istā mat in suis iuuamētis plurimis. Illud aūt, q autiq dixerunt de syrupo acetoso, est, q Diascorides dixit, q syrupus acetosus factus cū aq̄ maris soluit humores grossos: & pp hoc cōfert sciaticę, et doloribus iuncturarū, et morsui viperarū, & ei, q sumpsit in potu opiū, et tafasia, quæ est gūma rutę mōtanę: et cū pdicto syrupo acetoso fit gargarisma ad sqnātiā. Dixit Gal. q ipse est potio magis cōueniēs oībus cōplexionibus, et ętatibus p cōseruatiōe sanitatis ipsarū, qm̄ ipse aperit oppilatiōes, et vias strictas, et phibet, ne remeāī in eis chimi grossi: et ipse est ex medicinis sanis. Et sufficiūt tibi laudes, et excellentia iuuamēta, quæ Gal. sermone absoluto attribuit syrupo acetoso: et nō sic loquiī in opatione aliarū medicinarū, quia de eis nō cōmemorat iuuamēta, nisi ēt adiūgat nocumēta ipsarū, a qbus cauere oportet. Et dixit Gal. q syrupus acetosus factus cū aceto sqllitico nō nocet neruis: et factus cū succo citoniorū nō ledit stomacū. Et dixit Ruffus, q syrupus acetosus cōtrariaī flegmati, et colerę, et phibet gñationē amborū, et cōmouet appetitū. Cōmemoratio vero

Nocumenta syrupi acetosi.

nocumētorū, et dispōnū, et horarū, in qbus oportet caueī a syrupo acetoso, est in principio excoriatiōis intestinorū, nedū i hora cōfirmatiōis siu status eius, et i hora zair. Et aliena tp̄m vehemēter, seu caue ab ipso vehemēter in doloribus matricis, et i hora gñatiōis colicę.s. i pricipio eius vsq; quo remoueaī. Et nocet patiēti tenasmō, et hemoroidas, et ragadias i ano, et egressiōi ipsius ani. Et caueat ab eo patiēs nauseā plurimā, et subuersionē aīæ: et patiēs fluxū saliuę ab ore, nisi qn̄ p ip̄m syrupū acetosū voluerit vomitū. Et caueat ēt ab eo patiēs tremorē: et ille, i quo inceperint iectigatiōes: et ille, i quo timeī paralesis, qm̄ ipse i summa nocet neruis: et pp hoc ipse est nō iuuās stomaco, et intestinis, et uesiccæ, et matrici. Et est malus ei, q patiī distillationē vrinę a frigore vehemēti, et ei, q patiī dolorē dorsi, & genuū ab humore frigido crudo: et patiētibus melācoliā, et cogitatiōes malas. Et i sūma nocet patiētibus accidētia melācolica, et ei, q patiī cācrū. Et maior ipsius lesio est in stomaticis, et sunt illi, q vomūt cibū suū cum acetositate sua, quæ est i stomacis ipsorū: et i mulieribus, i qbus ē dolor matricis ātiquus. Et syrupus acetosus ēt ex ē eis, q̄ abscindiīt coitū, et infrigidat partes renū, et vesiccę: et multitudo ipsius syrupi acetosi causat spma subtile nō aptum gñanōi. Et i eo, q multū vtiī eo, et nō habet fortē calorē epatis, et stomaci, et nō fuerit corpus bonę habitudinis, multę carnis, pducit multitudo vsus eius ad corruptionē cōplexiōis illius, et ad hydropisim. Iā ergo diximus sufficiēter de syrupo acetoso, secūdū q petisti, et laudes, et iuuamenta, ac nocumenta ipsius manifestauimus.

Laus Deo semper amen.

Expositio Syrasi super fen secunda primi canonis.



EN secūda primi canonis incipit, cuius sunt doctrinę tres, vc3 doctrina prima, quę est de ęgritudinibus: Doctrina secūda de causis: Doctrina tertia de accidentibus. Doctrina qdem de ęgritudinibus non præponitur ad alias, nisi quoniam cognitio ęgritudinū est intēta p se. Causarū vero, & accidentiū nō intenditur doctrina seu ipsarū cognitio, nisi pp ęgritudines, aut vt de ęgritudinibus possit haberi sciētia per id, qđ manifestum est, quod sciētia rei alicuius non perfecte habetur, nisi per scientiam causę ipsius: qđ si causa illius non est manifesta, tunc ex parte scientiæ accidentium eius acquiritur scientia: Aut vt sit occupatio in remouendo causas ęgritudinum, & aduenīant causę sanitatis. Et si dicatur, quare ista doctrina nominatur doctrina ægritudinum, cum in ea comprehendatur cognitio sanitatis, & dispositionis tertię etiam? Dicemus illud esse, quoniam plurimum sermonis est de ægritudinibus in hac doctrina: Et non fit hoc, nisi quoniam sanitas est res vna, ęgritudinis vero plures sunt diuersiones: exitus enim a re naturali sunt plures absq; dubio.

Capitulum primum doctrinę primę fen secundæ libri primi de doctrina causę, & ęgritudinis, & accidentis.

Ista tria aggregantur in hoc capitulo, quamuis sit capitulum doctrinę ægritudinis, vt cognitio causæ, & accidentis faciat accedere cognitionem certam super veritatem, vel essentiam ęgritudinis necessariam: nam cognitio verę causę rei alicuius, & verorum accidentium eius cōfert ad cognitionē essentię illius. Dico ergo, q causans nocumētū opatiōis aut est causans illud cū medio, et istud est cā, aut ē causans absq; medio, e istud ē ęgritudo, & quod sequitur ad ipsam est accidens. Et ad declarandum comprehensionem vel summam rerum egredientiū a natura in istis tribus est alia via, quæ est, quod corpus sanum est temperatum in humoribus, & in eis quę ab ipsis generantur, quę sunt membra, spiritus: & in operationibus

Illorū triū s. humores & spiritus & mēbra.

tionibus: & vnumquodq; istorum trium cum alteratur a dispositione naturali, accidit ab eo vna rerū trium exeūtium a natura, vel vna rerum trium prętematuralium: & est illud ægritudo. Et operationes quidem cum alterantur a cursu naturali, tunc illud est accidens. Et prima quidem est dignior, quam hoc: & apparet consideratione illius, cui places: & hoc capitulum compræhendit pscrutatiões in essentia, seu declaratione, aut quiditate causę. DICEMVS, quod causam secundum medicos &c. & in alia litera, quod causa in libris medicorum: & qualitercunq; sit, per hoc excluditur causa, quę non est secūdum medicos, aut causa aliorum librorum: nam causa apud philosophos dicitur omne, quod est necessarium in esse alicuius, siue ingrediatur essentiam eius, sicut materia, & forma, aut sit extra ipsam, & tale est efficiens, & finis. Medici vero appropiant nomen causę illi, quod est efficiens: & non cuilibet causę efficienti, sed illi, cuius operatio est in corpore hominis: neq; cuilibet efficienti in corpore hominis, quia ęgritudines non denominātur causæ, licet operentur ipsę, & efficiant ipsę in corpore hominis accidentia: immo illi appropriatur nomen causæ, qđ est efficiens inuentionis vel esse dispositionum, & conseruat eas, siue sit illud corporeum, aut non corporeum, siue substantiale, sicut cibus aut medecina: aut accidens, sicut caliditas, & frigiditas: & propter illud non compræhenditur causa secundum genera: & quia non est ipsa vel sua essentia compręhensa sub genere, non dicitur, q̄ causa sit dispositio, aut habitus, aut forma, aut substātia, aut alia ab illis: immo dicitur, quod ipsa est illud, quod est primo, quoniam ipsa est comunis illis omnibus. QVOD EST primo idest quod est antecedens vel pręcedens scilicet effectum per se, aut tempore. Et non per se solummodo, secundum quod dixerunt Ebenesis alcursi, & Alamam idest Facardin rasi. Et illud, quoniam medici diuidunt causam in efficientem, & in causam cōseruantem. Et conseruans quidem est illa, cuius causatio completur cum aduentu, vel pręsentia condictionum requisitarum, & remotione prohibentis: & est causa cōpleta ad firmandum vel conseruandum vnam dispositionum trium. Et ipsa non præcedit causatum nisi per se: quoniam ambo simul sunt in tempore. Et efficiens causa est illa, cuius non completur causatio propter remotionem vel absentiam condictionum requisitarum, & præsentiā prohibentis, quia ipsa præcedit tempore ad causatum: Et propter illud dixerunt medici, quod efficiens causa sanitatis est inuenta in dispositione vel in hora ægritudinis & dispositionis mediæ. Et similiter efficiens ægritudinem est inuenta in dispositione vel in hora sanitatis, & dispositionis mediæ. Et cum ita sit, oportet, vt exponatur ly quod est primo, secundum quod diximus, & non secundum quod illi dixerunt: vt in ea cadat causa efficiens & conseruans, nisi ipsi dicat, quod illud, quod pręcedit tempore, præcedit etiam per se, & econtra: quoniā si sic esset, est possibile, vt exponant ly quod est primo secundum quod ipsi dixerunt. ET EX quo prouenit vel causatur, vel & causatur ab ea scilicet causa: & in hoc excitatur vel datur intelligi subtile iudicium, vel subtilis sententia, quę est, quod causatum, cuius esse vel cuius inuentio non necessitatur, vel causatur a causa, non dicitur causari vel habere esse ab ipsa. ALICVIVS dispositionum in corpore humano, & in alia litera alicuius dispositionum trium in corpore humano scilicet sanitatis, aut ęgritudinis, aut dispositionis tertiæ, si ipsa inuenitur: & cum hoc excluduntur dispositiones a causis, quoniam ab ipsis procedunt operationes sanæ, aut lesę. AVT FIXIOnis eius idest permanentię, vel conseruationis dispositionis vnius dispositionum trium. Et non dixit illud, nisi vt illa diffinitio esset comunis ad causam essendi scilicet ad causam efficientem, & ad causam conseruantem. Et tam quidem currit cōsuetudo medicorum, vt appropriettur causę essendi nomen causę efficientis cum hoc, quod conseruans est causa efficiens etiam non secundū expositionem pręd ictam de causa efficienti: & si non, tunc fit obiectio vel stat obiectio. immo consideratione, quod illud, quod procedit a conseruante, quod est conseruatio, est operatio: vel & illud propterea quod causę conseruanti appropriatur nomen proprium: et causæ efficienti scilicet causę producenti in esse attribuunt nomen comune. Et si dicatur, quare in diffinitione vtitur dictione aut: cum ipsa sit dubitatiua cōtraria declarationi, vel affirmationi, quæ intenditur in diffinitionibus? dicemus, quod non est hic dubitatio, cum non cadat disiunctio in prędicatione ita, vt in ea sit dubitatio: immo est disiunctio vel cadit disiunctio in causa, scilicet vt manifestetur, quod de causis quędam est, quæ est causans esse dispositionis, & quędam est, quę est confirmans vel seruans ipsam dispositionem. Et Auicenna non præponit cognitionem causæ ad cognitionem ægritudinis, nisi propter id, quod diximus, scilicet quod scientia rei alicuius non aduenit, nisi ex cognitione causę illius. Et cognitio illius, quod est faciens scire, oportet, vt præcedat ad cognitum, vel ad id, quod cognoscitur. Et quoniam causa antecedit ad ægritudinem naturaliter, quare positio vel sermo de ipsa causa pręcedit sermonem ęgritudinis, vt proportionetur situi vel ordini naturali. Et si dicatur, q̄ causa, a qua prouenit inuentio causati, vel a qua necessitatur esse causatum, est causa completa: & dum non completa est causa, non reperitur vel non sequitur esse causati necessario: quoniam non reperitur ita, vt ab ea necessitetur esse ipsius causati, vel vt ab ea oporteat eē ipsius causati, nisi cum ipsa causa est completa: quare sequitur, quod ista diffinitio non [est comunis, nisi causis completis scilicet causis coniunctis, & non causis antecedentibus,] quoniam putredo quamuis necessitet febrem, tamen repletio non necessitat ipsam, nisi mediante putredine: Dicemus non esse dubium, quod causa, si est completa, associatur causato, & non pręcedit ipsum tempore: & si non est completa, tunc non est causa, immo est pars causę: verum medici nominant partem fortiorem causæ causam. Et propter hoc concedunt antecessionē causæ ad causatū tpe. Et dicūt vel diffiniūt cām eē illud, q̄ est prio, et ab eo est inuētio vel eē dispōnis aut pmanātiæ eius, siue sit secūdū viā necessitatis, aut nō, q̄m si cōplenē codictiōes causatiōis, tūc est causatū necessario accidēs cū ea, et nō est añcessio tpis iter ea, sicut causę anñcedēti est antecessio tpis ad causatū. Et p hoc q̄ Auicēna quidē pmutauit sermonē ipsorū, vc; et ab eo est inuētio dispōnis ad sermonē suū vc; et ab eo puenit vel necessitat inuētio vel esse dispōnis, accidit q̄ diffinitio sua, q̄ ponit hic de cā, nō suscipit oēs causas. et indigemus in respōsiōe eo, q̄ diximus. Et si nō alterasset, nō accidisset dubitatio, et nō fuisset necessariū nobis laborare i respōsiōe. Et ē possibile, vt dicat, q̄ sermo eius. s. ab eo puenit vel necessitat nō nps, vt itelligat, q̄ illud, a quo puenit vel necessitat inuētio vel eē dispōnis, sit cā cōpleta i causatiōe sua, imo sit magis cōe, q̄ ipsa: et p hoc verificat, q̄ dicat, prouenit ab eo vel necessitat, itelligat de re aliq̄, quę puenit aut i futuro, aut in pñti, aut cū inuētiōe cōditiōis, et remotiōe phibitiōis, et similiū: et secūdū hoc remouent dubitatiōes radicitus. Cōsideratio scđa de diffinitiōe ęgritudinis, et ęgritudo est heie. i. accidēs. Et iā pterijt i descriptiōe sanitatis, et ęgritudinis qd sit heie, q̄ ipm est sinonomū cū accidēte

Ebenesis alcursi. i. Ebenesis illius regionis, q̄ cōmentauit Auicēnā. Facardin rasi fuit alius, q̄ cōmentauit Auicennam.

Ill. s. Ebenesis, & Facardin rasi vt i ea s. diffinitione causæ cadat causa efficiēs, & cōseruans.

I. s. secundū expositionē prædictā. s. sup eius de causa efficienti, quę pcedit esse đū per se solummodo, vt dicebat Ebenesis.

Alia litera suscipit nisi causas cōpletas. s. causas cōiunctas & nō causas antecedentes.

Et nõ dicitur habitus, aut dispositio, qm̄ ly heie est magis comune ambobus, et cõpręhēdit ambo, et fuit necessariũ ponere ipsum in hac diffinitione, vt sit tanquam genus. Et non dicitur, quod ægritudo est heie, nisi quoniam ipsa ingreditur in prędicamēto qualitatis. Et ipsa quidem non dicitur qualitas, quod illa sit nomen magis apropriatum, quam heie, quoniam qualitas non est nota apud multitudinem hominum, & econtrario se habet ly heie. NON NATVRAlis. per hoc excluduntur alhetat. i. dispositiones naturales, sicut sanitas, & signa eius, & causa sana. Et non dicitur quidem heie vel dispositio contraria rei naturali, aut heie seu dispositio, quæ habeat priuationem rei naturalis, quoniam non naturalis est magis comunis: & ideo conuenientius fuerit dicere non naturalis. IN CORPOre hominis, & per hoc excluduntur heiat idest dispositiones non naturales in corpore animalis, quoniam medicus nõ loquitur, nisi de ęgritudinibus, quę sunt appropriatę corpori hominis, & non de ægritudinibus existentibus in animalibus alijs ab homine: & si non, tunc medicus est bitar idest curator ęgritudinum equorum, & aliorum animalium. EX Q V A prouenit idest ab illa dispositione non naturali. ESSENTIAliter seu per se idest inquantum est ipsa ægritudo, & non inquantum est res alia: & per hoc excluditur ab ipsa accidens, quod causat accidens aliud, aut ęgritudinem, quoniam ipsum accidens non causat ea per se vel essentialiter idest inquantũ est accidens, immo inquantum ipsum est iam conuersum vel factum ęgritudo causat accidens, aut inquantum est iam conuersum vel factum causa, tunc causat ægritudinem. NOCVmentum in operationibus idest nocumentum appræhensum vel sensatum, secundum quod præcedit ad cognitionem istius considerationis, & si non, tunc non est ęgritudo. PROVENtu primo idest sine medio, et ex hoc excluditur causa ęgritudinis: quoniam ipsa causat per se vel essentialiter aduentum nocumenti, tamen facit hoc mediante ęgritudine, quoniam illud, quod causat aliquid per se vel essentialiter, sicut causa ęgritudinis causat per se nocumentum in operatione, non oportet, vt sit causans ipsum causalitate primo vel prouentu primo: sicut ignis, quoniam ipse per essentiam suam requisit calefactionem, quamuis quandoq; faciat illud cum medio. Et per hoc remouetur dubitatio, quam hic Facardin rasi adducit: quę dubitatio est propterea, quod Auicenna dixit, ex qua prouenit essentialiter: est sicut si diceret ex qua prouenit prouentu primo: quę est ergo vtilitas in sermone ipsius, cum dicit post prouentu primo. Dicendum, quod illud, ex quo aliquid prouenit essentialiter vel per se, quaddoq; prouenit ab eo prouentu primo, et quandoq; non: iam ergo scis vtilitatem illius dicti, videlicet prouentu primo. E T E S T aut complexio non naturalis, aut compositio non naturalis, quoniam sanitas est cum existētia complexionis, & heie idest dispositionis secundum quod oportet: & ęgritudo ei opposita est cum lapsu vel egressione a cursu naturali: quod si fuerit cũ exitu complexionis ab eo, quod oportet, tunc est ęgritudo malitię complexionis: & si fuerit cum exitu heie idest dispositioni seu formę ab eo, quod oportet, tunc est ęgritudo compositionis, et solutionis continuitatis: quoniam malitia heie idest dispositionis seu formę, et malitia compositionis est comunior quolibet ambotum, & verificatur seu prędicatur de eis, quasi ambo sint species eius. Consideratio tertia de quiditate accidentis videlicet, E T A C C Idens est res &c. Sermo de accidente non postponitur quidem ad sermonem de ęgritudine, nisi quoniam ipsum est sequēs ad ipsam ęgritudinem, quare postpositio vel ordo sermonis eius est, vt propor

tionetur ad situm, et ordinem naturalem. Neq; intelligitur hic per ęgritudinem illud, quod distinguitur contra substantiam vel quod est pars opposita substantię: quoniam hoc quandoq; est substantia, sicut sanies egrediens cum tussi accidente in pthisi: & hoc est, quod dicitur. Verum aliquis potest dicere, quod accidens in pthisi non est ipsa sanies, sed est sputum saniei: et propter hoc dicitur de causis, & signis, quod ex accidentibus pthisis est sputum saniei: et sputito est accidens, non substantia. Et in futurum dicam ad hoc responsionem, si deus voluerit. Et quandoq; est accidens, sicut rubedo multa vel superflua in maxilla in peripneumonia: et secundum hoc quidem tunc accidens apud medicos est magis comune secundum vnum modum, quam accidens, quod est apud philosophos. Et accidens apud philosophos est magis comune, quam illud, quod est apud medicos secundum vnum modum: et propter illud non ingreditur hoc accidens sub aliquo decem generum. Et propter illud dixit est res, et non dixit est heie idest forma, aut dispositio, aut qualitas, aut aliud ab his. Q V A E S E Q V Itur hanc dispositionem. Non dixit quę inhęret, aut concomitatur dispositionem, nisi vt esset comune ad illud, quod concomitatur, et ad illud, quod separatur. H A N C H E I E idest hanc dispositionē idest dispositionem ęgritudinalem. Et propter illud non dicuntur signa sanitatis, et quæ comitantur ipsam, esse accidentia, quoniam ipsa non sequuntur hanc dispositionem ęgritudinalem. Et diffinitio accidentis hic completur. Et quod dicitur postea videlicet, Q V A E E S T naturalis, est prędicatum de prædicato idest est ad maiorem declarationem. Et non est talis, nisi quoniam ipsa sequitur rem non naturalem, quę est ęgritudo. Verum istud non naturale quoddam est non naturale contrarium naturæ, idest quod non reperitur illi simile in dispositione sanitatis: et quoddam est non contrarium, cuius simile reperitur in sanitate: et de ambobus est sermo hic. S I V E S I T idest istud sequens non naturale contrarium naturæ, sicut dolor in colica, cum non reperiatur simile in dispositione sanitatis. IN PERIPNEVmonia scilicet quod est apostema calidũ pulmonis, et est rubedo genarum vel maxillarum in ea plus, quã in phtisi, in qua idest vlcere pulmonis: et causa illius est multitudo vaporum calidorum ascendentium, et receptio eorum in maxillis seu genis propter raritatem ipsarum positarum vel situatarum in aspectu opposito pulmoni: Et minoratur quidem illud in vlceribus propter minorationem vaporum in eis. Et propter multitudinem vaporationis peripneumonia facit accidere subet, quoniam istud membrum est plurimę humiditatis, cumq; calefit, eleuantur ab eo vapores plurimi calidi ad cerebrum: & cum ad ipsum peruenerint, separatur ab eis caliditas accidentalis, et acquiritur eis a natura cerebri frigiditas et propter frigiditatem ipsorum stupefit cerebrum, & aduenit in eo subet. Consideratio quarta de exemplificatione causę, et ęgritudinis, et accidentis in generibus ęgritudinum trium, quę sunt malitia complexionis, et malitia compositionis, & solutio continuitatis. Dixit EXEMPLVM causę putredo. Et putredo quidem est dispositio a caliditate extranea habente humiditatem secundum contrarium finis intenti cum remanentia formę specificę ipsius: et per hoc excluditur adustio. EXEMPLVM ęgritudinis est febris. Et febris est caliditas extranea nocēs opatiōibus, pcedēs a corde ad mēbra. Et putredo qdē est cã ipsius, qa calefacit humores, q sunt in corde, & spargitur caliditas illa ad reliqua membra. Exemplum accidentis est sitis propter additionem

Hoc. i. accidens, q hic intenditur.

caliditatis

caliditatis. Et soda propter caliditatem etiam, et euapo rationem humorum. Et non incipit exemplificare de ęgritudine complexionali, nisi quoniam subiectum eius sunt membra homogenea, quę precedunt membra instrumentalia, quibus accidunt ęgritudines compositionales, & aliqua solutio continuitatis. Et exemplificauit de ægritudine complexionali materiali, quia ipsa est manifestior propter paucitatem ęgritudinum complexionalium simplicium: quare exemplificatio de eis est occulta. Et sermo de causa præcedit, quia ipsa præcedit ad ægritudinem precedentem ad accidens. Et propter hoc obseruauit hunc ordinem in omnibus exemplis. Et exemplicauit quidem de causa coniuncta, quę est putredo, quoniam manifesta est ipsius causatio in causa corporea, ad quam succedit dispositio plus, quam ab alia. Et exemplificauit de accidente proportionato, quod causat oatura ægritudinis, sicut sitis, & soda in febre: quoniam natura eius causat ipsum. Econtrario est accidens non proportionatum, sicut syncopis, & permixtio rationis, quoniam natura febris non causat eam: & propter proportionalitatem essentię apropriata sunt ambo huic sermoni. Hęc ergo fuerunt exempla ægritudinis cō plexionalis, & causę, & signi. Et sicut, quod determinauimus dicere diffinitionem vel descriptionem ægritudinis, et accidētiū pdictorū i hoc cap. imo in aliis libris, vt sit sermo cōpletus registius nō necessarius i alio loco. Dico ergo, quod soda est lesio in mēbris capitis, aut in partibus quibusdam ipsius: & ex ea est, quę est comunis capiti, & nominatur galea per similitudinem ad galeam armorū: & qđ occupat medium capitis in lōgitudine, nominatur emigranea. Et non est oculus, & similia de membris capitis, aliter optalmia esset soda, immo membra capitis sunt cutis, deinde panicullus almocati, deinde craneū, deinde paniculus durus, deinde panicullus subtilis secundina, deinde cerebri substantia, & quod est in eo, deinde paniculi duo sub eo, deinde rete, deinde os, quod est basis cerebri. Neruí vero sunt sicut pululationes rami sicatę ab eo, non quod sint partes substantię eius propriæ ei. Sitis autem est appetitus, vel indigentia naturę ad frigidum, & humidum: & fit ex parte stomaci quandoq;, & ex parte pulmonis fit sitis alia. Et differentia inter ea est, quod sedatio primæ fit cum potu aquę frigidæ velocius, quam fiat sedatio eius cum attractione aeris frigidi: & sitis secunda est econtra. Et dixit Auicen na in libro tertio canonis, quod quandoq; accidit sitis propter frigiditatem complexionis epatis, quare non attrahit. Et intentio eius est, quod epar est illud, quod attrahit cibum, & potum ad vnumquodq; membrum: cumque infrigidatum fuerit, remouetur attractio ab eo: qm̄ ipsa fit cū caliditate. De ægritudine vero compositionali, & de causa, et signis eius dicemus etiam. CAVSAE quoq; exemplum est repletio in receptaculis, quę ad oculos descendunt, quoniam est causa ęgritudinis, quæ est oppilatio in vuea. EXEMplū accidentis est priuatio visus. & non apropriauit exemplum cū ęgritudine oculi, nisi propter manifestationem ipsorū. REVMAtismus acutus, qm̄ ipse est causa pthisis, idest vlceris pulmonis. Dixit Auicē. exemplum ęgritudinis partium homogenearum, & ęgritudinis instrumentalis, & non dixit exemplum solutionis continuitatis simplicis, aut quia ingreditur in ægritudinibus compositionis apud ipsum, aut propter occultationem accidentium eius, & paucitatem ipsorum, quoniam ipsa raro est absq; malitia complexionis. Et propter illud exemplificat cū ęgritudine compositionali de ambobus .s. de solutione continuitatis, & malitia complexionis: & tale exemplum est vlcus pulmonis compositum ex ambobus prędictis, & nō ex generibus tribus, secūdum quod dixit Facardin rasi. Et contradicit ei Almesihai dicens, quod in malitia compositionis econtrario se habet apostema, qm̄ ipsum est compositum ex tribus .s. ex malitia complexionis cū materia, & corruptione cōpositiōis, & separatione continuitatis. ET GIBOsitas vnguium, quæ est cōcomitās vlcus pulmonis: verum mediante febre ethica, quoniam ad vlcus pulmonis sequit febris ethica propter propinquitatem cordis. Et febris quidem ethica est dissoluens corpus. Et cum minuitur caro, quę est in nodo extremo digitorum propter dissolutionem, incuruantur vngues propter illud, & propter siccitatem eius etiam. Consideratio quinta de differentia inter accidens, & significationem, & signum. ET ACcidens vocaī accidens &c. Ex istis quidem accidentibus quoddam est, qđ est accidens intelligendo, quod fit in subiecto: & illud nominatur accidens consideratione suę essentię, neq; sequitur ex hoc, quod ægritudo denominetur etiam accidens, quamuis sit accidens cum illa intentione prędicta, quia ei appropriatum est nomen ęgritudinis. Et eodem modo, & eadē rōne dici potest de causa, quę secū dum illam intentionem superius dictam est accidens. Et ex eo accidente, qđ est accidens ęgritudinis, quoddam est, quod est substantia, sicut sanies, & sanguis extens per fluxum sao. narium, & hoc non est accidens cum illa intentione superius dicta. Et non denominatur accidens, nisi quia essentia sua vel esse suum accidit ęgritudini: sicut dicitur in ysagoge, quod album accidens est cōe per considerationem essentię suæ accidentis ad essentiam niuis, & eboris, quamuis sit i se ipsa substantia. Et iam sciuisti, quid velimus in hoc, & est vt sit possibile, quod sit accidens pthisis, aut pleuresis, quod non est sanies, sed sputum sainei, & ipsum sputum est accidens cum hac intentione non substantia. Et est possibile, vt detur alia responsio vel quod accidens est, qđ sequitur ægritudinem, & sanies est ita, quare &c. Et etiam, quod accidens est illud, ex quo medicus sumit significationem: & illud quidem, ex quo medicus sumit significationem, est ipsa res, quæ egreditur, non sputum seu ipsa exspuitio: & per rem, quę egreditur, significatur proijciendo ipsam in aqua, aut in igne, quod sit sanies: qm̄ ex sanie significatus super inuentionem vlceris pulmonis, & illud quoniam si res, quę expuit vel egreditur per sputum, residet in aqua, aut fętet proiecta super ignem, tunc est sanies ex vlcere pulmonis, et si nō, non. Differentia vero inter significationem, & signum apud philosophos, & logicos est, qđ signum est magis comune, quam significatio: sed apud scolam medicorū ambo sunt proxima in intellectione, & infunt sanitati, & ęgritudini. Sed accidens non inheret vel non cōuenit, nisi ęgritudini: quare est accidens magis proprium vel magis particulare, quam ambo .s. significatio, & signum: nam qdlibet accidens ęgritudinis, siue sit substātia, siue sit accidens, est significatio, & signum: Et non quodlibet, qđ est significatio, & signum, est accidens ęgritudinis, quoniā nos quandoq; significamus cum causa, & non cum accidente. Et iam manifestum est per hoc, qđ diximus, quod causa, quare Auicenna distinguit io est est essentia cuiusdam accidentis intelligendo, quod sua essentia accidat non cum intentione, vel non intelligendo, quod essentia sua sit in subiecto, propterea quia essentia sua est substantia, aut quoddam est accidens cum intentione vel intelligendo, quod sua essentia inueniatur vel sit in subiecto, non sicut dixit Facardin rasi, quod magnificat, et extollit et ē, qđ Auicēna nō dixit illud

secundum modum disiunctionis: quoniam quamuis non sit conueniens huic scientię, nedum huic loco. verum propter cõplementũ istius expositionis. quare dixit conuenerunt sapientes, quod substantia non est substantia, quoniã ipsa in hora sui esse non sit in subiecto, immo quod de natura essentiæ suę est, quod ipsa quoties inuenitur ad extra, est non in subiecto. Et differentia inter duas considerationes est, sicut differentia inter sermonem nostrum, videlicet magnes nõ est magnes, nisi quoniam ipsa nunc attrahit ferrum, & sermonem magnes non est magnes, nisi quoniã de natura essentię ipsius est, q̃ quotiens inuenit ferrum, attrahit ipsum. Et cum verificauit illud, dixit, quod accidenti insunt duæ res, quarum vna est essentia accidentis in subiecto, et secũda est essentia sua in se ipsa cum dispositione, quod quãdo ipsum inuenitur est accidens subiecto, quod si nomen accidentis suscipit secundum considerationem primam, tunc essentia eius est accidens per comparationem ad illud, cui accidit: & si suscipit per considerationem secundam, tunc eius essentia est accidens per consideratione suæ essentię, vel p considerationẽ accidẽtis ipse, vel secũdũ suã essentiam. hęc ergo est differentia inter duas considerationes. Consideratio sexta, in declarando quod vnaquęq; , ex causa, & accidente quandoq; fit ex vnoquoq; ipsorũ, & q̃ vnũqdq; ipsorũ permutatur ad alia duo. Dixit ergo Auicenna, et quandoq; fit ęgritudo causa ęgritudinis alterius, sicut colica ẽ causa syncopis, aut paralesis, aut epilensię. Scias ergo primo, q̃ aduentus vniuscuiusq; istorum trium ab vnoquoq; ex eis sunt nouẽ diuisiones, que accidunt ex tribus modis in tribus, quorum vnus est ęgritudo accidens a causa, & est manifesta, & exemplum eius antecessit. & secundus est ęgritudo accidens ab ęgritudine, & iam Auicenna exemplificauit ex aduentu ęgritudinum a colica. Colica autem est ęgritudo intestinalis dolorosa, cum qua fit difficilis exitus eius, quod egreditur secundum naturam. Et non denominatur sic, nisi propter multitudinem casus eius vel aduentus eius in intestino nominato colon: & illud propter frigiditatem eius, & densitatem ipsius, & paucitatẽ effusionis colerę ad ipsum, & paucitatem sensationis eius, quod mordicat ipsum propter densitatem eius. Et si fuerit causa colicę adueniens in intestinis gracilibus, tunc nomen ei apropriatum est yleos, secundum quod dixit Galenus in libro agaluchen. Et dicitur, quod intentio yleos est miserere mei. Sincopis vero est destructio plurũ virtutis motiuę, & sensitiuę propter debilitatem cordis, & aggregationem spiritus totius ad ipsum, & euacuationem eius, et resolutionem ipsius ita, vt ab eo, q̃ inuenit in minera, nihil superfluat, idest nihil extra ipsam mineram inueniatur. Paralesis autem, secundum q̃ dicunt alię medici, est mollificatio cuiuscunq; membri, siue sit in parte vna, aut communis ambabus partibus, preter caput, cui si esset communis, esset apoplexia. Et quidam medici dicunt, quod ipsa paralesis est mollificatio vnius lateris corporis absq; medietate capitis: & quidam alij dicunt, quod ipsa est mollificatio vnius lateris corporis, & medietatis capitis, & hoc est verum, in quo cadit conuenientia medicorum. Et ydioma arabicum conuenit huic intentioni qm̃ dicitur falaget idest paraliticara est res aliqua, & dicitur falagem seu paralesis in duo, idest est diuisa in duas medietates. Et dicitur falegi alragiel idest paraliticatur homo idest homo est paraliticus. Dixit filius darid medicus, quod eius intentio est incessio vel diuisio per medietatem. Et dicitur etiam domus diuisa in medietatem falage idest paraliticata. Apparet ergo, q̃ hoc nomen falegi seu paralisis importat diuisionem in duas medietates.

verba Fascardin ras.

Epilepsia vero est ęgritudo, p̃hibens mẽbra animata a sensu, & motu, & ab erectione seu statione prohibitione non completa. Et hic est perscrutatio, de qua necessarium est sermonem facere: Quæ est, q̃ medici diuersificant, quę sit deterior epilepsia, an flegmatica, an melancolica: Quidam enim dixerũt, quod melancolica est deterior, quoniam flegma non peruenit ad hoc, quod sua spissitudine, & grossicie prohibeat virtutem motiuam, & sensitiuam a penetratione, sicut prohibet eam melancolia: & propter illud multiplicatur in melancolica tremor, & cõmotio: & non est ei alia causa, nisi virtus, quę conatur naturaliter expellere vel excutere causam. Et dixerunt alij, qđ epilepsia flegmatica est deterior, qm̃ flegma est plus, & re eius vehementia est magis vltima, & maior in fortitudine lesionis: aduentus vero tremoris, & commotionis, in melancolica epilepsia est significatio in eis, q̃ virtus motiua, & sensitiua penetrat, et penetratio qđẽ virtutis motiuę, et sensitiuæ significat debilitatem causę, et paucitatẽ eius. hoc est, q̃ dicunt. Et in vnoquoq; duorum sermonum est consideratio seu dubietas. In primo quidem, quoniã flegma quamuis sit minoris spissitudinis, et grossiciei, quam melancolia. tamẽn addit super ipsam cum sua multitudine, secundum quod affirmatum est in his, quę precesserũt: et secũdũ hoc vnũquodq; eorũ coæquatur alteri: quare sunt ęqualia, & ambę epilepsię secundũ hoc sunt æquales in malitia. Quod autem tremor, & cõmotio significent penetrationem ambarum virtutum, & penetractio ambarum significet debilitatem causę, vt dixit opinio, quod flegmatica epilepsia sit deterior, est possibile vel conueniens, vt dicatur, quod causa tremoris prędicti est conatus naturæ ad expellendum nociuum: Nam quotiens nociuum est fortius, accidit conatus fortior ad ipsum expellendum: & propter illud mouentur instrumẽta anhelitus in apoplesia motu manifesto. Cum vero dicitur secundo, videlicet aut super debilitatẽ causę, aut paucitatem eius si intelligatur per paucitatem causę in eo, in quo multiplicatur tremor, & commotio, paucitas humoris facientis oppilationem, tunc illud non est melancolię, quoniam omnis humor, cum prouenit ex eo oppilatio, si sit paucę quãtitatis, est prohibens penetrationem virtutis sensiuæ, & motiuę prohibitione debili: & si intelligatur p ipsam paucitas virtutis melancolię per comparationem ad virtutem flegmatis in euentu istius ęgritudinis, tunc hoc non est firmum, vel non tenet: potest enim dici, quod in melancolia aduenit dispositio ad causandum oppilationem aut propter administrationem cibi, aut propter conuersionem quorundam humorũ ad ipsam melancoliam, aut propter rem aliam, cuius simile non accidit in alio humore plurimo. Et veritas est, quod melancolica epilepsia est deterior, quam flegmatica: & illud quoniam flegma est magis proportionatum cerebro, q̃ melancolia: & causa proportionalis est minus timorosa, quam non proportionalis, secundum quod declarabimus. Dixit Aristo. quod epilepsia non accidit, nisi a uapore grosso oppilãte vias virtutis sensitiuæ, & motiuę: & signum eius est aduentus eius subito, & remotio eius subito. Et significatio grossiciei ipsius est p̃hibitio penetrationis, quoniam si esset subtilis, non posset facere illud. Dixit Galenus, quare non est possibile, vt sit causa euentus ipsius epilepsię, & remotio eius subito materię subtiles, quoniam vapor si vltimaretur in grossicie sua, quotiens vltimaretur, nõ posset causare oppilationem in ventriculis cerebri, qđ est principium motus voluntarij, qui qdem motus non potest prohiberi, nisi a forti causa. Dixerunt quidam, q̃ quandoq; est epilepsia absq; materia, idest absq; humore, qui est ex humoribus quatuor. Et iste sermo indiget distinctione, quoniam si intelligatur p

Aristo.

ipsum,

ipsum, quod epilepsia quandoq; est a qualitate venenosa, quę eleuatur ad cerebrum, & nocet ei, & causat in eo, contractionem, quem dicemus, potest esse verus & si intelligatur per ipsum, quod ipsa accidit a malitia complexionis sine materia, tunc si ipsa mala complexio est diuersa, est concedendum: & si fuerit equalis, tunc est ex illis, quę non causant illam scilicet epilepsiam, quoniam qualitas causans epilepsiam cum fuerit remanens seu stabilis, oportebit, vt causet epilepsiam stabilem absq; paruisimis, & temporibus. Et hoc est contrarium ei, quod cadit in dispositione epilepsię. Et si dicatur, quare non accidit, in epilepsia mollificatio, sicut accidit, cum dominantur materiæ in vno laterum corporis, aut in quocunq; membro? Dicemus, quod illud est, quoniam cerebrum in illa hora conatur expellere, quod nocet: & tunc aggregatur super se, & contrahitur: postea expellit, quod nocet ei: & cum aggregatur, & contrahitur, tunc contrahuntur nerui sequentes ad ipsum, aut originem habentes ab ipso: quoniam cerebrum est principium ipsorum: quare contrahuntur membra, & spasmantur propter illud. Sed oportet, vt scias, quod spasmi tres sunt species: quandoq; enim ipse est ex repletione, & quandoq; est ex euacuatione, & quandoq; est ex qualitate venenosa. Et spasmus quidem in epilepsia est a causa prima, & tertia. Sed a causa secunda est impossibile propter duas vias vel rationes: quarum vna est, quod epilepsia fit subito, & spasmus siccus non fit subito, immo paulatim: & secunda est, quod nocumentum non peruenit ex exiccatione cerebri in modo, quod causet spasmum, nisi pręcedat illum perditio corporis. Et cum fueris hoc, scias, quod Eben almesitha medicus, & alij contradicunt Auicennę dicentes, quod colica non causat sincopim, nisi propter fortitudinem doloris: & dolor quidem est accidens, non ęgritudo: hoc ergo non est conueniens exemplum, nisi casus ęgritudinis, vel nisi cum accidit vel causatur ægritudo ab accidente, non ab ęgritudine: Et iterum epilepsia, & paralisis non causantur a colica, nisi propter expulsionem materię, aut ad cerebrum, unde causatur epilepsia, aut ad neruos, & causatur paralesis: & materia quidem colicæ est causa eius: quare epilepsia: & paralesis prędictę in colica accidunt a causa ipsius colicę non ab ægritudine. Hæc autem contradictio est corrupta, quoniam intentio sermonis nostri, videlicet accidit hoc ab hoc in hac compositione, non accidit aliquid ab ipso per se, nisi a causa: in reliquo autem compositionis est causa propter causam eius, aut propter accidens eius: quare intentio sermonis nostri, videlicet ęgritudo est causa ęgritudinis, est, quod causa ipsius est per se, aut per accidens ita, vt sit causa illi causa ipsius, aut aliud ab hoc: quoniam causa in libris medicorum est illa, quę est primo, & prouenit ab ea aliqua dispositio ex dispositionibus tribus: colica vero per comparationem ad ęgritudines tres ita se habet, quare est causa ipsarum, absq; quod indigeat, vt essentia eius sit cã ipsarũ cũ dolore, aut cum materia ipsius. Et tertia est, quod ægritudo causatur ab accidente: & iam Auicen. exẽplificauit duobus exemplis, & de ipsis loquemur, cum dixit. IMMO QVANdoq; fit accidens &c. vsq;

In hac cõpositiõe .s. colica causat sincopim & epilepsiam & paralesim aliter in hac cõpositione .s. q; causa & cã ægritudinis, & ęgritudo fit cã ægritudinis & accidẽs fit causa ægritudinis.

ibi causa apostematis &c. Apostema est grossities, & tumefactio accidens in membro ex superfluitate materiæ tendente, & replente. Et bothor etiam est ex genere apostematum, quoniam bothor sunt apostemata parua, sicut apostemata sunt bothor magni: Hę ergo sunt tres diuisiones in ęgritudine. Et similiter accidens aut accidit quidem ab ægritudine, & iam pręcesserunt exempla, sicut soda, & sitis ex febre, & priuatio visus ex oppilatione vuę, & rubedo maxillarum, & curuitas vnguium ex vlcere pulmonis: aut ab accidente, sicut soda accidens a febre accidente a pluresi: aut a causa, sicut dolor pungitiuus a pleuresi, quę est causa febris. Hæ igitur sunt tres diuisiones in accidente. Et similiter causa aut accidit a causa, sicut putredo a repletione: aut ab ęgritudine, sicut putredo humorum a febre diei vel effimera: aut ab accidente, sicut accidit a febre in pleuresi dolor capitis vehemens, quę est causa sirsem. Hę igitur sunt tres diuisiones in causa. Et iam complentur diuisiones nouem, sicut diximus. Sed conuersio vniuscuiusq; istarum trium ad aliam facit diuisiones tres. Nam causa aut efficitur ęgritudo, sicut apostema in pluresi, quod est causa febris, & est ægritudo in se ipso, & hoc cum essentia vel ratione ęgritudinis efficitur causa: aut efficitur accidens, sicut vigilia sequens febrem, quæ est causa sodæ, & in essentia sua hoc accidens efficitur causa. Et similiter ęgritudo quidem aut efficitur causa, sicut exemplificauimus: aut efficitur accidens, sicut febris sequẽs pleuresim, quoniam ipsa est ægritudo, & accidens: & hoc in essentia accidens efficitur ægritudo. Et similiter accidens aut fit causa, & iam exemplificauimus: aut ęgritudo, & de hoc loquamur cũ sermone Auicennę cum dicit. ET QVANDOQVE ACCIdens ipsum efficitur ægritudo, sicut soda accidens a febrę. Sed Eben almesitha medicus contradicit Auicen. quoniam si intelligitur per soda lesio seu dolor, sicut dicitur in diffinitione sua, quod soda est lesio seu dolor in membris capitis, tunc illud non fit vnquam ægritudo: Et si per illud intelligitur diuersum ab illo, quod est alteratio complexionis, tunc illa est ęgritudo in se ipsa, & non est accidens seu & non fit accidens: & quo modo efficitur accidens ægritudo, quia subiectum ęgritudinis est aliud a subiecto accidentis? Dicendum, quod talis oppositio vel contradictio est corrupta: quoniam nos non concedimus, quod soda, si intelligimus per eam lesionem in membris capitis, sit ex eis, quę nunquam sunt ęgritudo. Et si concedamus quod illa non fit ęgritudo,

Vigilia .s. superflua.

Et si concedimus, tamen non concedimus, quod subiectum ægritudinis sit aliud a subiecto accidentis absolute. Et si concedimus hoc, tamen querendum, quare non est possibile, vt sint vapores ascendentes ad cerebrum causa febris causantes sodam, vnde corrumpitur complexio cerebri in modo, quod si non eleuarentur ad ipsum vapores, tamen causaret sodam? & hoc est manifestum. ET PLERVNQVE PROVENIT EX EA SIRSEM, ET EFFICITVR CAVSA EIVS &c. Sirsem est apostema in vno pãniculorũ cerebri, aut in ambobus, aut in cerebro ipso, aut in oĩbus simul: q; dictum est contrarium verbis Rasis, qui voluit, quod cerebrum non

apostematur, e similiter os: & nos de hoc loquemur. Et illud quidem non fit nisi propter materias colericas, aut sanguinem subtilem: & illud quoniam in panniculo siphac seu duro non penetrat, nisi materia subtilis: Et propter illud dixit Ipochra. in sexto affor. Patientes eructuationem acetosam non patiuntur pleuresim: vel aliter Acidum eructuantes non valde pleuretici fiunt: quoniam raro generantur in eis materiæ subtiles, ex quibus fit pleuresis: quoniam ipsa est apostema in panniculo intrinseco costarum, & in velamine separante aut in latere dextro, aut in sinistro. Dixit Almesihay, quod hoc nomen est persicum: nam sir est caput, & sem est apostema: Et similiter birsem, nam bir est pectus, & sem est apostema. Et scias, quod sirsem similatur birsem tribus modis: quorum vnus est ex febre continua causa apostematis, & comunitate cordis in sirsem, & vicinitate eius in birsem: & secundus est inquietudo vel difficultas anhelitus propter nocumentum neruorum, & lacertorum mouentium pectus: tertius est albedo vrinę propter eleuationem rei tingentis versus apostema. Et differentia inter ea est duobus modis: quorum vnus est, quod ad sirsem pręcedit permistio rationis, & malitia anhelitus, & sitis: in contrarium est birsem: Et secundus est, quod febris in birsem est fortior ea, quę est in sirsem, propter propinquitatē apostematis ad cor.

Vnde dicitur sirsem.

Vnde dicitur birsem.

Capitulum secundum.

CApitulum secundum de diuisione dispositionum corporis humani, & generibus ęgritudinum, & continet considerationes. Consideratio prima de quiditate vniuscuiusq; dispositionum trium. Corporis humani dispositiones scilicet illę, de quibus considerat medicus, apud Gal. sunt tres, Nam apud ipsum dispositio corporis in complexione, & compositione aut est talis, vt in omnibus horis proueniant ex ea omnes operationes eius sanę vel incolumes: aut omnes operationes eius sunt lesæ: aut non sunt ita. Et prima quidem est sanitas: & secunda est ęgritudo: & tertia est dispositio media. Et si dicatur, quod conueniens ordo est pręd ictus in capitulo primo seu pręcedente: in quo antecedit causa ad ægritudinem, quę est vna ex dispositionibus: & ordo naturalis est, vt antecedat causa ad causatum naturaliter: ad quod sequitur, quod congruum est, vt ordo vel situs artis sit, sicut ordo naturę: & vt sit capitulum secundum de causis, & tertium de dispositionibus: quare ergo preponitur sermo de dispositionibus ad sermonem de causis? Dicendum, quod ipsę dispositiones non præponuntur, nisi quoniam illud, qđ intenditur per se, est cognitio dispositionum prædictarum trium: Cognitio vero causarum, & accidentium intenditur per accidens: aut quoniam ipse sequitur ordinem notum inter medicos: tam enim curris consuetudo ipsorum, vt dicant dispositiones primo, postea causas secundo. SANITAS &c. Et sermo quidem diffinitionis sanitatis non pręcedit ad sermonem de ęgritudine, & de dispositione tertia, nisi propter nobilitatem ipsius sanitatis. QVAE EST DISPOSITIO, ly dispositio seu heie est sicut genus: Et ægritudo etiam est dispositio, quoniam est in prędicamento qualitatis. Et non dixit est qualitas, quamuis sit magis proprium, quam heie seu dispositio, quod est sinonomum cum accidente, quoniam qualitas non est nota apud multitudinem gentium: econtrario est heie seu dispositio. PER QVAM CORPVS, quoniam sanitas est causa operationum incolumium: & propter illud non dicitur, cum qua corpus hominis, quoniam significat causalitatem eius, quia est possibile, vt sit cum ea causatum habens causam aliam. CORPVS hominis, quoniam medicus non loquitur de sanitate alia ab humana IN SVI COMPLEXIONE, & compositione &c. vult, quod dispositiones complexionis, & compositionis sint taliter, quod ab eis proueniat illud: quare non sequitur ex hoc, vt ille, in quo reperitur nocumentum in aliqua dispositione non secundum exigentiam complexionis, aut compositionis, non sit sanus: OPERATIONES scilicet naturales, & vitales, & animales. OMNES non posuit conditionem istam omnes, nisi vt non conueniat ei dispositio tertia: nam si est conditio in sanitate, quod sint omnes operationes sanę, & in ęgritudine omnes operationes lesæ, tunc dispositio, in qua corpus non est ita, non est sanitas, neque ęgritudo. OPERATIONES sanæ incolumes. Intentio per hoc est, vt magis intelligatur: ideo dixit sanæ incolumes: & propterea cessat oppositio eorum, qui dicunt, quod diffinitio sanitatis data ab Auicen. nō sit bona, quia tunc idem diffiniret se ipsum: sanitas ergo nō potest diffiniri per sanitatem: Hoc ergo, quod supradictum est, fuit intentio Gal. Sed dimissę sunt in diffinitione sanitatis aliquæ declarationes, quas oportet hic addere. De quibus vna est circa expositionem de ly heie seu dispositio, quę ponitur in diffinitione sanitatis, quoniā ipsa est naturalis, quare in diffinitione sanitatis debet dici, quę est dispositio naturalis, vt excludatur per illud dispositio nonnaturalis, sicut ęgritudo, & signum, & causa ęgra. Neq; valet, si dicatur, quod sermo eius videlicet vt ex eo operationes eius omnes proueniant incolumes &c. significat illud, quia tunc significaretur sanitas, & diffiniretur per ea, quę concomitantur: & significatio vel diffinitio per concomitantia non vsitatur in diffinitionibus in facientibus cognitionem vel scientiam, siue sit diffinitio, siue descriptio intelligendo, quod non licet vti in eis, quę significant vel diffiniunt, qđ volumus, cum concomitantibus: & si non, tunc si dicamus sensitiuū rationale, aut risibile, erit diffinitio completa, aut descriptio completa: similiter si diffiniatur homo per sensitiuum super animal dicendo, homo est animal sensitiuum. Sed tamen non esse sic, quoniam est diffinitio, aut descriptio diminuta, cum non habeat genus, cum non sit conueniens, quod per ipsum intelligatur significatum conuertibile, quod est, quia est res habēs genus: & similiter est iudiciū omniū connotationum, quę vsitātur in diffinitionibus: Et propter hoc dr, quod significatio per concomitantia est prętermissa, seu non vsitata in diffinitionibus. Et quoniam significatio diffinitionis, & descriptionis super ea, quę describuntur, & diffiniuntur, quandoq; est per concomitantia, sicut diffinitiones, & descriptiones diminutę vacuæ a genere. Et huiusmodi diffinitio, & descriptio vsitatur in doctrinis. Et si dicitur, quod significatio cum concomitantibus vel diffinitio cum concomitantibus est in ipsis scilicet doctrinis prætermissa, dicendum, quod manifestum est, quod hęc significatio seu diffinitio est prætermissa in diffinitionibus scilicet completis, & non in doctrinis, & non econtra, sicut aliqui posteriores existimauerunt. Et hæc est verificatio intentionis in hoc loco, & est ex eis, quę multi ignorant. Et ex additionibus declarantibus diffinitionem sanitatis est, vt addatur ly per se ita, vt dicatur, proueniūt omnes opationes incolumes per se: vt per illud excludatur signum sanitatis substantiale

Vacuæ a genere .s. proximo.

tiale, quod est membra sanæ complexionis, & compositionis: nam verificatur de eo signo substantiali scilicet de membris sanis in complexione, & compositione, quod sit dispositio naturalis, cum qua corpus hominis ita se habet in complexione, & compositione, quod ab eo proueniant operationes sanæ, sed non per se, idest non secundum quod sunt signum, sed secundum quod requirūt sanitatem, vel secundum quod proportionantur sanitati: & hoc est, quod dicitur. AEgritudo &c. CONTRARIA scilicet dispositioni prædictę, aut sanitati. Ex eis vero, quibus contradicitur huic est, quod ista diffinitio est mala: Nam declaratio seu diffinitio alicuius per id, quod est simile illi in esse cognito, aut ignorato, est sicut si diceretur ei, qui nescit albedinem, aut nigredinem, quod nigredo sit color contrarius albedini. Sed ista contradictio nihil est: concluderet enim argumentum, si non sciretur sanitas primo, & diceretur, ægritudo est dispositio contraria sanitati. Sed quando scitur, sanitas, postea dicitur hoc, est diffinitio bona: quare est possibile, vt sciatur, quod nigredo sit color aggregans visum: postea dicatur, albedo est color contrarius nigredini. Et isto modo non cognoscitur aliquid per id, quod est ęquale ei in esse cognito, & ignorato. Sed Ebenalmesitha medicus contradicit per hoc, quod in diffinitione sanitatis ponitur ista conditio, quod operationes omnes incolumes ab ea proueniant &c. Et posuit ęgritudinem contrariam ei: quare sequitur, quod in ægritudine intelligatur esse nocumentum operationum omnium: Et secundum hoc febricitans esset non ęger: & similiter sub ethicus: quoniam operationes istorum omnes non essent ægrę. Consideratio secunda de diuisione diuisionis tertiæ. Dixit ergo ET DISPOSItio, quę est apud ipsum, idest apud Galie. quoniam ipsa non est apud Auic. NEQVE SANItas, neque ægritudo. Auicen. quidem non diuisit sanitatem, nisi quoniam esse ipsius est vnum: quoniam ipsa consequitur ad ęqualitatem complexionis, & compositionis: & hæc est res vna: & non sunt sic reliquę dispositiones, quoniam ipsę, consequuntur ad exitum ab ęqualitate: & talis exitus plures sunt species. Et iam diuisit Auic. dispositionem tertiam in quinque diuisiones: Corpus enim, quod habet illam dispositionem, aut est sic, quoniam ab ipso remouetur esse sanitatis in vltimo, aut esse ægritudinis in vltimo: aut quoniam ambæ reperiuntur in ea: & inuentio ambarum in eo aut est in hora vna, aut in duabus horis: & inuentio ambarum in hora vna aut est in vno membro, aut in duobus membris: & inuentio earum in hora vna in essentia vna idest in genere vno est impossibilis: quare est necessarium, vt illud sit in duabus essentijs vel in duobus generibus: quæ quidem genera aut sunt longinqua, aut peopinqua. Istę ergo sunt diuisiones vniuersales, & qualibet diuisio possibile est, vt diuidatur in diuisiones. De prima quidem iam Auicenna loquutur de diuisione eius: & dicemus exempla eius: quoniam illud a quo negatur esse sanitatis in vltimo, & esse ægritudinis in vltimo, aut habet causam, & pręcessit ægritudo, aut non: & primum quidem est conualescens: & secundo quidem accidit illud, postquam non fuit, & est senex: aut non sic, & est infans. Diuisio secunda est illa, in qua inueniuntur in duabus horis: & illud est per considerationem temporum, sicut ille, qui est sanus in hieme, & æger in alio tempore: aut consideratione ętatum, sicut ille, qui est sanus in ętate iuuentutis, & æger in alia: & in duabus considerationibus aut est secundum plurimum sanus, aut secundum plurimum ęger, aut est illud ęqualiter in eis. Et tertia, & est illa, in qua reperiuntur ambę in duobus membris, aut est plus cum membris sanis: aut plus cum membris ęgris: aut æqualiter. Et quarta est illa, in qua reperiuntur in membro vno in duobus generibus longinquis: & est aut sanitas in complexione, & compositione, & ęgritudo in continuitate: aut econtra: Aut sanitas in complexione, & continuitate, & ęgritudo in composiotione: aut econtra: Aut sanitas in compositione, & continuitate, & ęgritudo in complexione: aut econtra. Et quinta est illa, in qua inueniuntur in membro vno in generibus propinquis: & sunt illa genera aut proportionata complexioni, aut compositioni, aut continuitati. Et proportionata complexioni aut est sanitas in qualitatibus actiuis, & ægritudo in qualitatibus passiuis: aut econtra. Amplius ægritudo complexionalis aut est simplex, aut materialis. Et materialis quidem aut est habens substantiam, aut non, Et iterum materia aut est humectans membrum, aut infundens ipsum, aut intrans ipsum apostemans ipsum, aut non apostemans. Et proportionata ad compositionem aut est sanitas in creatione, & ægritudo in quantitate, & numero, & situ: aut econtra: Aut est ęgritudo in quantitate, & ægritudo in creatione, & numero, & situ: aut econtra: Aut sanitas quidem in numero, & ęgritudo in creatione, & quantitate, & situ: aut econtra: Aut sanitas in situ, & ęgritudo in creatione, & quantitate, & numero: aut econtra: Aut sanitas in creatione, & quantitate, & ægritudo in numero, & situ: aut econtra: Aut sanitas in creatione, & numero, & ægritudo in quantitate, & situ: aut econtra: Aut sanitas in creatione, & situ, & ęgritudo in quantitate, & numero: aut econtra. Et si dicatur, quod illud necessarium faceret, quod non inueniretur sanitas, neque ægritudo: quoniam ex indiuiduis non sunt, nisi quæ ęgra sunt in hora aliqua, & sunt sana in hora alia: quare sunt per illud ingredientia in diuisionibus dispositionis tertiæ. Dicendum non sic esse, quoniam de illis, quæ ingrediuntur in dispositionem tertiam, est illud, cuius complexio, & compositio requirit illud ita, vt si describamus vel pręsupponamus indiuiduum, cuius complexio, & compositio esset nobilis valde, & regeret se ipsum regimine tali, a quo accideret ęgritudo in hora aliqua, non sequitur ex hoc, quod illud sit connumerandum in diuisionibus dispositionis tertiæ, quoniam quod hic intelligitur de hora, est hora deputata certa, sicut hyems, aut ęstas, non hora quæcunque indifferens: & proptee illud dicunt, quod sicut ille, qui ægrotat in hieme, & est sanus in ęstate, aut econtra, aut reiteratur ex eo illud non ex hoc, quod ęgrotat in æstate aliqua indifferenter, & sanus sit in alia, sed ex hoc, quod natura, & complexio ipsius requirit, quod sit ęger in hieme, & sanus in æstate, aut econtra, concluditur, quod ipse ingrediatur in dispositionem tertiam: similiter si posuerimus indiuiduum quoddam, cuius complexio, & compositio requirat illud idest dispositionem tertiam, & rectificare regimē suū ita, vt cōrigat, q̄ nō accidat ei ęgritudo, tūc nō egrediē p hoc a dispōne tertia. AVT VICISSITVdine duarum rerum &c. idest ęgritudinis, & sanitatis. Et cum sciuisti illud, scias quod Gal. dixit dispositionem tertiam diuidi in tres diuisiones: quarum vna est, vt sit sanitas, & ęgritudo in corpore vno: sed non est aliqua istarum in vltimo, sicut corpora tria quo-

Vt illud sit, idest vt alia inuentio duarū dispositionū ambarum sit in membro vno, in hora vna, & in genere vno est impossibile.

Bonum dubium.

niam sanitas vniuscuiusq; istorum non est in vltimo: infantes quidem, quoniam virtutes ipsorum adhuc sunt debiles, & caliditas ipsorum naturalis est oppressa cũ humiditate ipsorum: senes vero, quoniam virtutes ipsorum incipiunt declinare, & iam dominatur super corpora ipsorum humiditas extranea: conualescentes autem, quoniam virtus ipsorum resistit nocumento, & occupatur in illo, & est impedita a regimine corporis, & ipsa expellit nociuum. Dixerunt medici: ista diuisio diuiditur in tres diuisiones: prima quod sit semper, sicut ille, qui generatur, & associatur huic formæ seu dispositioni: secunda quod sit secundum plurimum, sicut ille, cuius dispositio est secundum plurimum ętatis suę secundum hanc formam vel dispositionem: & tertia est illa, quę est in hora pręsenti, sicut dispositio cõualescentium, & infantium, & senum in temporibus suis. Et secunda est, vt aggregetur sanitas, & ægritudo in corpore vno in hora vna, & sit quęlibet illarum in vltimo, sed in duobus membris diuersis, sicut cecus, & claudus: aut in membro vno, sed in duobus generibus elongatis ita, vt sit sanitas complexionis, & ęgritudo compositionis: aut econtra: aut in generibus propinquis ita, vt sit sanitas in qualitatibus actiuis, & ęgritudo in passiuis: aut econtra: aut sanitas in figura, & ęgritudo in quantitate: aut econtra. Et tertia, vt aggregetur sanitas, & ęgritudo in corpore vno in membro vno, sed in horis diuersis: Et hęc diuiditur in tres diuisiones scilicet in illam, quæ est semper, & est, vt generetur cum illa complexione, aut compositione: aut in ea, quæ est secundum plurimum, & est, vt inueniatur illa complexio in pluribus horis: aut in ea, quę est in hora præsenti, sicut ille, qui infirmatur in ęstate, & est sanus in hieme. Istæ ergo diuisiones dispositionis tertię sunt, secundum quod dixit Gal. & alij medici: neq; occulta est differentia inter id, quod ipsi dixerunt, & inter illud, quod diximus apud eos, qui perspicacis sunt ingenij. Consideratio tertia in diuisione ęgritudinis. Dixit Auicenna AEGRITVDINVM quędam sunt simplices, & quędam compositæ &c. & illud, quoniam omnis ægritudo aut est aduentus seu essentia eius cum aggregatione plurium ægritudinum ita, vt fiat ex aggregato ęgritudo vna, aut non est sic. Et prima quidem est ęgritudo composita, & secunda ęgritudo simplex. Et omnis ęgritudo simplex non euacuatur, quin aut sit in modo, quod est possibile, vt ipsa accidat vnicuiq; membro, aut nõ sic: & prima est solutio continuitatis: & secunda aut accidit primo membris similibus, & sic est ęgritudo malitię complexionis: aut membris instrumentalibus, & sic est ęgritudo malæ compositionis. SIMPLICES autem sunt, quę sunt vna &c. idest ęgritudo simplex est illa, cuius essentia est vna, & eius existentia est per hoc, quod ipsa est vna essentia, non per hoc quod aggregatę sint ęgritudines plures, ex quibus facta est vna species, & existit per illas essentias plures. Et non est quidem intentio, quod ipsa sit vna species qualitercunq;, quoniam ęgritudo compositionis est vna species etiam, sed ipsa non existit, nisi ex aggregatione specierum plurium ita, vt accidat ex aggregato species vna. EX SPECIEBVS ægritudinis complexionis, aut vna ex speciebus ęgritudinis compositionis &c. Per ista verba Auicen. non intendit, vt compleat diffinitionem, sed vt declaret, quod simplex ęgritudo est secundum duas diuisiones, quarum vna est attributa complexioni, & secunda est attributa vel proportionata compositioni: & illud per id, quod apparet, quod sanitas non verificatur vel non existit, nisi cum æqualitate complexionis, & compositionis: & ægritudo opposita ipsi existit, aut quoniam complexio est non ęqualis, aut quoniam compositio est non ęqualis, aut quoniam aggregatum ex his est similiter: verum hoc tertium est ęgritudo composita, quoniam ipsum aduenit ex aggregatione duarum specierum. AEgritudines igitur simplices sunt secundum duas diuisiones. Et si dicatur, qualiter ipsę sunt diuisæ in tres? Dicamus, quod ipsæ secundum considerationem essentię ipsarum diuiduntur in duas diuisiones: Cum vero considerantur, secundum quod ipsę accidunt primo membris, diuiduntur ipsæ in tres diuisiones, quoniam solutio continuitatis ingreditur in ęgritudinibus compositionis etiam, sicut aliæ ex speciebus ipsarum: verum ipsam solutionem continuitatis per considerationem existentię suę, quia ipsa potest accidere vnicuiq; membro, posuerunt speciem altam: & propterea quod appropriatum est ei nomen scilicet solutio continuitatis, appropriauerunt speciei ægritudinis, quę accidit primo membris compositis, tantum, nomen comune, quod est ægritudo compositionis. AEGRITVDO vna &c. Intellige per illam vnitatem, quod illę species sint aggregatæ, & sequatur ad aggregationem ipsarum dispositio alia, quæ dicitur ægritudo vna, sicut apostema per id, quod est in ea de malitia complexionis, & malitia compositionis, & solutione continuitatis. Et si quidem aggregatę fuerint ęgritudines plures, & non accidit aggregato dispositio addita, quæ dicitur ęgritudo vna, sicut quando aggregatur febris cum ydropisi, & similibus, non est illud ęgritudo composita, immo ægritudines aggregatæ. Et scias quod hęc non est in modo, quod priuatę sint ibi, vel deficiant ibi ęgritudines omnes, aliter non esset illic ęgritudo omnino, neq; ęgritudo composita est ægritudo vna propterea, quod vnaquęq; earum effecta iam sit alia, quoniam illud est impossibile: immo est in modo, quod quęlibet earum est inuenta, & accidit aggregato dispositio alia, quę dicitur ęgritudo vna. INCIPIEMVS ergo prius loqui &c. Et non incipit quidem ab ęgritudinibus simplicibus ante compositas, nisi quia simplex pręcedit compositũ naturaliter, quare pręcessit locus sermonis de simplicibus ante compositas, vt proportionetur loco, & ordini naturę. SVNT TRIA genera & Auicenna declarat ea secundum duos modos, quorum vnus est, quod membrorum sunt duę species. s. simplex, & compositum: ęgritudo ergo aut est appropriata vnicuiq; ipsorum, aut est communis eis: appropriata enim ambobus est ęgritudo similium partiũ, aut ægritudo instrũtalis, & si est cõis ambobus, est solutio continuitatis: secundus modus est, quod in corpore est triplex compositio, quarum vna est compositio membrorum ex humoribus, quæ membra sunt similium partium: secunda est cõpositio membrorum instrumentalium ex ipsis membris simplicibus: tertia vero compositio est aggregans omnia illa. AEgritudo ergo aut est appropriata primę compositioni, quę est compositio membrorum similium partium, aut secundę, quę est ęgritudo instrumẽtalis, aut tertiæ & est solutio continuitatis. Et scias, quod quidam incedunt secundum viam Auicennę ponendo solutionẽ cõtinuitatis eẽ de genere ęgritudinis cõpositiõis. Et demõstrãt illud, quoniam quando soluit cõtinuitas mẽbri: corrũpitur eius figura: Et corruptio quidẽ figurę est de ęgritudinibus cõpositiõis. Et oportet, vt scias, quod illi, qui ponũt, solutionẽ cõtinuitatis ingredi in ægritudine cõpositiõis, nõ volunt per ęgritudinem compositiõis, vt intelligatur corruptio figurę mẽbri instrumentalis, immo volunt, seu intelligunt

per eam

Marginal notes:

corpora tria .s. infans senex conualescens.

nocumẽto .s. ægritudini suo, & reliquiarum eius.

Ista diuisio .s. prima, in qua negatur sanitas in vltimo, et ęgritudo in vltimo ab aliquo.

Et secũda .s. diuisio principalis supradicta.

quod hęc .s. ægritudo cõposita.

omnia illa .s. compositiones primam & secundã vel omnia illa idest membra simplicia & cõposita.

per eam corruptionem compositionis, quę nocet operationibus, siue sit cõpositio mẽbrorũ instrumẽtaliũ ex simplicibus, seu cõpositio mẽbrorũ simpliciũ ex humoribus seu cõpositio corporis ex mẽbris simplicibus, et instrumẽtalibus: et si nõ, tũc nõverificaretur ppea, qa accidit separatio compositionibus tribus: & hoc est verum: & in hoc est perscrutatio subtilis. MEMBRIS quorum partes sunt similes. Et non pręmisit dicere ęgritudines membrorum similium, nisi propter ipsorum simplicitatem, quę sunt subiectum ipsius ęgritudinis membrorum simpliciũ. Et non denominantur istæ ęgritudines isto nomine, nisi nominis subiecti ipsarum. ET PER EAS idest per membra similium partium sequitur, quod accidant eis. EAS. s. ægritudines similium partium. POSSIBILE est imaginari &c. vsq; vbi ET NON in compositis. Iam declarauit, quod ægritudo accidit primo eo, quia esse ipsius est accidere eis primo, & per se, & per eas accidere aliis: & illud est eius essentia, quia eius aduentus est magis communis ita, vt sit imaginari aduentũ ipsius in eorum, absq; quod accidat aliis, & in alio non est possibile illud. Et ægritudines quidem malitiæ complexionis accidunt membris similium partium primo: non enim est possibile imaginari ægritudinem proportionatam caliditati, & frigiditati accidere in neruo verbi gratia, absq; quod accidat in manu, in qua est ille neruus: & hoc quoniam complexio reliquarum partium manus est contemperans neruum: quare est tota complexio temperata cum hoc, quod neruus est extra temperamentum declinans ad caliditatem verbi gratia, aut frigiditatem: & non est possibile imaginari ęgritudinem calidam, aut frigidam accidere manui, nisi etiam accidat quibusdam partibus eius simplicibus, aut omnibus eius iam accidit illa complexio: cum sit impossibile, q sit complexio tota egrediens ab æqualitate, & vnaquęque ipsarum sit temperata. Et si dicatur, operatio manus completur cum operatione omnium partium eius: cũ ergo in operatione nerui eius accidit nocumentum propter ægritudem ipsius, iam accidit illi nocumentum in quibusdam operationibus manus: sequitur ergo ex ęgritudine nerui, qui est pars manus, ęgritudo manus: Respondetur, quod non sequitu, quod illud. s. quod manus sit infirma seu ægra: & non quotiens apparet nocumentum in operationibus membri, ipsum est ægrum: quoniam tunc si apostemaretur stomacus, aut epar ita, vt comprimantur membra anhelitus, & sint fastidita, non diceretur, quod pectus sit ægrum, quamuis nocumentum sit manifestum in operationibus eius: Et in hac responsione est cõsideratio vel dubitatio. Dixit Ebenabisadach medicus, quod malitia complexionis proportionata mẽbris similibus per se, & instrumentalibus per accidens est complexio simplex. s. absq; materia: huiusmodi enim est proportionata membris similibus vel homogeneis p se, quoniam ipsa iam est ægritudo in seipsa, & attribuitur vel proportionatur membris instrumentalibus secundum viam accidentis seu per accidens, idest quia accidit quibusdam partibus eius. Quando vero est cum materia, iam possibile est, vt sit attributa ambobus per se: membris quidem homogeneis absq; dubio proportionatur: membris vero instrumentalibus proportionatur, quoniam materia de necessitate iam apostemauit, & alterauit situm membri, & addidit in quantitate ipsius, & corrupit figuram eius. Sed huic contradicitur, quod sit falsum duobus modis, primo quidem quoniam subiectũ malitiæ complexionis est membrum similium partium, & est ipsum etiam recipiens materias, & operans in eis digestionem, & expulsionem, & non membrum instrumentale, secundum quod instrumentale: qualiter ergo numeratur hoc de his, quę nocent ambobus per se? Secundo vero, quoniam hoc perducit ad destructionem appropriatiõis vniuscuiusq; generis ęgritudinum similium, & instrumentalium, quę conueniunt vnicuiq; generi mẽbrorum similium partium, & instrumentalium. Postea dicitur, quod iste error non accidit ei, nisi ex hoc, quod ipse credit, quod alteratio figuræ, & additio quantitatis in complexione materiali sit ex ęgritudinibus figurę, & compositionis, & non est ita: Nam figura membri, & eius quantitas non alterata est, secundum quod ipm est compositum: neq; est alterata operatio eius, secundum quod cadit in parte vna ipsius, quæ sit subiectum apostematis. Si vero sit additio quantitatis, & corruptio figurę in omnibus partibus, & fuerit causans nocumentum operationis membri compositi, tunc est de ęgritudinibus instrumentalibus. Sed in istis contradictionibus est dubitatio: Quod enim dicitur primo, quod subiectum malitiæ complexionis est membrum similium partium &c. vsq; in finem &c. quoniam hoc quamuis sit de his, in quibus non est dubium, quoniam complexio est forma eius: materiam vero associatam ei nõ oportet vt sit recipiens ipsam, non aliud: & illud quoniã materia habet quantitatem: quando ergo effunditur ipsa ad membrum, necessarium est, vt faciat accidere in eo concauitatem capacem, quæ prius non erat: & in hoc quidem fit solutio continuitatis, & alteratio situs membri, & corruptio figuræ. Illud ergo, quod accidit a malitia complexionis de alteratione, est proportionatum membris similibus per se: & quod accidit a materia de alteratione, est proportionatum membro organico vel instrumentali. Et propter illud est verum, si dicitur, quod malitia complexionis materialis est proportionata ambobus. s. membris similibus & membris instrumentalibus per se, non intelligendo, quod malitia complexionis accidat instrumentalibus per se: vnde remouetur a ppropriatio, quoniam hoc est impossibile, sicut pręcessit declaratio: immo intelligendo, quod malitia complexionis accidit membris similibus per se, & instrumentalibus per accidens, & alteratio situs membri, & corruptio figurę accidit instrumentalibus per se: & secundum hoc nõ destruitur appropriatio ægritudinum. Et hoc est verisimile, vt sit intentio Ebenabidasach & sermonis eius. cum vero est cum materia, iam est possibile, vt proportionetur ambobus per se, non secundum quod pręcessit intellectio, vel interpretatio: quoniam illud est ex eis, quę destruunt apropriationem ęgritudinum. Quod vero dicitur secundo, quod hoc perducit ad destructionem appropriationis per id, quod declarauimus ex intentione Ebenabisadach, patet qđ ipsum non destruit apropriationem. Amplius dicemus contradicenti, quod dicit de arteriis qñ inciduntur, seu corroduntur per medium a materia mala causante illud, querendum est tunc, an hoc nocumentum accidat membro similium partium p se, aut non: & est necessarium, vt dicatur, quod sic. Amplius dicatur ei talis casus, seu tale accidens ipsius membro consimili vtrum accidat cum alteratione in mẽbro instrumentali per se, aut non: & non est possibile, vt negetur hoc, quoniam forma membri instrumentalis est forma compositionis: Et vbi alteratur arteria hac alteratione, iam alterata est forma membri instrumentalis compositionalis, quare est hæc ęgritudo proportionata ambobus per se, membro quidem consimili propter appropriationẽ nocumẽti ipsius, mẽbro vero instr̃ali pp casum nocumẽti i forma ei ppria. Qđ aũt dr̃, qđ hic errore accidit &c. Dicamus, q alteratio figurę, et additio

Et corruptio figurę. s. facta a mala cõplexione com materia ratiõe materiæ principaliter.

inquantitate accidentes in hac ęgritudine est ex ægritudinibus instrumentalibus: nam declarauimus, quod materia causat hoc. Et si non est ex ęgritudinibus instrumentalibus: quod ergo genus de generibus ęgritudinum instrumentalium erit? INSTRVMENTA operationum. hoc est genus secundum de generibus ęgritudinum, & sunt ęgritudines instrumentales, & non proportionãtur membris instrumentalibus, nisi propter duas causas, quarum vna est, quod ipsę accidunt eis primo, & mēbris cõsimilibus mediantibus ipsis intelligendo, quod nocumentũ permutatum sit a toto ad partes, sicut quando separatur iunctura in modo, quod proueniat solutio continuitatis ligamentorum, aut nerui, aut aliorum ab eis, quę sunt de membris circundantibus iuncturam. secunda causa vel ratio, quę est fortior, est, quod accidere ipsarum membris instrumentalibus inest primo propter possibilitatem aduentus specierum earum in membris compositis, absq; quod sit illa species adueniens in membris simplicibus: quamuis quandoq; sequitur, quod illa species de instrumentali, quę non accidit in membro singulari seu simplici ex solutione continuitatis, et effusione materię ad ipsum, aut apostemate, aut ægritudinis alterius: qm̃ qñ accidit in manu corruptio figurę, non sequitur aduentus eius in partibus ipsius manus [sicut] si sit coruptio figuræ propter corupitiõi in situ q̃rundam partiũ eius ad alias.

Specierum earũ idest specierum ipsarũ ęgritudinũ cõpositionis.

Alia litera, quia est possibile, vt.

Dixit Ebenabisadach in exemplificatione appropriatiõis nocumenti vnicuiq; ex speciebus membri, quod arteria est in se ipsa pars membri instrumentalis: & qñ accidit nocumentum in parte eius, absq; q̃ diuidatur in duas partes, tunc est istud nocumentum appropriatum membro cõsimili per se, et membro instrumentali per accidēs: ęgritudo quidem cõsimilium ad consimilia mēbra per se, qm̃ nocumentum accidit in ipsismet, instrumentalis vero ægritudo ad instrumentalia, qm̃ arteria est pars eius, & nocumentum accidit in ea. Dixit Ahmesihay, scias, cum non verificauerimus hanc consideratione̅, tunc erit nocumentum proprium arteriæ, siue sit in parte, siue in toto proportionatum ad membra consimilia, & instrumentalia per se: de consimilibus quidem patet: Instrumentalibus vero, quoniã inest eis forma propria cum compositione, quæ est forma specifica propria ei: & cum alteratur, q̃ est simplex ipsius qualibet etiam alteratione, tunc alteratur ista forma propria: Et erit nocumentum adueniens proportionatum ambobus, & est sicut diximus. Et tertium est genus ęgritudinum comunium: Et non denominatur comunis, nisi quia ipsę accidunt vnicuiq; speciei membrorum per se: ipsę enim accidunt mēbris consimilibus, absq; quod accidant instrumentalibus, sicut solutio continuitatis accidens in mesaraicis. Et quandoq; accidit instrumentalibus, absq; quod accidat consimilibus, sicut dislocatio iuncturæ propter mollificationem ligamenti: nam quandoq; mollificantur ligamenta iuncturæ propter dominium humiditatum super eam, quare fit dislocatio, absq; q̃ accidat solutio continuitatis in aliquo membrorum simplicium. Et demonstratur illud, quoniã vnicuiq; membrorum simplicium, & instrumentalium est continuitas propria ei: quotiens ergo accidit in ea separatio, tunc est ei appropriata, & accidens ei per se: econtrario se habet complexio, quoniam accidit membro simplici per se, & instrumentali mediantibus partibus eius, quoniam complexio inest membris simplicibus añ, quã cõplexio insit composito: complexio enim compositi acquiritur ex complexione simplicium, quę sunt partes cõpositi: & propter illud est alteratio complexionis ꝓportionata ad primum idest membris simplicibus per se, & secundis idest instrumentalibus per accidens: & solutio cõtinuitatis est ꝓportionata ambobus per se. SECVNDVM QVOD sunt instrumentalia. idest secundum quod ipsa sunt instrumentalia: et intentio est, quod ipsa accidat eis. ET IMPARIS dissolutio, quoniam fit separatio inter partes membri, et dissoluitur singularitas eius. i. vnitãs eius continuata dissoluitur. Et quoniam quodlibet continuum est vnum, & singulare secundum continuationem: quare erit solutio continuitatis dissolutio singulares, vel imparis, & propter illud denominatur ab ea. VNI EORVM idest absq; quod accidat instrumentalibus, sicut excēplificauimus de mesaraica: & hęc ē melior exemplificatio, quoniam mesaraica non est pars membri instrumentalis, quare non præuenit cogitatiua cogitãdo, quod solutio continuitatis, quę cadit in ea, accidat mẽbro instrumentali cõposito ex ea: econtrario se habet os, & neruus, & venę, quia ipsa sunt partes membri instrumentalis, nisi velis per ea illud, quod non est pars membri instrumentalis, sicut neruus obticus, & dens, & vena exiens ex gibositate epatis, & his similia, & mesaraica cadit in huiusmodi exemplificatione. Quidam posteriores dixerũt, quod de sermone Auicennę. s. quod solutio cõtinuitatis quandoq; accidat instrumentali, absq; quod accidat mēbro simplici vel consimili, sicut dictum est de iunctura, est valdē mirandum: quomodo enim potest imaginari, vt separaretur totum compositum ex partibus, & non accidat separatio alicui ex illis partibus? quoniã duo mēbra vicina vicinitate iuncturali non se habent sic, quodvnumquodq; eorũ sit perfecte separatum a vicino. Et cum ita sit, quomodo ergo accidit separatio ipsi solo, et non accidat alicui ex mēbris consimilibus cadentibus inter ea, sicut sunt ligamentum, & neruus, et alia ab his, quibus circundantur membra? Et secũdum istos appropriatio talis ægritudinis ad membra instrumentalia est de his, q̃ sunt extranea vł impossibilia, & in hoc est consideratio: quoniã isti posteriores sunt ignorantes, & si bene considerassent verba Auicennæ, bene intelligerent ea, & non cõtradixissent ipsi illud, q̃ cõtradixerũt. Remotio. n. membri a situ vel a loco suo quandoq; est propter causam extrinsecam, & quandoq; ab intrinseca. Et extrinseca est, sicut casus, & percussio, & alia ab his: & non est dubium, quod in huiusmodi forma est impossibile, quod accidat separatio, & imparis dissolutio, absq; quod accidat in his, q̃ circundant ipsum, & quę sunt in eo de neruis, & ligamentis: sed si fuerit causa eius ab intrinseco, sicut dominium humiditatum super ligamenta iuncturę, tunc est possibile, vt remoueatur mēbrum a loco suo vel situ suo cum incolumitate membroꝝ consimilium in seipsis, quę sunt circa ipsum. Et AD VLTImum quidē ęgritudinũ. s. simplicium sicut dictum est in numeratiõe ipsarũ. SVNT TRIA genera. s. ęgritudines, quę sequũtur malitiam complexionis. Sed dubitatũ, quia iste sermo innuit, quod ęgritudo sit illa, quę sequitur malitiam complexionis, & malitiam compositionis, & solutionem continuitatis: & non sit ipsa. s. malitia complexionis, vel cõpositionis, aut ipsa solutio continuitatis: quoniam sequēs est aliud ab eo, ad q̃ fit subsequutio. Et sermo eius in numeratione generum innuit, q̃ sit ipsa. Respondetur, quod non est contradictio inter duos sermones: Omnis. n. ægritudo est sequēs vnam istarum, quia denominatur ab ea: quoniam vero Gallenus dixit ęgritudinem esse formam vel dispositionem non naturalem &c. Et Auicenna dixit, quod sit habitus, aut dispositio, quare secundum dictum Galeni sunt tres ęgritudines, et secundum dictum Auicēnę ipsæ non sunt ęgritudines: sed ęgritudo est illud, quod sequitur eas, quare non est contradictio inter duos sermones. Et non sunt ęgritudines, nisi illæ, quę sequuntur ad

istas,

istas, & non istæ idest non ipsęmet propter tres rationes, prima quarũ est, quę pręcessit in principio libri: Et est si ęgritudo esset ipsa malitia complexionis, & malitia compositionis, & solutio continuitatis, cum nulla istarum ingrediatur sub dispositione, aut habitu, secundum q; pręcessit declaratio illic, sequeretur, quod ęgritudo non ingrederetur sub ambobus, & sequretur, quod sanitas non ingrederetur sub ambobus earum propterea, quia necessarium, quod duo contraria sint vel ingrediantur sub eodẽ genere proximo: sed ipsa sanitas ingreditur sub ambobus earum, dicitur enim ab eo, quod sanitas sit dispositio, aut habitus &c. Et non sequitur illud. s. quod ęgritudo nõ sit sub habitu vel dispositione, si dicatur, quod ęgritudines sint subsequentes. s. ad malitiam complexionis &c. cum non sequatur, quod si ab aliquo remouratur vel negeẽ illud, ad quod sit subsequutio, quod ex hoc remouratur, vel negetur ab eodem illud, quod est sequens. Secunda ratio est, quod ista tria. s. malitia complexionis, & malitia compositionis, & solutio continuitatis nõ oportet vt sint appropriata alicui habenti animam sensitiuam seu alicui animali: & ægritudines oportet, vt sint appropriatę, quare &c. Prima vero pręmissarum declaratur: nam illę species tres. s. malitia complexionis &c. accidunt plantis, & congelatis seu mixtis inanimatis, quoniam qualitates eorum alterantur, & formę eorum, & situs, & accidit eis ẽt solutio continuitatis ipsorum absq; quod dicatur, aliquid eorum q; sit ægrum. Secũda vero pręmissa est manifesta. & ab omnibus concessa. Tertia ratio est, quod forma complexionalis est causa formalis ad dispositiones complexionales vel quæ faciunt ad complexionẽ: & forma compositionalis est causa formalis ad dispositiones compositionales: & similis est sermo de forma continuitatis: et causa formalis, secundum quod sciuisti, est illud, quo aliquid est vel habet esse in actu: & illud, quo res aliqua habet esse est, aliud ab illa re: si ergo essent cõplexionalis forma, & forma compositionalis, & cotinuationalis ipsę dispositiões prędictę, sequeretur quod haberent quidditatem per se: immo esset antecedens ad se ipsam, & nota ante seipsam: & totum illud impossibile: & perducens ad impossibile est impossibile. Propter has ergo rationes remotus est Auicenna ab ea consideratione, quam alĳ medici dixerunt. s. quod ęgritudines sint illa tria. s. malitia cõplexionis, aut compositionis, aut solutio continuitatis: sed Auicẽna, voluit, quod ęgritudo sit illud, quod sequiẽ tria pdicta, & nõ q; ęgritudo sit ipsa triamet. ET AEGRItudines complexionis sunt nouę, & sunt sexdecim &c.

sub ambobus idest sub habitu vel dispositione

Pro declaratione istius dicamus, quod ęgritudines consimilium partium sunt octo: & vnaquęque earum aut est cum materia, aut absq; materia: quare erunt sxdecim: & vnaquęque earum aut est in membro vno, aut in toto corpore: quare erit tota summa illarũ trigintaduę species. Exemplum calidę sine materia in membro vno est soda ex adustione vel caliditate solis: aut in toto corpore, sicut febris effimera accidens ex calefactione solis: aut cum materia in membro vno, sicut ignis persicus: aut in toto corpore, sicut febris ebulitionis. Exemplum vero frigidæ absq; materia in membro vno est, sicut frigiditas stomaci ex potu aquæ frigidę, & frigiditas extremorum ex vehementia frigoris: aut in toto, sicut congelatio ex forti frigore extrinseco: aut cum materia in membro vno, sicut tumefactio extremitatum propter dominium materierum frigidarum super eas: aut in toto corpore, sicut rigor, & horripilatio. Exemplum humidę absq; materia in membro vno est, sicut mollificatio vlcerosa: aut in toto corpore, sicut si totum corpus habeat colorem thahalep idest herbę musci, quæ nascitur in aqua, propter debilitatem caloris innati, quia cum debilitatur, dominatur humiditas: aut cum materia in membro vno, sicut scissio duorum calcaneorum propter materias melancolicas: aut in toto corpore, sicut lepra in fine ipsius seu in temporibus vltimis eius: Et illud, quoniam lepræ sunt duę species, quarum vna est ista, quę accidit a melancolia prouenientre ex adustione colerę citrinæ, & ipsa in fine eius est corrodens membra, & faciens ea cadere: Et secunda est adueniens ex melancolia naturali, quæ est fex sanguinis, & cum ea nõ est corrosio membrorum. Et quoniam melancolia ex adustione est minus, quam naturalis, ideo non est comunis toti corpori in principio, sicut species secunda propter eius multitudinem: & quoniam additur malitia eius cum longitudine temporis, ideo est eius sparsio in toto corpore in vltimo eius: & quoniam non est frigida, sicut naturalis ꝑpter caliditatem acquisitam ex adustione, est ista species exemplum siccitatis solum cum materia: & est species secunda exemplum frigidę siccæ cum materia: Hęc ergo est differentia inter istas duas species: cõsidera igitur, quia est subtilis perscrutatio. Exemplum vero calidæ & siccę sine materia in membro vno est sicut soda ex adustione, cum fuerit causa eius fortis exiccatio: & in toto corpore sicut tertia species ethicæ. Et exemplum complexionis calidæ, & humidę cum materia in vno membro est, sicut apostema sanguineum: & in toto corpore sicut febris sanguinea. Exemplum frigidę, & siccę sine materia in membro vno est, sicut exiccatio cerebri accidens ex longa vigilia, & medicinis frigidis exiccatiuis: aut in toto corpore, sicut exiccatio ex illa causa: aut cũ materia i mẽbro vno, sicut duricies eius, aut in toto corpore, sicut lepra in suo principio. Exemplum frigidę & humidę in mẽbro vno, sicut frigiditas spatis, et humiditas eius, qñ administrẽ super ipsum emplastrum faciens illud: aut in toto corpore, sicut cũ administrãtur aliqua stupefaciẽtia: aut cũ materia in membro vno, sicut apostema flagmaticũ: aut in toto corpore sicut ydropisis carnosa. Et si dicatur, quod cõplexio materialis est illa, cui associatur aliquis humor de humoribus: & omnis humor habet in se ipso duas qualitates, secundum quod demonstratum est in sermone de humoribus: cũ ergo ita sit, quomodo verificatur exemplificatio de cõplexione simplici materiali? Respondetur, quod exemplum est ad proprositum, secundum quod est possibile: si enim esset in corpore humor habens qualitatem vnam, & accideret ęgritudo simplex, cuius exemplũ poneretur de humore habente duas qualitates, tunc argumentum contrarium procederet: si vero non fuerit ita, tunc oppositio vel contradictio nulla erit: quoniam ægritudo non proportionatur, nisi ad fortiorem de qualitatibus humoris. Et si dicaẽ, quæ est causa fortitudinis vnius qualitatis humoris, & non alterius qualitatis? Dicendum, quod duę sunt causę, quarum vna, est quod adueniat humori ab extrinseco illud, quod addit in vna qualitatum ex cibo adueniẽte, aut re alia, sicut si accidat sanguini caliditas extranea addens in caliditate ipsius, & remanet humiditas eius in dispositione sua, & apud ipsam fit causa alterationis corporis ad caliditatem, non ad humiditatem. secunda si misceatur humor alteri humori tẽperans vnam qualitatum, & addens in alia, & illud cũ duo humores erunt homogenei in vna qualitate contrarĳ in alia, sicut sanguis & colera quando componuntur vel misceotur adinuicem, quoniam temperatur qualitas amborum contraria, & duplatur seu augetur homogenea qualitas. Et cũ consideratur hoc aggregatum in corpore, considerature vna qualitas, quę est caliditas propter intensionem ipsius absq; intensione humiditatis, & siccitatis propterea, quia ipsę sunt contemperatę adinuicem.

Cum sciueris hoc, scias, quod Almesihay expositor i hoc libro, et in hoc capitulo composuit sermonem de febribus quia in hoc loco determinatur de malitia complexionis cum materia, & sine materia: & quoniam in quadã febre reperitur malitia cõplexionis sine materia, & in quadam cum materia, quare præter hanc rationem fuit cõueniẽs in hac parte determinare de febribus pp multas alias rationes, quarum vna, quia cũ i hoc libro determinetur de rebus vniuersalibus, & febris sit ęgritudo comunis nõ appropriata vni mẽbro, quare &c. Itẽ intentio in vniuersali in scientia medicinę est tractare illud, quod accidit in pluribus: & non est dubium, quod febris accidit secundũ plurimum: sicut ergo Almesihay in hoc loco fecit sermonem de febribus, ita & nos faciemus. & deus det nobis auxilium.

Sermo uniuersalis de febribus.



DIco, quod corpori humano i dispositione vitæ suæ, quando est sanum, insunt duæ caliditates: quarum vna est emanata super ipsum cum emanatione vel cũ aduentu aoimę suæ rationalis: & nominatur talis caliditas innata seu naturalis: & alia est in eo ex aggregatione simplicium: & nominatur elementaris: & hæc est alia ab illa: & qualiter non? illa enim est res necessaria ad esse hominis. Et ista est res coexistens vel fundamentalis corporeitatis eius, vel compositionis ipsius integralis: & illa quidem separatur post mortem: & ista remanet post illam: & propter illud efficitur corpus nigrum, & fetidum, et aliud ab istis. Et apud inuentionem ęgritudinis quandoq; est in eo cum illis duabus caliditatibus caliditas alia adueniens ei apud aggregationem superfluitatum corporalũ in eo. Nam quotiens aggregantur huiusmodi superfluitates, & coarctantur, accidit in eis dispositio, per quam corpus est dispositum recipere caliditatem aliam ab illis duabus caliditatibus: & significat super eam dispositio superfluitatum exterius existentium aggregatarũ, & quę suot coarctatæ adinuicem, sicut stercus, & quæ currunt cursu eorum: quoniam calefit, & putrescit, & inflammatur in ea caliditas ignea adurens, deinde incinerat. Et hęc caliditas est non naturalis: & qualiter non? cum ista noceat operationibus, & illa sit non nocens operationibus, et coexistat cum sanitate: & ista non est apud inuentionem sanitatis, & est non elementaris: & qualiter non? cum elementaris inueniatur in dispositione sanitatis, & illa non repetatur in ea, & elementaris quidem est remanens cum remanentia corporis: & ista non est reperta in dispositione mortis: quare huiusmodi caliditas, cum acciderit membro, tunc peruenit ad cor mediantibus arterijs, deinde procedit ex eo in ipsis ad totum corpus, & tunc nominatur febris. Qualitas vero aduentus eius ad cor est secundum duos modos: quorum vnus est cum comunitate, & alius cum vicinitate: cum comunitate quidem est, cum in membro habente putredinem sunt arterię, & procedit ipsa, & quod defert eam ex partibus, in quibus est putredo, quousq; perueniat ad cor, deinde penetrat in eo apud apertionem panniculorum cooperientium meatus orientes ex eo, secũdum quod sciuisti in anathomia: deinde procedit ex eo in arterijs mediãte spiritu ad totum corpus: vicinitate vero est, cum est subiectum putredinis, vel membrum, in quo est putredo, vacuum ab arterijs: iam enim sciuisti in anathomia, quod in corpore est locus vacuus ab eis arterijs: quotiens ego acciderit in hoc loco caliditas extranea, continuatur cum eo, quod est ei vicinum, seu aduenit ei, quod est illi vicinum, quousq; perueniat ad illud, in quo sunt arterię penetrantes ad cor, & perueniat ad ipsum, sicut diximus. Et hæc caliditas extranea non peruenit ad cor per se propter impossibilitatẽ permutationis accidentis de subiecto in subiectũ, imo est necessariũ, vt procedat cum ea aliqd ex [parte putrescẽtie, præcipue ex subtiliori] ipsius.

Alia litera partibus putrescẽtibus præcipue subtilioribus.

Qñ ergo sciueris hoc, dicamus, quod febris ẽ caliditas extranea perueniens ad cor, deinde procedens ab eo in arterijs mediante spiritu ad totum corpus nocet operationibus eius naturalibus nocumento primo. Et ibi quidẽ caliditas absoluta est genus: Et qñ dicitur extranea distinguitur ipsa a cælesti, & ab elementari propter illud, quod sciuisti de differentia inter ipsam, & duas ambas, non propterea, quod ambæ non sint duę extraneę caliditates: [quia] ambę sunt non nocentes operationibus, sicut dixit Mesihay. Nam esse caliditatis nocentis, si sequeretur ad esse caliditatis extraneę, tunc dicere caliditatem nocentem excusaret, ne diceretur ly extranea. Et diximus procedens ab eo in arterijs mediante spiritu, & per hoc declaratur, quod caliditas sit accidens, quod impossibile est permutari per se. i. sine subiecto: & ipsa quidẽ non permutatur, nisi mediante eo, quod defert ipsam, & illud [est pars putrida subtilis: & ipsa quidem non permutatur] nisi mediãte motu spirituum.

Alia litera ex hoc quod.

Alia litera i febre putrida ẽ partes putride subtiles & que quidẽ non permutantur.

Et diximus ad totum corpus, quod distinguit eam a caliditate extranea existente in membro vno in modo, quod ipsa non procedit ad totum corpus, sicut caliditas extranea existens in soda adustiua. Et diximus nocens operationibus, quod distinguit ipsam a caliditate extranea procedente ex corde, quæ non nocet operationibus, sicut caliditas accidens, qñ aduenit ira, qñ non est fortis seu vehemens in modo, vt febrem faciat. Et diximus naturalibus idest operationibus conuenientibus naturæ regenti corpus, vel operationibus, quæ attribuuntur naturę regenti corpus. Et diximus nocumẽto primo, quod distinguit eam a causa ipsius, idest a causa febris, sicut a putredine verbi gratia. Verum putredo excluditur in hac per hoc, quod dicitur caliditas. Sed melius est, vt dicatur, distinguit eam a causa ipsius. s. a causa nocumenti: qm caliditas extranea nocet operationibus mediante processione, & aduentu prædictis. Sciendum q febris diuiditur ex parte subiecti ipsius in tres diuisiones. s. effimeram, & putridam, & ethicam: & illud, quoniam corpus est cõpositum ex coagulatis vel rebus densis, quæ sunt membra & ex rebus fluidis, que sunt humores, & ex vaporibus, qui sunt spiritus: & quotiens calefit vnũ istorum corporum primo, pportionatur vel attribuitur febris illi, quauis reliqua cum eo calefiant: Quędam enim eorum suot continentia, & quedam contenta: & impossibile quidem est, vt calefiat continens absq; contento, & econtra: sicut de vase seu caldario impossibile est, quod ipsum calefiat, & non calefiat aqua existens in eo. Et similiter impossibile est, vt calefiat, quod est in vase seu in caldario, & non calefiat ipsum: & similiter est sermo de aere. Et quandoq; diuiditur febris ex modo alio: Et dicit, quod ex ea est, quæ est acuta. s. habens timorem cum propinquitate status, sicut incensiua seu causon: & ex ea est, quę est longa, & est illa, que non habet statum propinquum: et ex ea est, quę est febris ęgritudo, & est illa, quę sequitur causam, sicut febris putrida: & ex ea est, quę est accidens, & est sequens ęgritudinem, sicut febris apostematis: & ex ea est nocturna: & ex ea est diurna: & ex ea est continua: & ex ea est interpolata: & ex ea est salua non timorosa: & ex ea est habens accidentia mala: & ex ea est simplex: & ex ea est composita. Quod si dicatur, quare aduenitat caliditas prædicta cordi mediantibus arterijs

terijs

terijs ante, quam perueniat ad cerebrum mediãtibus neruis: quoniam nerui ſunt continui memoriꝛ, in quibus aduenit vel peruenit caliditas prędicta, & ſunt vicini membris vacuis ab eis.ſ. neruis, in quibus aduenit caliditas, ſicut eſt vicinitas arteriarum ad membra vacua ab eis.ſ. arterijs: ſicut antedictum eſt: Dicamus, quod caliditas prędicta non peruenit ad cor ante peruentionem eius ad cerebrum, niſi quoniam cor eſt calidius, & ſiccius cerebro, ſecũdum quod ſciuiſti in complexione membrorum: quare ipſum eſt magis recipiens caliditatẽ, quam cerebrũ: Et ſi dicatur, quod condictio de febre dicta.ſ. quod ipſa ſit caliditas comunis toti corpori non ſit vera eo, quia ex febribus ſunt, quę non ſunt ita, ſicut febris, in qua calefiunt interiora, & non exteriora, & econtra: Reſponſio eſt, q̄ in febribus prædictis eſt prohibens, & impediens a comunitate vel impediens, ne caliditas etiam ſit comunis toti corpori, & diximus in diffinitione, videlicet ad totum corpus.ſ. cum condictione, quod non ſit prohibens, ſicut quãdo dicimus, quod aqua eſt corpus ſic vel ſic frigidum.ſ. cum condictione, quod non ſit prohibens, vel niſi fuerit prohibens. Et ſi dicatur quod ſequitur ex his, quę dicta ſunt, quod caliditas quotiens aduenit in vno corporũ triũ deferentium ipſum, procedit ad reliqua: et ſic ſequitur, q̄ febrium ſit vna ſpecies, & non tres ſpecies, ſicut dictum eſt.ſ. quod febrium quędam eſt effimera, & quędam putrida, & quędam ethica: quoniam eſſentia omniũ eſt vna ſ. caliditas extranea, quę aduenit in vno eorum, & proceſſit ad reliqua: & diuerſitas earum poſt illud eſt per accidentia: Reſpondit ad hoc Gallenus excellentiſſimus in principio libri de febribus, quod differẽtia eſt inter illud, quod iam alteratum eſt, & illud, quod incipit alterari, & nondũ eſt alteratũ: primũ.n. qñ infrigidaſ, infrigidaſ & quod eſt ei vicinum: quoniam eſt cauſa calefactionis eius: & caliditas [firma vel habituata febris proportionatur vel attribuitur ei, & non ad illud, quod accipit alterationem ſequentem ad aliam, & non facta eſt in eo caliditas firma vel habituata], & cõſideratio Auicennę eſt alia ab iſta per hanc conſiderationem, quę eſt, quod illud, quod inflammatur caliditate extranea accenſione prima, eſt illud, quod qñ extinguitur vel infrigidatur, infrigidatur etiam id, quod eſt ei vicinum: & qñ infrigidatur id, quod eſt ei vicinum, non oportet quod ipſum extinguatur vel infrigidetur: imo eſt poſſibile, vt remaneat, & vt redeat, & calefaciat, quod eſt ei vicinum exiſtens vnum iſtorum trium generum vel diuiſorum. Et in vnaquaq; duarum conſiderationum eſt perſcrutatio vel ſubtilis conſideratio, quæ non eſt in alia, vel diſtinguens vnam ab alia, ſecundum quod apparet conſiderando: & propter illud commemorauimus ambas. Et ſi dicatur, quomodo poſſumus appręhendere, quod accidat febris effimera abſq; putrida: quoniam eſt manifeſtum, quod febris non accidit, dũ non putreſcunt humores: Dicemus, quod ſpiritus generantur ex ſubtiliori parte ſanguinis, & vaporatiõe ipſius: & non eſt dubium, quod ipſi ſunt calidiores eo, quod de ſanguine remanet, & ſunt magis ſuſceptibiles caliditatis: Cumq; calefit iſta ſubſtantia ſpirituum propter aliquam cauſarum calefacientium, ſufficit calefactio ipſius facere febrem abſq; hoc, quod faciat putredinem. Amplius dicamus huic contradicenti, quod quandoq; generatur febris abſq; putredine, ſicut febris ebulitionis ſanguinis, & tamen caliditas ſanguinis eſt debilis per comparationem ad caliditatem ſpirituum cauſantium febrem, quare dignius eſt, vt ſint ſpiritus ſimiliter. Et iterum dicamus ei de febre ethica, quomodo expoliatur a putredine: quare concludendum, quod qualitas febris eſt ſecũdum duos modos: ex ea enim eſt, quę eſt expoliata a putredine.ſ. quę eſt pura vel ſimplex, ſicut febris effimera, & febris ſynocha, & febris ethica: & ex ea eſt, quæ aſſociatur materię, ſicut febris putredinis facta a putredine vnius q̃tuor materierum, quę ſunt ſanguis, flegma, colera, & melancolia. Et ſi dicatur, quod ſermo ipſorum eſt, quod caliditas extranea faciens febrem ſi fuerit dependens a ſpiritibus primo, & mediante dependentia ſua procedat ad humores, & membra, tunc eſt febris effimera: & ſi fuerit dependens a membro, vel membris primo, deinde ab humoribus, & ſpiritibus, eſt febris ethica: & ſi fuerit dependens ab humoribus primo, deinde a ſpiritibus, & membris, tunc eſt febris putredinis: quare ſi fuerit dependens a ſpiritibus, & humoribus, & membris vice vna, tunc non erit iſta febris vna ex tribus: cum non verificetur diffinitio vnius iſtarum ſuper eam, quoniam non verificatur, q̄ caliditas dependens fuerit ab aliquo vno iſtorum trium primo, deinde mediante dependentia ipſius procedat ad alia: Dicemus non concedendo, quod hęc febris non ſit vna iſtarum trium propter dictum .ſ. quia non verificetur diffinitio vnius iſtarum ſuper eam.ſ. quoniam non verificetur, quod ſit caliditas dependens ab vno iſtorũ trium primo, deinde mediante dependentia ipſius procedat ad alia duo: diximus non concedendo, quoniam vnicuiq; iſtorum.ſ. ſpiritui, & humori, & membro inſunt tres caliditates: quarum vna erit per ſe, & eſt illa, a qua eſt dependentia primo, & duæ reliquę accidentales aduenientes ei ex proceſſione caliditatum duarum aliarum ſuper eam. Et ſecundum hoc verificatur, quod hæc febris ſit febris effimera, quoniam caliditas eſt accenſa primo in ſpiritu, deinde iſto mediante proceſſit per accidens ad alia duo, quamuis in iſtis ambobus ſit caliditas per ſe etiam: cum non repugnet, vel non ſit impoſſibile, quod aggregentur in aliquo tres caliditates: quarum vna eſt per ſe, & aliæ per accidens. Et ſic verificatur, quod cum ipſa.ſ. effimera ſit febris ethica, et febris putrida: q̄re erit febris iſta febris compoſita ex tribus, non quoniam ipſa ſit ſeparata a tribus. Iam verificata eſt ſumma febrium, & eſt illud, quod intendebatur: & qñ cognoueris illud, ſcias, quod ineſt nobis ſpeculari de ſumma febrium ſecundum medicos, quę diuiditur in tres diuiſiones.ſ. effimeram, putridam, & ethicam: & illud quoniam febris ſynoca, quę eſt febris ſanguinea continua accidens ex calefactione ſanguinis, & ipſius ebulitione abſq; putredine accidente in eo, eſt diuerſa, vel diſtincta a diuiſionibus prędictis, vel eſt extra tres diuiſiones predictas: niſi dicatur, quod non eſt intentio ipſorum de putredine, vt intelligatur illa, quę accidit ex putredine humorum, ſed illa, quę accidit ex caliditate ipſorum, & non denominantur omnes putredinales, niſi quoniam illę, quę ſunt pręter ſynocum, ſunt ſic, vel quoniam plurimę febres humorales aliæ a ſynoca ſunt putridę. In eo autem, quod opinatus eſt Gallenus, quod ipſa ſit ex genere febris effimerę dependentis a ſpiritibus, & iſta eſt dependens a ſanguine, ſunt conſiderationes vel dubitationes: quarum vna eſt, quod febris effimera ſecundũ plurimum eradicatur abſq; euacuatione ſenſata: ſynoca vero indiget ſemper euacuatione, poſtea permutatione cõplexionis: ſecunda eſt, quod in febre effimera non reperitur diuerſitas in pulſu, de qua ſit curandum, neq; alteratio corporis in tactu alia a diſpoſitione naturali alteratione, de qua ſit curandum: In ſynoca vero huiuſmodi res ſunt manifeſtę, & apparentes. Synoca autem ipſa non eſt febris putrida eo, quia eſt vacua, & libera a putredine. Quod autem ipſa non ſit ethica, declaratur octo modis, quorum vnus eſt, quoniam ipſa non eſt dependens a mẽ-

Alia litera & caliditas ē illi habituata: & quã so infrigidaſ ſecũdum, nõ p hoc infrigidaſ primũ cõplete Quãdo ergo p mutaſ vel alteraſ aliquid complete, & caliditas efficitur ei habituata tūc febris proportionatur ei, & nõ illi, quod incipit alterari et pmo caris exaltatione alterius quia non efficitur ei caliditas habituata vel firma.

vt ſint ſpiritus ſimiliter.ſ. cauſantes. febrē abſq; hoc, q̄ putreſcāt humores.

bris, immo ab humoribus. Secundus modus est, quia synoca nō fortificatur post assumptionem cibi: febris vero ethica est secundum contrarium. Tertius est, quia synoca indiget i curatiōe ipsius flobotomia deinde euacuatione, deinde permutatiōe cōplexionis: ecōtrario est febris ethica: quoniam ipsa secūdum quod est ethica, non indiget in curatione sua, nisi permutatione complexionis. Quartus est, q caliditas in synoca est caliditas ignea: & ethica est mitis, quieta. Quintus modus ipsorum est, q calefactio in syoocha est replectionalis, inflatiua: & in ethica est arefaciens, & extenuans. Sextus est, q pulsus in synocha est lenis, eleuatus, vel altus: & in ethica est durus, subtilis. Septimus vero est, q vrina in synocha est rubea, clara, & quandoq est rubea, obscura, grossa: & in ethica est clara, & quandoq est vnctuosa, oleagina. Octauus modus est, q synoca eradicatur in septimo, & raro extenditur ad quartum decimum: ista vero extenditur, vel prolongatur plus illa prolongatione plurima. Isti ergo modi cōfirmāt, q synocha sit extra diuisiones prædictas: & tunc non cōprehendūtur genera febris, secundum q dictum est, in tribus diuisionibus. Quare oportet in summa febriū, vt dicatur, q febris non euacuatur, quin aut sit dependens a membris primo, aut non sit dependens: q si fuerit dependens a membris, tunc ipsa est ethica: & si non fuerit dependens a membris, tunc non euacuatur, quin aut sit dependens ab eo, quod est habens substantiam spissam, aut nō, q si fuerit primum, tunc est humoralis: & si fuerit secundum, tunc est febris effimera. Aut dicatur secundum viam Gall. q caliditas extranea si fuerit dependens primo a mēbris, est febris ethica: aut non est dependens ab eis, & illa aut est depeodens ab humore putrido, aut non: & prima quidem est febris putredinis: & secunda est febris effimera: quare est syoocha ex genere febris effimeram secundum istum modum. Et scias, q febris ethica raro fit incipiendo, quoniam longiquum est, q dependeat caliditas a duriori re, quæ in corpore existit cum saluatione corporum duorum ipsorum aliorū, vel saluis existentibus aliȷs duobus corporibus, quę sunt spiritus, & humores: sed ipsa ethica quotiens aduenit, non eradicatur: & propter illa greci nominauerunt hanc febrem achticam seu ethicā, inest firmam seu stabilem: & illud propter fixionem eius, & dependentiam ipsius ab eo, quod est difficilis resolutionis. Spiritus vero sunt illud, qđ ex tribus prędictis est subtilius: & propter illud cito recipit dispositionem sanam, & cito dimittit dispositionem pręter naturalem. Humorum vero dispositio est media inter illa, quare nō sanatur vel non recipit curam receptione spirituum, neq est tarda in receptione prædicta, sicut membra, neq ipsi humores cito dimittunt dispositionem malā, sicut spiritus, neq tarde dimittunt eam, sicut membra.

In ethica caliditas ē quieta .s. quo ad tactū sed in se ipsa est caliditas acutior q̄ ī synocha & tu considera.

quare febris depēdens a membris denominetur ethica.

Capitulum secuodum de febre effimera.

NOs quidem iam pręposuimus sermonem de febre effimera ad alias species febrium ꝓpter duas causas, quarum vna est, quia ipsa plus accidit, et citius cessat, q̄ aliæ: & illud propter subtilitatem materię ipsius: et secunda causa est, quia [deferens eam est nobilius, q̄ deferens alias]. Cumq sciueris illud, dico, q febris effimera est caliditas extranea accidens corpori mediante aduentu ipsius in spiritibus nocens operationibus nocumento primo. Et hęc febris nominatur grece etiam mechimarus vel hefimarus deriuata a nomine animalis, quod generatur, & viuit, & generat aliud, & moritur in vno die. Sed oportet, vt scias, q hęc denominatio inest ei, secundum q res est secundum plurimum: & ipsa quandoq extenditur vsq ad septimum diē. Et iam dixit Aui. in quarto canone, vbi loquitur de febre effimera ex nauseatiua facietate, q ipsa extenditur vsq ad quintum decimum diem: & in hoc est consideratio. Et ex remotis vel longinquis est, vt remaneat caliditas dependens a spiritibus isto tempore, absq q dependeat ab humoribus, & membris. Et hec quidem febris diuiditur in tres diuisiones, sicut sunt diuisiooes spirituum. s. febris effimera naturalis, & febris effimera vitalis, & febris effimera animalis. Et scitur dependentia ipsarum ab vno istorum spirituū prędictorū per illud, quod de causis præcessit ipsam: quoniam si pręcesserit ipsam nauseatiua facietas, aut malitia digestionis, est febris effimera naturalis: & si præcesserit eam ira, aut tristitia, aut alia ab his de operatiōibus vitalibus, est febris effimera vitalis: & si pręcesserit eā cogitatio, aut perseuerantia vigiliarum, tunc est febris effimera nessente. i. proportionata spiritui animali: Et causa quidem huius febris aut est intrinseca, aut extrinseca. Et intrinseca quidem aut est nauseatiua facietas, aut apostema. Et nauseatiuę facietatis eructuatio aut declinat ad acetosum, aut ad fumosum: q si declinat ad acetosum, causatur ista febris per id, quod accidit de oppilationibus in viȷs spiritus quare ꝓhibentur vapores a resolutione, & prohibetur aer frigidus a penetratione ad interiora corporis. Et si declinat ad fumosum, tunc causatur effimera ꝑ hoc, quod accidit de vaporibus acutis elleuatis a materia alterata, & caliditate accidente ab ea etiam. Apostema vero facit accidere istam febrem duabus de causis, quarū vna est ex parte doloris: & secunda est ex parte eius, quod ex eo ad cor vadit de caliditate extranea accidente a vapore grosso turbido putrido. Et caliditas quidem impossibile est, vt per se vadat ad cor: quotiens ergo ex loco calido vadit caliditas ad cor mediante vapore calido asq putredine, tūc ab ea accidit, & causatur febris effimera. Et quotiens fuerit vadens ex eo ad cor vapor calidus cum putredine, tunc ab eo causatur febris putredinis. Extrinseca autem causa aut est motus superfluus corporalis, sicut labor superfluus, aut animalis, sicut ira superflua: quoniam huiusmodi motus superflui quotiens fiunt, superflue calefaciunt corpus, secundum q [scies], deinde spiritus, quoniā ipsi sunt susceptibiles illius: aut perseuerantia cogitatiōis in eo, quod aduenit corpori: aut administratio medicinarum calefacientium: ista enim calefaciunt corpus, deinde spiritus. Aut balneum cum aquis stipticis, sicut aluminosis, & ex minera draganti seu vertoli seu sicut aquis, quę curunt super mineram aluminis, aut dragaoti seu vitrioli: vnde oppilātur porrositates, & retinentur vapores, aut aquis calefacientibus, sicut aquę picis, & alchir, & aquæ sulfureę: Aut longitudo stationis in aere calido, sicut in balneo, aut sole: aut administratio quietis superflua post consuetudinem motus, quo resoluūtur humores calidi acuti. Sigma autem illius febris aut sunt comunia, & sunt, q non accidit in ea rigor, neq horripilatio: & vt seperetur cum sudore copioso, qui exit suaui cursu: & sunt accidentia ipsius, sicut sitis, & inquietudo, & vigilię debiles: et non est in ea caliditas acuta, mordicatiua: immo est mitis, sicut caliditas puerorum: & vt non accidat in pulsu diuersitas, de qua sit curandum: & est motus dilatationis ipsius pulsus velocior motu constrictionis, quoniam necessitas in hac febre ad attrahēdum aerem frigidum est vehementior, q̄ necessitas ad expulsionem vaporum fumosorum. Neq apparet in vrina tinctura sensata, nisi in illa effimera, quę est ex ira: neq in ipsa vrina est residentia sensata, nisi i illa, quę est ex nauseatiua facietate. Neq

Alia litera subiectū eius ē nobilius, quam subiectū aliarum.

Alia litera scisisti.

est dolor

est dolor i iuncturis, et extremis, nisi i illa, quę est ex labore. Signa autem vniuscuiusq; specierum eius sunt causę, quę ipsam antecedunt. Et scias, ꝙ febris effimera qn̄q; permutatur ad febrem putredinis, Et signum eius est vehementia additionis eius, vel acuitatis eius: & aduentus rigoris fortis in quibusdam horarum eius: & constrictio arteriarum velocior est, q̄ dilatatio ipsarum: & ꝙ accidentia prędicta efficiuntur vehementia. Et ex eis: quæ dicũtur facientia ipsa differe est, vt infirmus ingrediatur balneum: ꝙ si delectatur ex effusione aquæ calidę super corpus eius, & sudat ex eo sudore temperato, tunc est febris diei vel febris effimera: Et si non acciderit aliquid ex hoc, immo accidat horripilatio ex aqua calida, & cutis eius horrorem incurrat ex ea, aut accidat ei rigor fortis, tunc est febris putredinis. Et quandoq; permutatur ad febrem ethicam: & signum eius est processio febris absq; rigore, & horripilatione: & apparet in pulsu duritia, & fortificatio febris post administrationem cibi: & declinatio formę ad tornabilitatem, & extenuationem. Et quandoq; apparet in vrina unctuositas.

Capitulum tertium de sermone vniuersali febrium putredinis.

FEbris putrida est caliditas extranea accidens corpori mediante aduentu ipsius in humoribus eius nocens operationibus ipsius nocumento primo: et ipsa quidem diuiditur in febrem, quę est ęgritudo, & in febrē accidens. Et febris, quę est ęgritudo, diuiditur in febrem interpolatam, & in continuam: interpolata vero diuiditur in tres diuisiones. s. in colericam, & melancolicam, & flegmaticam. Et continua diuiditur in quatuor diuisiones. s. sanguineam, & colericam, melancolicam, & flegmaticā. Sanguinea autem diuiditur in duas diuisiones. s. in putridam, quæ est conclusa, & in febrem ebulitionis, quę est synocha. Et conclusa, quidem diuiditur in addentem seu aumasticam, & in peraumasticam & ęqualem seu homotenam. Colerica vero continua diuiditur in colericam continuam, & in causonem. Febris autem accidens est febris sequens ad apostema aliquorum membrorum, sicut est apostema renum, aut epatis, aut aliorũ membrorum: vnde denominantur febris renalis, & febris epatica. Cum scieris hec, dicamus, ꝙ corpora vehementius pręparata ad febres putridas sunt corpora calida humida: & illud, quoniam putredo est corruptio accidens corporibus humidis apud ebulitionem ipsorum, & agitationem ipsorum: quare necessaria est eis caliditas efficiens eam, & materia recipiens dissolutionem vel ebulitionem, & agitationem, & alterationem, quę est humiditas, & non siccitas: quoniam ipsa est qualitas exiccās partes alicuius, & constringens vel cordunans eas, & prohibet effusionem vel sperstionem eius, neq; est frigus etiam, quoniam ipsum congelat, & prohibet ebulitionem. Et non est dubium, quod quotiens est prohibens aduentum putredinis, est prohibēs præparationem febris putridę: & propter illud diximus, ꝙ corpora vehementius præparata ad febres putridas sunt illa, in quibus dominatur ex qualitatibus caliditas, & humiditas. Et veritatē istius significat illud, quod exterius testificatur de dispositione elixationis seu decoctionis: quoniam ipsa indiget decoquente, quod est caliditas, & recipiente, quod est humiditas. Et si non esset illic humiditas, non esset illic decoctio, seu elixatio: immo esset frixio, aut alia ab ea. Et iterum quoniam stercora quotiens aggregantur, & coarctantur ad inuicem, & fuerint humida, tunc ipsa putrescunt, deinde inflammantur, & efficiuntur cineres. Quotiens autem ipsa sunt vacua ab humiditate, tunc ipsa non putrescunt omnino, nedum ꝙ aduirantur. Neq; est oppinandum seu existimandum, quod colera, & melancolia, quia ambo sunt sicca, non recipiant putredinem: quoniam nos non iudicamus ipsa esse sicca, nisi in potentia, non in actu: quoniam ambo ipsa sunt humida fluida actu: & quomodo non? cum ipsa sint humores, & humores sunt corpora fluida, secundum quod scuisti in diffinitione humoris. Causæ vero huius putredinis aut est opilatio porrorum cũ eo, quod diximus: vnde ipsa prohibet superfluitates vaporosas a resolutione, & egressione: & inflammantur in corpore, & agunt [in humiditates extraneas grossas, quæ possibile erat, vt resoluerentur resolutione pręd:cta: & accidit operatio, quam innuimus:] Aut grossities humoris, & ꝓhibitio ipsius ab egressione extra corpus, quare aggregātur adinuicem, & operatur in eo caliditas, et putrefit: Aut viscositas materię, & illa operatur illam eandem operationem. Istæ ergo sunt causæ putredinis propinquę. Remotæ vero aut est aer infrigidans inspissans, aut balneatio cum aquis aluminosis, aut vitriolosis, aut administratio ciborum grossorum viscosorum humidorum administratione superflua, aut dimissio euacuationis consuetę, sicut flebothomię, & administrationis medicinę solutiuę, aut dimissio exercitij, & aliorum ab eis, aut multiplicatio fructuum humectantium recipientium putredinem. De signis autem febris putridę scias primo, ꝙ febris absolute habet signa communia: & vna quęq; species febris habet signa propria. Comunia quidem sunt, sicut soda, & sitis. Propria vero febris effimerę iam diximus: sed febris putridæ iam apropriauimus decem modis, quorum primus est, ꝙ motus cōstrictiōis arteriarũ in ea est velocior, q̄ motus dilatationis: quoniā necessitas in eis omnibus ad expellendum vapores fumosos vehementior est, q̄ ad attrahendum aerem frigidum: quoniam necessarium est, vt in ea sit putredo: & hoc est signum proprium febris putridę, sicut dixit. Gal. excellentissimus in primo tractatu febrium. Secundus modus est, ꝙ plurimus euentus febrium putredinis est a causa antecedēte: & si est a causa primitiua, est per accidens: quoniam qn̄ ipsa acciderit, & non inuenerit materias pręparatas, non alterat. Secūdum contrarium est febris effimera, quoniam plurimum aduentus ipsius est a causa primitiua, & secundum contrarium est etiam febris ethica, quoniam ipsa non fit a causa primitiua, nisi per accidens: et est sicut diximus de aduentu febris putridę a causa primitiua: quoniam ipsa. s. causa primitiua, qn̄ aduenerit, & inuenerit membra pręparata vel disposita, vt in eis firmetur vel accendatur caliditas ipsius. s. causę primitiuæ, facit accidere febrem ethicam: Et si nō, tunc non facit accidere illam. Tertius est apparitio repletionis in corpore, & inflatio in forma, & tumefactio in facie: quoniam febris putrida est materialis: & materia eius est grossa: econtrario est febris effimera: quoniam in ipsa non aduenit aliquid ex illis propter subtilitatē materię ipsius: & in febre ethica forma est declinans ad tornabilitatem, & extenuationem. Quartus est aduentus rigoris, & horripilationis in ea, & hoc si fuerit materia eius extra venas: et si fuerit materia eius intra venas, tunc pulsus est repletionalis, & accidentia sunt vehementia: econtrario est febris effimera, quoniam in ea non est putredo. Neq; febris ethica habet rigorem, quia ipsa est sine materia. Quintus est, ꝙ finis vel eradicatio febrium putridarum non fit, nisi in paroxismis numeratis vel pluribus: & raro est, ꝙ finiatur paroxismo vno: & qn̄ aduenit, tūc est cum periodis: et periodus est per considerationem to-

Alia litera operationem vel effectum eius, proportionatum in humiditates extraneas grossas, q̄s possibile erat resolui resolutione prædicta.

tius aggregati ex tēpore paroxismi, & tempore dimissionis vel tempore quietis. Econtrario est febris effimera, quoniam ipsa non pertransit secundum plurimum periodum vnum. In febre vero ethica non est periodicatio omnino, sed ipsa est continua procedens secundum ordinem vnum, nisi apud administrationem cibi, quoniam ipsa tunc vehementior fit: & dicemus causam in hoc. Sextus est, ꝙ caliditas in febre putrida est fortis impressiōis mordicatiua: & hoc si fuerit materia eius alia a flegmate, qm̄ enim fuerit flegmatica, tunc in ea nō apparet illud in principio tactus: immo quando remanet manus tangentis super membrum febrientis longo tempore, tunc aperiuntur porrositates, & ab eis remouetur viscositas flegmatis, & eius grossities: vnde egreditur caliditas: econtrario fit in febre effimera: quoniam caliditas in ea est quieta, suauis, sicut caliditas puerorum, & in febre ethica non est illud, nisi quando cibus exhibeť. Septimus est, ꝙ vrina in principio febrium putredinis est cruda: in febre vero effimera est vrina digesta, sicut vrina sanorum: & in febre ethica non est ita, quoniam nō est illic materia, cui inhereat cruditas. Octauus, ꝙ febres putredinis indigent in curatione ipsarum euacuatione multis vicibus, non vice vna, deinde permutatione complexionis: econtrario est febris effimera, quoniam sufficit in curatione eius permutatione cōplexionis tantum: & similiter in ethica. Nonus est, quod in febribus putridis non est sudor exuberans in principio ipsarum, nisi raro: econtrario est febris effimera, quoniā aduenit illud multotiens, In febre autem ethica non accidit sudor omnino, nisi sit cum ea putredo. Decimus vero modus est, ꝙ corpora non remanent in declinatione febrium putredinis munda complete, sicut in declinatione febris effimerę: Immo quandoq[ue] [est reditus eius reditione parua]: & illud propter grossitiem materiei ipsius, & subtilitatem materiei febris effimerę. Et a febre quidem ethica corpus non fit mundum etiam apud illud cōplete, qm̄ caliditas eius est dependens a corpore duro; verum reditio eius non apparet sensui. Iste ergo sunt res, quibus differunt febris putredinis, & reliquę duæ diuisiōes febrium.

Alia litera remanet aliqd modicum ex illa caliditate.

Alia litera remanē tia. Nota ꝙ quidam intelligūt remanentiā eius .i. remanentiā eius .s. caliditatis febrilis putredinalis; quidā vero referūt & intelligunt remanentiā eius .s. caliditatis febris ethicę.

Capitulum tertium de sermone vniuersali febris sanguinis.

IAm sciuisti in his, quę præcesserunt, ꝙ sanguis est nobilior humorum naturalium: & illud, quoniam est proportionatus vitę cum complexione sua: & qm̄ ipse est nutrimentum verum, aut maior pars nutrimenti secundum diuersitatem duarum opinionum: & ipse est augmentans dimensiones tempore augmenti tantum, aut cum communitate parua aliorum. verum non facit illud, nisi duabus conditionibus, quarum vna est, quòd ipse sit temperatæ quantitatis, Secunda quòd sit conuenientis qualitatis: ꝙ si egreditur ab ambabus, relinquitur a regimine naturæ, & tūc dominatur super ipsum caliditas extranea, & facit ipsum ebulire, & putrescere, & causat febrem. Quotiens igitur egreditur ab illa dispositione temperata in quantitate, & qualitate, acciduot ei duæ dispositiones, quarum vna est ebulitio, & secunda est putredo. Verum prima non fit nisi in subtili, & tenui parte ipsius: & secūda fit in parte grossa, & turbida eius. Et qm̄ accidit secunda nominatur febris eueniens a putredine, & est illa, quę appellatur cōclusa: et propter illud efficitur synoca breuioris temporis, & vehementiorum accidentium, ꝙ̄ conclusa. Amplius diuersificantur medici in sanguine apud putredinem eius, vtrum remaneat forma sanguinis, aut permutetur ad humorem alium: Est. n. opinio excellentissimi Gal. ꝙ sanguis, qñ putrefit, efficitur colera: Nam dixit in tractatu secundo in libro de febribus: & illud quidem, quod remanet dignum consideratione, est, an ex sanguine, cū putrefit, efficiatur species febris, sicut fiunt species febris ex duabus coleris, et flegmate: iam enim dictum est, ꝙ sanguis, qñ calefit solummō, absq; ꝙ putrescat, efficitur ex eo febris, q̄ appellatur febris effimera: & intentio eius hic fuit de febre ebullitionis, quę est synocha. Et iam sciuisti reprobationem istius sermonis, & sciuisti ꝙ ipsa synocha est alia a febre effimera, nisi secundum modum, quē supradiximus substentando Gallienum. postea dixit & iam oportet considerare modo, quę species febris sit illa, quæ est a putredine sanguinis, quoniam necessarium est, vt cū sit sanguis tā assumens putredinem, ꝙ scias, quæ species febris sit ex sanguine, qñ putrefit: postea dixit, & videtur, vt cū iam putrefit sanguis, ꝙ sit febris generata ex eo quietior, & minoris ebullitionis, ꝙ̄ febres, quę sunt ex reliquis humoribus. s. ex duabus coleris: et sunt eius periodi paroxismorum tertianę proprie: videmus enim in habentibus pleuresim etiam, ꝙ res, quę expuitur, est rubea: et manifestum est, quod hoc est signum, quo fundatur vel affirmatur, ꝙ sanguis, quando putrefit, efficitur colera: & ꝙ ipse dicat in sanguine, qñ generatur ex eo pleuresis, est putredo, postea vides in ea periodos, sicut periodos febrium colericarum. Et dixit in alio tractatu, humores, qui sunt magis vehoces, & magis proximi, vt conuertantur in coleram, cū putrescunt, sunt sanguis: & in summa tā manifestum est in pluribus locis istius tractatus, ꝙ sanguis, qñ putrefit, efficitur colera. Et opinatus est singularis ypo. vel eximius ypocrates, ꝙ sanguis qñ putrefit, nō egreditur ab essentia sanguinis. Dixit Auicenna, ꝙ hoc est verum. In eo autem quod dixit Gal. est dubitatio, quoniam sanguis, si qñ putrefit, efficeretur colera, tunc paroxismaret paroxismo ipsius, & excresceret excrescentia ipsius: & quod inuenitur, est econuerso: quoniam videmus conclusam procedere absq; diminutione, & excrescentia, & non habere temporem, neq; paroxismum. Quod autem dixit ex parte pleuresis, iā diximus, ꝙ ipsa non potest esse, nisi ex materia subtili, quę penetrat ad pāniculos, & apostemat eos, sicut colera. Quod autem significatur ex rubedine sputi, ꝙ sit materia sanguinea, non est aliquid, quoniam sputū egrediens ex colera est coloris rubei: & quoniam si efficeretur sanguis apud eius putredinem colera, tunc essent accidentia eius accidentia ipsius, sicut amaritudo oris, & acuitas odoris vrinę, & eius color citrinus ad fuscedinem tendens, & alia ex accidentibus coleræ: et quod inuenitur est econtrario: Nam videmus in conclusa os dulce, & colorē corporis rubeum, & vrinam coloris rubei clari turbidę substantiæ, & alia ex accidentibus sanguinis. Redeamus autē ad intentionem nostram, & dicamus, ꝙ conclusa diuiditur in tres diuisiones. s. in homotenam, & aumasticam, & peraumasticam, seu in ęqualiter se habentem, & addentem, & diminuentem. Dixerunt medici, ꝙ causa in hoc est sanguis putridus, qui non euacuatur, quin aut sit eius resolutio ęqualis, aut addita super eam, aut diminuta ab eo: ꝙ si fuerit ęqualis, tunc causabit homotenam, & si fuerit addita super eam, tunc erit aumastica, et si erit diminuta ab eo, tunc erit peraumastica. Amplius dixerunt, ꝙ causa in hoc est, ꝙ quantitas sanguinis si fuerit plurima, & fuerit recipiens putredinem, cumq; putrefit pars eius, procedit putredo eius ad omnes partes ipsius, & fuerit quod est putridum plus, ꝙ̄ illud, quod resoluitur, tunc est aumastica: & qō fuerit paucę quantitatis, & non fuerit recipiens putredinem, & fuerit quod resoluitur

Ex duabus coleris & flegmate species in hora putredinis eorum.

soluitur plus, quam id, quod putrefit, tunc est peraumastica: & si fuerit media in qualitate, & in receptione .s. putredinis, tunc erit homotoa. Et quotiens virtus regitiua corporis fuerit fortis, exuberans, festinans ad resolutionē putridi, et prohibens ne aliud putrefcat, vel preseruans, ne aliud putrefcat, & fuerit quod resoluitur plus, quā quod putrefit, tunc erit peraumastica. Et quotiens virtus fuerit debilis, tunc erit econuerso illius, & erit aumastica. Et quotiens erit media inter illa, tunc erit media. Et est possibile, vt dicatur, quod causa in hoc est propterea, q putredo indiget efficiente, & recipiente: quod si fuerit efficiens in operatione sua fortius, quā recipiens in sua receptione, erit quod resoluitur plus, quā illud, quod putrefit, & erit febris aduenient in eo peraumastica. & quotiens erit efficiens in operatione sua minus uel dificiens, quam recipiens in sua receptiōe, tūc erit febris aumastica. Et hec quādoque permutatur ad sirsem, & illud, cū fuerit materia, quę iam acquisiuerit acuitatem fortem, et natura non fuerit obediens, seu & venter nō fuerit lenis, & cerebrū ęgrotantis fuerit debile, aut in radice, aut per accidens. Et quādoq; permutatur ad febrem causonem, vel incensiuam, et illud, cum fuerit materia acuta etiam. Et quandoq; declinat ad partem cordis, aut ad stomacum, aut ad epar. Et quandoq; permutatur ad variolas, & illud, qn̄ infirmus iam nō passus fuerit variolas: quare mouet hęc febris materias eius causa proportionalitatis eius, aut licet habuerit variolas, tamen non est expulsa materia eius expulsione bona: immo remansit ex ea aliquid in corpore, vnde causatur ista febris, & additur in ea: vnde ista febris venit, & addit in ea, & cōmouet eam, & quādoq; permutatur ad morbilum: & illud qn̄ expellitur subtilis sanguis ad exteriora corporis: et propter illud plurimum quidem euentus ipsius est in ebulitione ipsius. Signa vero istius febris est adherencia caliditatis absque rigore, & horipilatione: & illud, quoniam materia est comprehensa in venis, non ꝑcedens in membris sensitiuis, nisi apud expulsionem materie cum crisi: quoniam natura in huiusmodi hora expellit materiam istius febris extra istas venas: & tunc accidit rigor, & horripilatio, & rubedo coloris, & inflatio guidegi, & dulcedo horis, et pruritus in loco egressionis sanguinis consueti naturaliter, in quo expellitur materia sanguinea: & magnitudo anhelitus, & ipsius frequentia propter vehementem necessitatem, & diuersitas ipsius propter pugnam vehementem inter naturam, & ęgritudinē, & est cum hoc absq; ordine, & strictura anhelitus propter conculcationem materię in instrumentis anhelitus: & rubedo clara vrinæ, & turbuleotia ipsius. Et ex eis, quæ significāt illud, est regimē præcedens, & ætas, et hora pręsens. Et signum quidē permutationis eius ad sirsem est nocumentum operationum cerebri, & albedo vrinę, & egestionis etiam propter elleuationem rei tingentis ad partes cerebri, & fortitudo caliditatis in partibus superioribus: & quandoq; retinentur feces propter nocumentum vel diuersionem virtutis sensitiuæ ad partes principij eius. Et signum permutationis ad causonē est fortitudo caliditatis, & inflammationis in partibus cordis, & epatis, & stomaci super id, quod requirit ipsorū natura, & acuitas ipsius. Et signum ꝑmutationis eius ad variolas est apparitio doloris in dorso, & pruritus nasi, & timor in somno, & punctio vehemens, & fortitudo febris, et accensio eius in interioribus, & strictura anhelitus, & àlites, & oscitationes, & raucedo uocis, & grauedo capitis cum soda forti, & dolor gutturis, & pectoris, & tremor extremorum. Et signum permutationis ad morbilum est grauitas, & dolor dorsi minor, quoniam materia est subtilis in hac ęgritudine petens superiora.

Notaq; littera arabica circa illam particulā, & signū permutationis ad morbilum &c. est littera diminuta, & corrupta, quare &c.

Capitulum quintum de febre colerica, quę nominatur grece trithaus, et in canone quarto absoluta thraithaus.

Materia quidem colerica quandoq; est sparsa in corpore, & quandoq; est in membro vno: & secundum duos modos pędictos quandoq; est putrida, & quandoq; est vacua a putredine. Ex sparsa vero quę est vacua a putredine accidit ytericia, & ex putrida ipsius accidit febris colerica: et ex illa quę est apropriata vel que est in vno membro, & quę vacua a putredine accidit alopicia: & ab ea quę ex ea est putrida accidit herisipila. Amplius febris colerica diuiditur in continuam, & illud est, cum est materia ipsius intra venas, & in interpolatam, & hoc, cum fuerit materia eius extra venas, & est cum ipsa putrefit in quibusdam concauitatibus vel spaciositatibus membrorum: & in causon, & hoc quando materia febris colerica inseperabilis fuerit prope cor, aut epar, aut stomacum: & nos loquemur de ipsa. Continua vero, & interpolata ambę diuiduntur in puram, & est illa, cuius materia colerica est pura, cum qua non permixtum est flegma: & in non puram, & est illa, in cuius materia permixtum est flegma. Et paroxismus quidem periodicę purę est a sex horis vsq; ad duodecim exponendo vel intelligendo, quòd ipsa non postponit vel non tardat in suo paroxismo supra duodecim horas: vel intelligendo quòd ipsa non addit in suo paroxismo supra duodecim horas, sed in non pura postponitur vel prolongatur ab huiusmodi hora, vel sed in non pura additur super huiusmodi horam. Amplius ista non pura diuersificatur secundum diuersitatem flegmatis in quantitate & qualitae ipsius. Et tēpus quidem exacerbationis vel excrescentiæ in continua purea est, sicut tempus paroxismi periodicę purę, & quies, seu tepor ipsius continuę purę est, sicut tempus dimissionis periodicę prædictæ: quoniam continua colerica non habet paroxismum, neq; teporem, immo habet excrescētiam, & diminutionem: & ista mensura seu dispositio est ei sicut tepor, & paroxismus: & nos dicemus causam continuitatis istius febris. Signa autem febris colericę absolutę sunt citrinitas coloris, & amaritudo oris, & vehementia inflammationis, & sitis, & soda, & sensatio in corpore sicut puncturę acus, & illud propter acuitatem materiæ, & horripilatio, & rigor, & illud propter mordicationem materię in membris sensibilibus, in quibus materia mordicans incedit, & fugit caliditas naturalis ad interiora corporis timens illud. Verum hoc est in principio istius febris fortius, quam sit post, & illud quoniam materia eius in principio ipsius est cruda, vel indigesta, acuta, subtilis substantię, velocis cursus: quare vehementer nocet corpori, post illud vero scilicet cum ipsa recipit digestionem, tunc fracta vel remissa est eius acuitas, & contemperata est eius malitia, & ipsius substantia, & fortitudo ipsius, quare ipsa minus mordicat membra, & minus nocet eis. Et scias, quod febris quartana est econtrario illius, & propter illud efficitur in ea fortitudo caliditatis, & vehementia inflammationis indicans eradicationem ipsius, & separationem eius: & loquemur de proximo de hoc, cum loquemur de rigore. Et ex signis febris colericę est tinctura vrinæ, & acuitas odoris eius, & quandoq; nō apparet in ea sedimen, quoniā febres colericę pręcipuæ purę multotiens finiuntur absque sedimine apparente in vrina: Et dicemus in hoc, cum loquemur de

vrina in hoc libro, & est lingua aspera, sicca, & quādoq; est nigra propter vehementiam caliditatis, & est pulsus velox, frequens propter vehementiam necessitatis. Differentia vero inter puram, & non puram est secūdū modos plurimos: quorū vnus est, ꝙ paroxismus purę est a sex horis vsq; ad duodecim: & quæ addit super ipsum, est non pura. Secūdus est, ꝙ pura finit in septē periodis seu paroxismis, qui sunt dies tresdecim, & fractura diei, seu & aliqua pars diei alterius, secundum ꝙ scies in sermone de crisi in hoc libro. Et ꝑ paroxismū seu periodū intelligitur tempus acceptionis, vel esse ipsius paroxismi, & dimissionis eius. Dixit Hyppo. in q̄rto afforis. tertiana pura in septem periodis est longior, quæ possit esse: hoc intelligitur, qñ materia est extra venas, & si nō, sed sit materia intra venas, tunc ipsa finitur in septem diebus. Et tertius est, ꝙ purę principiū est cū rigore forti, & eius eradicatio cum sudore exuberanti: & illud, qm̄ materia eius est acuta, subtilis: sed dispositio nō puræ nō est sic ꝑꝑ grossitiē materiei ipsius. Et quartus est, ꝙ ī pura velociter aduenit digestio, & procedunt vel accellerāt signa eius, & illud ꝑꝑ subtilitatē materiæ: & in non pura post ponūtur ꝑꝑ grossitiem materiei ipsius. Quintus vero est, ꝙ in pura apparet extenuatio in forma vel figura, & illud ꝑꝑ subtilitatē materiæ: & in nō pura nō apparet aliqd ex illo ꝑꝑ grossitiem materiei eius: & ꝑꝑ subtilitatē materiei purę & acuitatē eius velocitaī ī ea digestio vrinę, & vehemēs fit sitis, & inflammatio, & intrificatur soda, immo accidentia omnia propter illud, ꝙ diximus.

Capitulum sextum de febre causon.

HEc febris appellatur grecę carusus vel causus: & aduētus ipsius est secūdū duos modos: qñq; enim fit a flegmate salso, secundū ꝙ iudicauit eximius Hypocrates ī libro epidimię, & Gal. in expositiōe libri regiminis acutorū: & qñq; fit ex colera pura aut sparsa in toto corpore, aut in venis, que sunt circa cor, aut stomacum, aut epar, & hæc est famosa nunc inter medicos ingeniosos nostri temporis nomine causon, vel adustiua. & secundum hanc dico, ꝙ carusus vel causon similaī tertianę purę cōtinuę, cuius materia putrefit intra venas, quę non sunt circa cor, epar, aut stomacū duobus modis, quorum vnus est, ꝙ vnaquęque ipsarū est a colera pura: secūdus est, qđ materia vniuscuiusq; earū est intra venas, & iudicatur secūdū illud cōtinuatio ꝓcessus: & diuersificatur quatuor modis, qm̄ ista fit a flegmate salso, secūdus est, quòd materia istius secūdū famositatem vel materia eius famosa apud medicos ingeniosos est circa cor, aut epar, aut stomacū. Tertius est, ꝙ accidentia in hac febre sunt vehementiora, quā sint ī tertiana pura: & huiusmodi accidētia sunt sicut sitis, & inquietudo, & permixtio rationis. Et quartus est, quòd tempus istius est minus, quā tempus illius. Et scias ꝙ natura multotiens in hac febre retinetur seu constringitur, & illud ꝑꝑ tres causas, quarū vna est diuersio causæ excitantis expulsiuam ad partem aliam, secūda est fortitudo caliditatis in vētre, quare exucatur aquositas fecum, vnde ipsę feces exiccantur. Tertia est diuersio naturę ad resistendum nocumento, & occupatio in eo, vnde prohibetur expulsio superfluitatum prędictarum. Sitis autem in hac febre est fortis valde propter fortitudinem caliditatis, & cōmotionē eius, nisi accidat tussis sicca. s. sine materia. Dixit Hyppo. in q̄rto afforis. quibus plerunque tusses siccæ & modice prouocatæ &c. Dixit Gal. ꝙ intētio Hyppocratis per tussim siccā fuit de illa, quæ est sine materia, quoniam materialis seu illa tussis, quę est cum materia excitat sitim, & illud propter adauentum vel aplicationem naturę, et caliditatis ad resistendum materię, & digestionem eius. Et non est dubiū, quòd in digestione materiæ ebulliunt humiditates digestæ, & fortificatur caliditas, & ꝑꝑ illud conditionatur, qđ sit sicca: & hoc aut est propter caliditatem pulmonis, aut propter asperitatem interioris ipsius, & propter dominium malicię complexionis super eum. Et tussis consideratione, quòd ipsa est motus naturę ad expelendum nocumentum a pulmone, & ab eis quę ei vicinantur, siue sit nociuum simplex, aut materiale, tunc qñ mouetur ad expulsionem illius nociui a loco leso, attrahit ad partē pulmonis ex eis, quę vicinantur illi humiditatem humectantem, aut rorantem ipsum. Et scias, quod hec febris, qñ aduenit senibus, est mala propter duas causas, quarum vna est, quod euentus eius significat fortitudinem siccitatis: & secunda, quod virtus ipsorum non tolleras, vt resistat illi febri: iuuenibus vero multotiens accidit hęc febris, & est timor eius in ipsis minor: & illud propter similitudinem eius ad complexiones ipsorum: & cum accidit infantibus seu pueris, tunc sunt accidentia ipsorum quietiora quam illa, quę in iuuenibus. Et scias, quod cum huiusmodi febre non est rigor, neq; horripilatio, nisi apud crisim, & nos dicemus in hoc. Dixit Hyppocrates in sexto afforis. cui accidit in febre vrente tremor, tunc permixtio rationis [remouet eam, vel eum] Scias quòd periti in hac scientia diuersificantur in expositione istius afforismi: opinatus est enim excellentissimus. Gal. quòd intentio illius particulę remouet eam reuertatur vel referatur ad febrē: & dixit illud, quoniam materia febris est comprehensa in venis: cū ergo egressa fuerit, & expulsa fuerit ad neruos propter debilitatem accidentē eis, accidit tremor, deinde peruenit nocumentum ad principium, quod est cerebrum, quare accidit permixtio rationis. & illud indicat resolutionem febris: qđ si dicatur hęc febris resoluitur per tremorem, ad quid vtile dictū est permixtio rationis: dicemus, quòd vtilitas in eo est, quod aduentus permixtionis rationis ī huiusmodi hora est significatio expulsionis materiæ febris ad partem neruorum in modo, quod nocet cerebro, & accidit ex eo ꝑmixtio rōnis. Et opinatus est Auicenna in libro quarto canonis, vbi loquitur de febre adustiua, seu causon, ꝙ intētio referaī ad tremorem neruorū, & aliorum. Dixit Almesihay in ista interpretatiōe est cōsideratio, seu dubitatio, qm̄ Hyppo. non dixit cui accidit febris vrens & fuerit iam in eo tremor ita, vt verificetur expositio ista. Et dixit ēt in hoc loco intentionē sermonis Hpypocratis, videlicet cui accidit in febre vrente tremor, postea fuerit in eo permixtio rationis, tunc resoluitur cum eo tremor propter expulsionem materierum a cerebro ad neruos: Et hec expositio est melior, verum non est conueniens sermoni Hyppocratis in hoc afforismo, quoniā in eo est alteratio sermonis afforismi: & in consideratione vel dubitatione eius est dubitatio, qm̄ veritas interpretationis Auicennę non indiget, vt supleatur ly & fuerit iam in eo tremor, immo veritas expositionis stat in sua veritate redeundo vel refferendo relatiuum ad tremorem: & expositio sermonis eius est, cui accidit in febre vrente tremor, tunc permixtio rationis resoluit illum tremorem accidentem: & iste sermo est verus, inquo vel super quem non est puluis. quod autem dictum est, quod in eo sit alteratio verborum afforismi, non est sic, immo in eo est declaratio intētionis afforismi. Amplius dixit, & ex eis sunt, q opinani, ꝙ relatiuū referat ad tremorē ēt, verū fundāt in re alia ab ea, in qua fundaī Mesihay prius: Et est, ꝙ materia faciens tremorem in febre cū ascēderit ad cerebrum ꝑꝑ debilitatem accidentem ei ex ascensione caliditatis, & vaporū ad ipsum, non est dubiū, ꝙ materia est præparata

ad expulsionem

Alia lra remouet illud.

nō est pulsus .i. non est aliqđ dubiū, obscurans ipsius veritatem.

ad expulsionem propter subtiliationē caliditatis, et preparationem ad expulsionem, q si ipsa facit accidere permixtionem rationis, indicat resolutionem tremoris, & ista interpretatio est falsa, non propter hoc, q affirmat Hypocratē dixisse, cui accidit febris causon, & fuerit in eo tremor, quia in hoc non est falsitas, sicut scivisti, sed dico interpretatio prędicta est falsa, quia affirmat Hypocratē dixisse, q permixtio rationis in huiusmodi indicat resolutionem tremoris, cū in verbis Hypo. non sit significatio pronosticationis, neque aliquid, quod sit proximum ad significandū indicationem illius: enim dixit Hypo. resolutit eum, & non dixit indicat resolutionem eius. Et scias q febris vrens seu causon non est febris in exterioribus fortis, sicut ipsa est fortis in interioribus: Verum accidentia in ea, quę fit a colera, sicut inquietudo, & sitis, & vigilię, & permixtio rationis sunt fortiora, quàm illa, quę fiunt a flegmate salso.

Capitulum septimum de febre flegmatica.

Febris flegmatica nominatur quidem apud gręcos mechamarius: & quę ex ea est cōtinua proprie nominatur arabice lacticha. Dixit Gal. in libro galuchen, deterior febrium periodicarum vel interpolatarum est flegmatica quotidiana: & hoc ppter quatuor causas, quarum vna est, q tempus quietis ipsius est paruum per comparationem ad tempus existentię ipsius vel proximi ipsius: Secunda est, q tempus ipsius est longum, quare est necessitas vehemens valde sumendi cibum, & membrum deputatum ad regimen cibi, & digestionem eius, & transmissionem eius ad membra, quæ nutriuntur eo, est lesum debile pp dominium flegmatis super eum, quoniam ex proprietatibus febris flegmaticæ est debilitas stomaci, & debilitas appetitus eius ita, vt quidam dixerunt, q hoc est proprium illi inherens non separabile ab ea: & tertia est multitudo materię eius, & grossities eius, & viscositas ipsius, quare est conatus naturę in resistendo ipsi conatus fortis: Et quarta est difficultas modi medicationis eius, quoniam si medicamur febrem, addimus in causa: Et si medicamur causam, addimus in febre: & si componimus, non aduenit intentio curationis vniuscuiusque earum secundum q oportet propter inuentionem contrarii. Et post flegmaticam interpolatam in malitia est melancolica propter longitudinem temporis eius, & grossitiem materiei ipsius. Et salutior quidem est colerica, quoniā materia eius est subtilior reliquis materiis, & quoniam ipsa permittit quiescere virtutem regentem corpus triginta sex horis. Febrium autem continuarum deterior omnium est sanguinea putrida, & illud propter duas causas, quarum vna est multitudo materiei ipsius: secunda est adherentia seu continuitas processus ipsius vel accensionis eius. Postea est flegmatica propter illud, quod diximus, & propter adherentiā vel continuitatem etiam: postea melancolica: postea colerica. Et cum sciueris illud, dico, q flegma non euacuatur, quin aut sit putridum, aut non: Et si fuerit putridum, aut est sparsum in toto corpore, aut comprehensum in membro. Quod si fuerit sparsum, aut est intra venas, aut ē extra ipsas: & si fuerit intra ipsas, tunc facit accidere flegmaticam continuam: & si fuerit extra ipsas, facit accidere interpolatam: & si fuerit in mēbro vno flegma putridum, facit accidere vndimiam: si autem non est putridum, tūc aut ipsum est sparsum in toto corpore, aut in membro determinato: si fuerit primo modo, facit accidere ydropesim. s. carnosam: & si fuerit secundo modo, facit accidere mollitiē similē mollitiei cacesię. Et plurimum quidē aduētus istarum febrium est in humidis, aut

plucht. i. Conseruationis sanitatem.

naturaliter sicut pueris, & mulieribus, aut p acquisitionē sicut occiosi, & altrehel. Pueris vero multotiens accidit ista febris, n quia ipsorū cōplexio sit frigidior, sed qa sunt ipsi plus gulosi, & maioris ingluuiei, & deterioris regiminis in comestis, & bibitis. Et accidit ēt patiētibus nauseatiuā sattietatē, & exercitātibus post administrationē cibi subtilis humectātis: & administrantibus balneū post illud. Dixerūt quidā, q flegmatica hyemalis est [deterior] q̃ estiualis, qm̄ aer hyemis pp frigiditatē suā est pportionalis materię istius febris: Et ęgritudines quidē proportionales sunt minus periculosæ, quā non pportionales: ecōtrario est dispositio eius in ęstate, qm̄ nō est proportionalis ei: & illa, q̃ nō ē pportionalis, non accidit, nisi a forti causa. Et veritas est, q hyemalis est deterior pp additionē vel augumētū materiæ in eo, & pp contrarietatē frigoris aeris ad curationem nostrā: econtrario est estiualis, qm̄ aduentus ipsius licet sit a forti causa, tamen caliditas aeris adiuuat medicationem nostrā in remouendo ægritudinē. Et ex febribus flegmaticis est, quę dicitur nocturna, & est illa, q̃ accidit in nocte, & cessat in die: & est diurna, & est illa, q̃ est econuerso illius. Et iam diuersificantur medici in hoc, verū nocturna sit deterior diurna: dixerunt enim quidam ex posterioribus, q nocturna est deterior diurna: & arguunt super hoc, quoniam uirtus & caliditas naturalis est in nocte fortior, quam sit in die: Et aduentus paroxismi febris in huiusmodi hora est significans multitudinē materiæ dominantis, quam diximus, & facientis paroxismū. Et opinio Auicennæ est, q diurna est deterior, & arguit, seu probat illud, quoniam resolutio corporis in die est maior illa, quę est in nocte, quoniam porrositates in eo sunt apertę, & aer est calidus, quare attrahitur materia ad exteriora corporis, quare aduentus febris in hac hora significat multitudinem materiæ, & exuberationē eius. Et veritas est illud, quod opinatus est Auicenna, quoniam diurna fortior est, quam nocturna, & deterior: fortior quidem propter id, quod diximus: deterioritas vero vel malitia eius est, quoniam ipsa multociens facit cadere in ethicam, & illud quoniā ipsa quando paroxismat in die, tunc eius quies est in nocte: Et non est dubiū q habens ipsam indiget cibo, qui necessario administratus i hora quietis eius, quæ est nox: Et cum comedit cibū in nocte, indiget vel oportet vt non dormiat hora administrationis eius timendo, ne vapores eius declinent ad caput, & addant in humiditatē: & qñq accidit ex illo inflatio, & rugitus stomaci pp priuationē firmationis vel descentionis cibi in fundo stomaci, & malitiā digestionis, & illud est ex eis, q̃ generant flegma, & addit in materia febris, quare oportet tūc vt precipianē vigilię timendo illud, qd diximus, quare [addantur vel duplantur super nocumentū vel ęgritudinem diei vigiliæ noctis]: Et illud est ex eis, q̃ faciunt cadere in ethicā, & q̃ debilitant virtutē. Et non valet aliquid, si qa dicat, q humiditas cibi administrati resistit exiccatiōi vigiliarū, & caliditati diei: Nā cibus administratus in huiusmodi febre nō est cibus purę humiditatis cibalis, immo ē in eo exiccatio, & calefactio, & medicinalitas aliqua pp incisionē materię, & subtiliationē eius. Et ex febribus flegmaticis est, in qua calor est interius, & frigus apparet exterius, & nominatur grece lifuria vel liparia: & hęc febris est a flegmate grosso, paucę quātitatis, putrescente in corpore, & nō resoluitur ex eo aliquid, qd sufficiat calefacere exteriora pp grossitiē eius, & paucitatē ipsius, & calefacit interiora nō perueniēs ad exteriora. Aut dicatur, q virtus in huiusmodi dispositione diuertitur ad interiora, vt resistat rei nociuæ, quare exteriora remanent vacua vel priuata ab ea, quare infrigidantur, præcipue si fuerit flegma vitreum. Et dixerunt quidam, quòd quandoque

Altrehel. i. habentes mēbra mollificata liquefacta.

Alia litera minoris malitię

alia littera vigiliæ noctis addunt vel duplicāt nocumentū super ægritudinem diei.

est illud propter colcram grossam paucę quantitatis putrescentem in interioribus, & calefacit ea, absq; quod possit calefacere exteriora. Et ex febribus sunt, quę sunt ecõtrario illius, in quibus calefiũt exteriora, & infrigidantur interiora, & nominantur grecę empialos : & aduentus istius febris est a flegmate vitreo non putrido conculcato in interioribus, & flegmate putrido in exterioribus cũ calefactione sua. Et si dicatur, quare nõ sentit frigiditas flegmatis uitrei ante aduentũ paroxismi : Dicemus, q̃ illud est, qm̃ flegma erat quietũ ante aduentũ ꝑoxismi cõsuetũ mẽbro: qũcs ergo aduenit ꝑoxismus ex putredioe facta in exterioribus, mouet, & tũc tãgit mẽbra alia sen sitiua: q̃re sentitur frigus. Et ex febribus sunt, inqbus apparet frigus exterius, & interius, & similiter caloe, & hęc nominat grecę lisanis : & causa istius est flegma, cuius pars q̃dã est putrida, & quedã alia nõ putrida, & est in summa sparsum in exterioribus, & in interioribus : & quod est putridũ, calefacit: & quod oon est putridũ, infrigidat. Et ex febribus flegmaticis est febris sincopalis, & est illa, in q̃ accidit sincopis apud aduentũ ꝑoxismi: et causa illius est flegma, quod iam putrescit, et est spaesum in corpore: cum ergo aduenit ꝑoxismus, effũditur ex ea aliquid ad os stomaci, & causat sincopim : Et pp illud indigemus, ut detur habenti hanc febrem apud aduentũ ꝑoxismi aliqd ex cibis cõfortantibus, ut occupetur stomacus, & fortificeť cũ eo, quare ꝓhibetur effusio materiei ad ipsum: et nõ effuditur qdem nisi ad stomacũ propie, qm̃ tu iam scuisti, q̃ nocumentũ istius mẽbri ex parte febris flegmaticę est accidens ei inheherens inseparabile ab eo : & hæc febris est mala ualde, qm̃ si sit occupatio in euacuatione materiei ipsius cũ facilitate, tunc putrefit, & quaodoq; mouet motu cõculcationis : Et si fit euacuatio cũ fortitudine, & labore, tũc noo tollerabit virtus. Et quomodo tollerabit illud, si cũ quiete ipsius materię accidit habenti ipsam sincopis? Et cũ toto hoc indiget habẽs eam euacuatione vehementi, et similiter cibatione: indiget enim prima pp alleuationẽ uel minorationẽ materiæ, & quietẽ naturę: secũda uero indiget, qm̃ humores eorũ nõ sunt eis cõuenientes, ut nutriant coepus, & fortificent virtutẽ: q̃ si pręcipitur cibatio, tũc additť in materia soffocante virtutẽ: Et si pręcipitur solutio vẽtris, & alleuiatio seu minoratio materię, noceť virtuti, & duplicať nocumentũ. Et significãt febrẽ flegmaticã apparitio horripilatiõis, & rigoris pui, qm̃ materia nõ est ex eis, q̃ faciũt punctionẽ, & mordicationẽ fortẽ ita, ut faciat rigorẽ: q̃ si accidat in ea rigor, nõ incipit subito, sed paulatim paulatim: Et illud pp grossitiẽ materię, & uiscositatẽ eius: q̃re non est possibile, ue sit foetior motus, q̃; motus rigoris facti in febre colerica, in quo quidẽ diuersificanť medici: & de hoc dicemus post. Et multiplicať in huiusmodi febribus subet: & illud pp humiditatẽ materię, nisi sit causa ipsius flegma salsum: & similiter sitis in ea non fit uehemẽs, nisi in illa, cuius cã est flegma ꝑdictũ. s. salsum. Et ex signis qdem istius febris est dispositio similis lassitudini, & fractio cũ grauitate sensata, & ꝑseuecantia alicis, & oscitationis ꝑcipue apud aduentũ ꝑoxismi. Et qñ q̃ fortificatur caliditas apud aduentũ ꝑoxismi, deinde minorať, & apparet frigus, & eius causa est dominiũ caliditatis super partẽ materiæ subtilẽ, & salsam primòus, unde fortificať caliditas, & dominať sup grossiorẽ postea, i frigidiorẽ. Tactus aũt in hac febre & principio est debilis, vaporosus, postea cũ ꝓlõgatur posito manus, sentiť caliditas fortis, & moedicatiua: & illud qm̃ porositates sunt oppilatæ strictæ in principio rei: cũq; ꝓlongatur tactus manus in corpore, adunanť vel aggregantur vapores separati ab eo, & reuerberãtur seu retrocedunt, unde calefiũt vapores ꝑdicti, & apertũt porositates, &

Quare sentiť frigus .s. in interioribus.

Cũ facilitate. s. uicibus pluribus.

Putrefit. s. illud q̃ remanet. et adhuc non est euacuatum.

In quo quidem. s. rigore diuersificantur an rigor sit fortior in tertiana, an in quartana uel in flegmatica.

Ab eo. s. corpore febrientis.

eas amplas efficiunt, & egrediť caliditas putredinalis existẽs interius: Et cũ hoc nõ est ęqualitas tactus coeporis in illa, immo est diuersitas, Et illud pp diuersitatẽ substantiæ materię. Et est coloe patiẽtis hãc febrẽ obscurus plũbeus, & illud pp colorẽ istius materiæ. Et forma vel figura corporis est laxa, mollis: & similiter sunt eius extrema, et illud pp grossitiẽ materię, et dominiũ eius sup extrema cũ debilitate caliditatis in eis. Et vrina qdem in ea qñq; est subtilis pp retentionẽ materię ex oppilatione: & qñ q; est grossa rubea, & illud apud aptionẽ oppilationũ, & egressionẽ eius, q̃ erat retentũ: Et dicemus de hoc in sermõe de vrina. Pulsus uero in ea est tardus, rarus pp paruã necessitẽ: Et illud pp frigiditatẽ cõplexionis materiæ, et est ꝓportionata hora principiĳ materię. Et est plurimę roritatis pp hũiditatẽ materię: Et pauci sudoris pp grossitiẽ eius, & viscositatẽ ipsius. Et significat ipsam etiã regimen ꝑcedens, & ętas, & regio, & cõplexio aeris. Et salutor istius febris est illa, quæ est habẽs tẽpores magis mũdos, multi sudoris apud separationẽ ꝑoxismi ipsius : significat enim illud materiã esse subtilẽ, & tenuẽ. Signa uero cõtinuę est priuatio rigoris, & frigoris & horripilationis pp cõprehẽsionẽ materię intra venas, & cõtinuationẽ caliditatis uel accensionis. Et hæc quidẽ febris similať febri ethicę pp caliditatẽ eius mitẽ, nõ acutã, & adherentiã seu perseuerantiã ipsius: Verũ ipsa differt ab ea duobus modis: quorum vnus est ex ꝑte accidẽtiũ ꝓpriorũ huic febri, sicut est grauitas, & forma laxa seu tumida, & lenitas pulsus, & insipitudo oris, & dulcedo ipsius: omnia enim ista nõ sunt in febre ethica: Secundus est, q̃ habẽs hanc febrẽ cum cibatur, nõ fit in eo febris vehemẽtia post administrationẽ cibi: ecõtrario se habet ethicus, qm̃ febris in eo fortificať, et vehemẽs fit post administrationẽ cibi. Signũ aũt nocturnæ, & diurnę, & illius, in qua occulꞇatur calor, & apparet exterius frigus, & ecõtra, & illius, in qua interius & exterius apparet frigus, et signũ etiã sincopalis manifestatur ex eis, & paroxismis ipsarum.

Capitulum octauum de febre melancolica.

Febris melancolica appellať grecę thirtharis: & nominatur quartana, & dicitur hoc nomine, qm̃ principiũ ꝑoxismi secundi a paroxismo eius primo est in die quarta: & pp illud nominať grecę hoc nomine thirtharis: & intentio eius in gręco est almethalete idest triplicata: & pp hoc dixit Auicẽna in libro secundo canonis, ubi loquiť de plãtagine seu lingua arietis, q̃ cõfert febribus triplicatis. i. quartanis. Et cũ sciueris hoc, dicamus, q̃ materia melãcolica aut est spaesa in toto corpore, aut propria in vno membro, nõ in alio: q̃ si fuerit primo modo, tũc aut est putrida, aut vacua a putredine : si enim fuerit putrida intra uenas, tũc causat quartanã cõtinuã: & causat quaetanã interpolatã, si ꝑdicta materia putrida fuerit extra venas: si aũt materia ꝑdicta fuerit oon putrida, & fuerit sparsa i coepore, tũc causat icteritiã nigrã: si uero sit ꝓpria vni mẽbro, tũc aut est putrida, aut vacua a putredine: q̃ si fuerit primo mõ, tũc facit accidere cancrum: Et si secundo, tũc facit accidere apostema nominatum apud medicos apostema durũ. Febris uero melancolica est ęgritudo accidens ex diffusione humoris melancolici putridi in totum corpus, aut intra venas, aut extra ipsas. Et ex febribus melancolicis est febris quintana, & sextana, & septena. Dixit Gal. excellentissimus, q̃ nõ uidit has febres oino: verũ ipse dixit, Et nõ est lõginquũ, qn accidãt huiusmodi febres ex malitia regiminis infirmi, cũq; relinquitur illud regimẽ, remouetur febris. Et cum redit ad ipsum regimẽ, redit & ipsa febris propter reditũ regiminis, non ꝓpter materias effusas ad locum putredinis, vnde causatur ista febris. Hypocrates vero verificauit inuẽtionẽ ipsarũ, & dixit,

Confert febribus almethetate. i. triplicatis uel q̃rtanis, quia post duos dies quietis accidit paroxismus; Et quartanæ apud arabes syros appellant almethelate.

& dixit, q̄ huiuſmodi febres habent materias ſibi proprias cauſantes ipſas. Et veriſimilitudo eſt, q̄ materię iſtarum febriū ſint materiæ melancolicę generatæ a flegmate groſſo viſcoſo: & ſunt cum hoc paucę quantitatis. Et illud, quod ſignificat viſcoſitatē materierū ipſarum, eſt lõgitudo temporis: & ſignificat paucitatem ipſarum elongatio vel diſtantia temporis inter paroxiſmos ipſarum. Quod ſi dicatur, quare non cauſat flegma febrē aliā ab ea, quam diximus, quū ingroſſatur ſubſtantia ipſius flegmatis, & minoratur quātitas eius, ſicut facit accidere melancolia, quū ingroſſatur ſubſtantia eius, & minoratur ipſius quantitas? Dicemus, q̄ cauſa in groſſitie flegmatis aut eſt frigus congelans, aut caliditas fortis adurens: & apud dominiū vnius iſtorū ſuper ipſum egreditur flegma ab eſſe flegmatis, & efficitur melancolia, ſicut ſciuiſti in perſcrutatione de humoribus. Dixit ypo. q̄ ſeptena eſt longi temporis, & non eſt mortifera, & q̄ quintana eſt deterior febriū, quoniam ipſa eſt ante pthiſim, & poſt ipſam Dico autem ſeptenam non eſſe mortiferam pp̄ longitudinem temporis quietis ipſius, vnde per hoc quieſcit virtus: & ēt quoniam materia eius eſt pauca, quare virtus eſt domināſ ſuper eam. Quintanę vere quoniam tēpus quietis eſt breuior: Et intellexit per pthiſim ethicam: & nō eſt dubium, q̄ iſta febris facit cadere in ethicā pp̄ breuitatem temporis quietis ipſius, & pp̄ multitudinem materię, vnde inflammantur membra, & accidit ethica: Et in hoc eſt dubium, cum ex eo ſequatur, q̄ quartana faciat cadere in ethicam ſecundum viam primam, quoniam tempus quietis eius eſt minor quā tempus quietis quintanæ, & materia eius eſt plus, quam materia quintanę. Et manifeſtum eſt, quòd intentio ſermonis eius fuit, quòd quintana eſt deterior febriū, quoniā ipſa eſt ante pthiſim, & poſt ipſam, non quòd quintana faciat cadere in pthiſim, immo intentio eſt, quā dixit Gal. quòd hę febres accidunt pp̄ malitiā regiminis infirmi: Et quū ita ſit, huiuſmodi febris facit accidere debilitatem virtutis, quare cadit patiens eā in ethicā: & in hoc eſt dubitatio ad huc: Et qui vult verificare verba ypocratis redeat ad librum cannonis Auicenę de febribus: quoniam Auicenna in eo dilatat ſermonem, & uerificat. Quòd aūt ipſa ſit poſt ethicā ē, qm̄ materiæ quæ aduruntur, & incinerātur in pthiſi cauſant iſtā febrē: quare eſt iſta febris mala, ſecundū q̄ ipſa ſignificat aduentum ethicæ, & eſt cauſa aduentus eius. Et plurimus quidē aduentus febrium melancolicarum eſt poſt egritudines antecedētes ipſas, unde incineratę ſunt materię, & generata eſt melancolia. Et raro quidem accidit, ut ſplen cū febre melancolica ſit ſanus. Et ſaluior earum eſt illa, quæ eſt uacua ab apoſtemate: quòd ſi fuerit illic apoſtema, tunc facit declinare rem ſecundū plurimū ad hydropeſim. Et multotiēs liberat ab epilepſia, quoniam educit uel extrahit materias a cerebro, & excutit eas, a loco ſuo cū motu rigoris ꝓprie. & febris quidem calefacit eas, & preparat eas ad illud, & multotiens liberat uel ſanat podagram, & dolores iuncturarū, & ſcabiem, & pruritum, & varices, & melancoliā: totum illud eſt pp̄ expulſionem materierum a loco ſuo, & egreſſionem ipſarum a loco ſuo. Et hęc quidem febris adiuuat in hoc digerendo cum caliditate, aut expellendo cum motu rigoris frequenti. Et ſi dicatur, quomodo eſt caliditas febris adiuuans ad digeſtionem materierum, cum ipſa ſit extranea nocens operationibus, Et digeſtio materierum non fiat niſi cum caliditate naturali? Dicemus ſine dubio, quòd digerens verum eſt caliditas naturalis, tamen caliditas febris adiuuat in hoc intelligendo, q̄ ipſa ſubtiliat ſubſtantiam materiæ groſſæ exiſtentis intra neruos cauſantis ęgritudinē. Et cum ipſa materia eſt ſubtiliata, extrahit eam motus rigoris frequentis adueniens. Et etiam dominiū caliditatis naturalis ſuper digeſtionē iſtius mate-

Verum caliditas extranea adiuuat ad digeſtionē humorum

rię, & expulſionem eius eſt magis poſſibile uel potens, & fortius, quàm cū erat uacua ab illa. Signum uero febris melancolię eſt grauitas vehemens, & multiplicatio laſſitudinis in iuncturis: totū illud pp̄ groſſitiem materię: & frigus vehemēs: & horripilatio fortis: & illud pp̄ frigus materiæ, niſi apud ſtatum paroxiſmi, quoniā tunc caliditas fit vehemens, & eſt fortior, q̄̄ illa, q̄ eſt in ſtatu paroxiſmi flegmaticę, quoniā materia in hac eſt ſicca. Et tu iam ſciuiſti, q̄ caliditas quotiens eſt dependēs a corpore ſicco, eſt acuta adurens. Et paroxiſmi ſunt mundiores, q̄̄ paroxiſmi flegmaticę, quoniā materia in hac eſt ſicca: quare non inuenit caliditas febris, quod ipſam conſeruet, & conſeruet impreſſionem eius: Nā tu ſciuiſti, q̄ humiditas eſt illa, quę conſeruat caliditatem in corpore. Vrina autem in hac febre in eius principio eſt alba, ſubtilis, aquoſa, nō digeſta: & illud pp̄ cruditatem materiæ, & groſſitiem ſubſtantiæ ipſius, & oppilationes exiſtentes cū ea, unde prohibentur materię a penetratione, & egreſſione. Et cū eſt ſtatus iſtius febris, tunc urina ingroſſatur, & fit nigra: & illud propter egreſſionem materię iſtius febris: & propter illud efficitur urina nigra groſſa in hac febre ſignum laudabile indicans eradicationem eius. & multotiens diuerſificatur color eius in illa hora, & illud quoniā materia eſt generata ex humoribus pluribus. Et ſudor in hac febre apud ſeparationem paroxiſmi eius eſt plus, q̄̄ ille, qui eſt in febribus flegmaticis: & illud quoniā materia eius non habet uiſcoſitatē: quare facilis eſt egreſſio ipſius: Verum roritas corporis in flegmatica eſt plus, qm̄ materia eius eſt humida. Et pulſus in hac febre eſt declināſ ad duritiem pp̄ ſiccitatē materię, ſubmerſus pp̄ grauitatem materię, & non eſt in eo uelocitas apparens, niſi apud ſtatū paroxiſmi, quoniā caliditas eſt vehemēs, ſicut ſciuiſti. Et frequentia in hac hora eſt maior, q̄̄ velocitas, quoniā virtus eſt debilis. Et motus cōſtrictiōis in hac eſt tardior, quàm ille, q eſt in colerica febre, qm̄ colera eſt plus, & ſiccior, quare vapores fumoſi gn̄ati ex ea ſunt plures, q̄re eſt in ea cōſtrictio velocior. Et ſcias q̄ dolor ꝓprius huic febri eſt dolor ſplenis, ſicut dolor ꝓprius flegmaticę eſt dolor oris ſtomaci: & colericæ dolor epatis: & illud pp̄ multitudinem melancoliæ effuſe ad ipſum, & declinantē ad partē eius. Et quandoq̄ ſumitur ſignificatio iſtius febris ex regimine antecedēte, & ętate, & complexione, & aere, regione, & cōſuetudine. Significatio uero ex paroxiſmis eſt debilis valde ei, qui vtitur ea. Febris uero quintana, et ſextana, & ſeptena cognoſcit̄ ex paroſiſmo ipſius. Et intētio ſermonis cū dicimus febris quintana eſt, q̄ ipſa incipit in die quinto a principio inceptionis eius comparando ad quartanam, & ſimiliter ſextena, & ſeptena.

Ab illa. ſ. caliditate extranea.

Ad ipſum. ſ. ſplenem.

Capitolo nono de febre ethica.

HAec febris nominatur grecę aethica ſeu ethica .i. fixa ſeu firma, & eſt caliditas extranea accidens corpori mediante aduentu ipſius in membris. Et oportet, ut p̄cedat ad determinationē ipſius uel ad ſermonē de ipſa, q̄ p debul intelligit̄ reſolutio humiditatū naturaliū, & egreſſio naturalis mēbrorū ab additione, & augumēto addiminutionē, & extenuationē. Et ipſa quidem ethica diuiditur in duas diuiſiones in naturalē. ſ. ethicā ſenectutis: & iā ſciuiſti cauſam eius: Et in nō naturalē, & eſt illa, q̄ nō eſt ita. Et ſcias, q̄ debul accidit ſecundū tres modos: quorū vnus eſt a dominio caliditatis, inquantū exiccat humiditatē mēbrorū, ſicut accidit dominiū eius ſup arbores, et plātas in extuoſo calore ęſtatis: Et ſecūdus eſt pp̄ frigus cōgelās, et extiguēs caliditatē nālē, et inſpiſſans ſeu oppilās uias cibi, & aggregat eas, uel coadunat eas, & ꝓhibet ipſū apenetratione ad p̄tē eius, q̄ nutrit̄: et illud ſicut accidit arboribus, & plātis in hyeme fortis frigoris:

& tertius est corruptio humiditatis nutrientis membra, & remotio conuenientię ipsius pro nutricatione membrorum. Et contrarietas vel diuersitas eius, quod restauratur loco eius, quod resoluitur: Et illud sicut accidit plantis, cũ imbibuntur aquis sulfureis baurachijs salsis, quoniã tũc ipsę incurrunt debul, postea exiccantur: Et illud ꝓꝑ paucitatem eius, quod est in illa aqua de partibus nutritiuis. Et ethica ęgritudo accidit ꝓꝑ causam primam: Et ethica senilis accidit a causa secunda, & tertia: quoniam tu iam sciuisti, ꝙ hæc ætas extinguit caliditatem, & dominaĩ frigiditas, & generat in corpore suꝑfluitates baurachias malas non conuenientes nutrimento. Istæ igitur sunt causę debul membrorũ absolute. Amplius dicamus, ꝙ ethica ęgritudinalis diuiditur in tres diuisiones in ethicam absolute, & in ethicam debul, & in ethicam almefetet. Dixerunt medici, ꝙ illud est, quoniam humiditates corporis laudabiles, quæ sunt alię ab humoribus, sunt quatuor, quarum vna est illa, quę est in extremitatibus venarum paruarum similis humiditati arborum, & plantarum existenti in vijs vel cursibus aquę corporis ipsarum, & ramorum ipsarum: Et secunda est illa, quę est in concauitatibus vel spongiositate membrorum similis humiditati, quę est in fructibus plantarum, quæ non incepit maturari, vel digeri, & coagulari, & similari cum substantia fructuum: Et tertia est illa, quę iam est coniuncta cum membris, & nõ similatur eis assimilatione cõpleta: Et ē similis humiditati fructus plantarum, quę est complete coagulata, et exiccata conseruans substantiam ipsarum prohibens ipsos a casu, & corruptione. (Ipsos. s. fructus.) Et qñ sciueris hóc, dicamus, ꝙ medici dicunt, ꝙ cũ a calore extraneo finitur humiditas prima, & festinat ad secundam, & alteratur humiditas spermatica, dicitur hęc species febris ethica absolute: & hęc q̃dem species est saluior specierũ ethicę, & velocioris curationis. Et qñ finita fuerit secunda, & festinat ad tertiam, & calefit humiditas spermatica, dicitur ethica aldebul: & hęc species est deterior prima, et difficilioris curationis. Et qñ finita fuerit tertia, & festinat ad quartã dicitur, ꝙ ipsa est ethica almefetet. i. curuatiua seu cominutiua seu exiccatio in summo: & huiusmodi speciei curatio est difficilis, et impossibilis est eius sanatio. Et scias, ꝙ cõsideratio ĩ hoc est permutatio caliditatis extraneę ad humiditatem, quæ est post ipsam, & non operatio eius in ipsam humiditatem, quoniam apparitio diuersitatis specierum ethicæ est cum ea: Tempus vero operationis eius in ipsas humiditates est simile: Dixerunt medici, ꝙ post ponitur operatio caliditatis extraneę in humiditatẽ quartam ab operatiõe ipsius in tertiam humiditatem aliam ab ipsa quarta propter tres causas: quarum vna est, ꝙ oꝑatio caliditatis in humiditates contentas facilior est, quam in humiditatem corporis continentes: Et secũda est, ꝙ natura regitiua corporis magis solicita est in conseruatione rei nobilis, quàm rei ignobilis: Et tertia est, ꝙ si caliditas depẽderet ab hac humiditate primo, tunc esset ethicæ febris vna species, & non tres species. Et hoc est q̃d dicũt in hoc capitulo. Et in hoc est consideratio seu dubitatio propter duas causas: quarum vna est, ꝙ tu iam sciuisti, ꝙ febris ethica est caliditas extranea accidens primo in membris, secundum ꝙ diximus: Et cum ita sit, tunc erit impressio ipsius caliditatis in humiditatibus, quæ sunt membris vnitæ, & coniunctę, & non in aliis: quare dependentia ipsius tunc erit primo ab humiditate prędicta: secunda causa est, ꝙ humiditas prima de secundis si finiretur, secundum ꝙ dictum est, tunc finiretur ex finitione ipsius reliquę humiditates, quoniam ipsa prima humiditas est sicut fundamentum, & radix ipsarum, & tunc esset febris ethica vna: Cum ergo sciueris hoc, dici potest, ꝙ dependentia caliditatis extra

neq; primo est ab humiditate, quę est propinqua tempori coagulationis: deinde cũ finierit eam, permutatur ad humiditatem, quę est in extremitatibus venarũ paruarum, & ad ros. (ab humiditate. s. tertia.) Et verisimilius est, vt permutatur ad ros, deinde ad humiditatem spermaticam: quoniam humiditates prædictæ sunt ex generatione humorum. Q͞d si dicatur, si caliditas extranea est dependens primo ab humiditate proxima tempori coagulationis [per te] quare ergo non, permutatur ad humiditatem spermaticam, quę est propinquior ea. dicemus ꝙ non permutatur ad ipsam propter tres rationes, quas diximus. (Alia litera secundam dicta tua.) Quod si dicatur, si humiditas, quæ est in [uenis paruis] non finitur primo, tunc oportet, ut non finiantur humiditates propinquę tempori coagulationis: (ea. i. humiditate tertia.) quoniã ipsa humiditas existens in venis paruis est illa, quæ succedit ei, vel restaurat eam: & quotiens finitur pars, attrahitur pars alia loco eius, vnde stat ipsa loco eius [Amplius ipsa attrahitur ab alio loco quousque cõtinuetur attractio cum corpore, postea cum] stomaco, postea declinat ad comestionem cibi. (Alia litera extremitatibus venarum paruarum;) Et cum ita sit tunc non finiuntur humiditates omnino. (Alia litera deinde huiusmodi caliditas atrahit humiditatem aliam ab illa quousque cõtineatur atractio ab epate postica.) Dicemus ꝙ caliditas cũ finit humiditatẽ prędictã, debilitat digestionẽ. & remouet a sanguine generato ex cibo digesto cõuenientiã ad nutricationem membrorum, & diuersificat restaurationem eius, quod ex eis fuit resolutum, quare diminuitur restauratio, Amplius caliditas resoluit aliquid de humiditate, quę est in extremitatibus venarũ paruarum, quare duplicatur vel additur super operationem caliditatis in ea diminutio cum impressione propter longitudinem temporis istius febris: Et etiam quoniam membra quotiens exiccantur ex dominio caliditatis super ea, debilitatur atractio cibi ipsorum, quia minoratur nutrimentum adueniens propter illud, & finiuntur humiditates prędictę. Et scias ꝙ istius febris aduẽtus quandoque est incipiendo, & quandoque est aduentus eius cum medio aliquo. Et illa, quæ fit incipiendo, accidit ex causis, cum inuenitur corpus dispositum ad recipiendum eas, sicut est motus superfluus corporalis, quoniam ipse calefacit corpus, & exiccat ipsum, secundũ q̃d sciuisti: Aut paucitas eius, quod aduenit de cibo: aut prętermissio ipsius cibi, vnde minoratur, q̃d aduenit ei primo, & acuitur complexio ipsius secundo: Aut superfluitas administratiõis ciborũ calefaciẽtiũ: quare acquirit corpus ex ea caliditatẽ extraneã: Aut vigilię cõtinuę: Aut cogitatio cõtinua legendo in libris: & applicatio cõtinua in consideratione quęstionum scientiarum subtiliũ. Et ira superflua multociens facit cadere in hanc febrem, quoniam ipsa calefacit spiritus, & acquiritur ex ea acuitas, & igneitas: Et multotiens regimẽ medici facit cadere in hanc ęgritudinem: & illud quatuor modis, quorum vnus est prohibitio latus cordis in ęgritudinibus acutis ab administratione emplastrorum frigidorum, & sedantium caliditatem: secundus est prohibere egrum ab administratione aquę frigidę apud vehementem sitim, & appetitum ad sumendum ipsam timendo debilitatem stomaci: Tertius est necessitas administrationis eius, quod viuificat virtutem, & confortat eam apud casum virtutis, & aduẽtum sincopis: & est illud, quod tribuitur pro viuificatione, calidum, sicut vinum, & diamuscum, & aqua carnis: Quartus est vltimitas in subtiliatione cibi, cũ est necessitas requirẽs, quod est ei oppositum, vnde inflammatur caliditas, & fortificatur, & figitur in membris. Facta vero medio aliquo est illa, quæ accidit ab ęgritudinibus, quotiens prolongatæ fuerint, quoniam ipsæ corrumpunt substantiam membrorum, & substantiam eius, quod restaurat: vnde non est conueniens pro nutrimento: quare membra abhorrent ipsum, & additur acuitas, & inflammatio ipsorum, & fortificatur caliditas, & facit cadere in ethicã. Et scias, ꝙ ethica raro fit incipiendo, quoniam longinquũ

est, us

est, vt calefiant membra, quę sunt corpora dura, & retineant spiritus, & humores, qui sunt subtiles, salui ab operatione vel impressione caliditatis, Et oportet, vt intelligas cum eo, quod sciuisti, ꝙ ethica in principio suo est difficilis cognitionis, & facilis curationis: & in statu suo est econtrario illius. Et signat ipsam res, de quibus est pulsus, qui est debilis, durus, frequens: debilis quidem propter resolutionem virtutis infirmi ex longitudine ægritudinis, & multitudine eius, quod resoluitur ex corpore: durus vero propter dominium exiccationis super membra: frequens autem propter vehementem necessitatem, & debilitatem virtutis: Nam virtus quotiens est debilis, & necessitas est requirens, tunc accidit frequentia in pulsu. Et ex eis est tactus corporis, qui est caliditatis ęqualis, quoniam malitia complexionis est communis toti, & est quieta etiam, nisi post administrationem cibi, quoniam tunc fortificatur, & vehemens fit caliditas. Dixerunt quidam, ꝙ causa in hoc est, quòd infirmus assumit cibum in hora fortis febris, & vehementię ipsius. s. in medio diei, quare inuenit caliditas materiam, & cibum fortificantem ipsam: vnde apparet adęgtra. Sed hęc ratio est falsa duobus modis, quorum vnus est: Nam si tribuimus cibum in horis diuersis aliquando in mane, & aliquando in meridie, & aliquando apud somnum, & aliquando in nocte, tunc videmus caliditatem fortificari, & vehementem fieri. Et si esset res, secundum ꝙ dicunt, non accideret illud: Secũdus est, quia non apparet ex his, quę ipsi dicũt, qualiter cibus fortificet caliditatē. s. p quē modũ. Dixit ille, qui dicitur Alchemalalsana, ꝙ causa illius est, ꝙ cibus administratus in hac febre est cõtrarius ei: cũ ergo aduenit corpori patiēti febrē prædictā, resistit ei tũc caliditas, & abhorret ipsum vel expellit ipsum, & vehemēs fit postea, sicut vehemēs fit caliditas calcis, cũ effunditur aqua sup ipsam: videmus enim, quòd caliditas, quę est in ea, cõmouetur, & inflammatur. Dixit Isac in libro suo de febribus, quòd ista ratio est extranea: quoniam si esset cõmotio vel excitatio caliditatis, secundum quòd dictum est, tunc esset excitatio vel cõmotio ipsius post potum aquę frigidę dignior, & fortior: quoniam contrarietas eius ad ipsum est magis vltima, quã contrarietas cibi administrati in ea: quoniam qualitercũque sit cibus est compositus: Et quod inuenitur in experiētia est ecõtrario. Dixit Aui. in libro quarto canonis, ꝙ caliditas ethici est similis, sed nõ declarat, per quem modum cibus augeat caliditatem, & fortificet eam. Dixit Ebenrosd. in libro, qui dicitur de causis in vniuersali, ꝙ causa in hoc est, quòd mēbris quotiens aduenit malitia complexionis calida, & de natura nutriti fuerit, ut assimilet sibi cibum, tunc de necessitate cum aduenit cibus istis corporibus, acquiritur ei caliditas extranea, siue sit cibus frigidus, siue non, quare tunc fortificatur febris, & magnificantur accidentia ipsius. Et non sequitur hoc vel non accidit hoc non in febribus putridis, quoniam caliditas extranea in eis non figitur in membris agentibus in nutrimentum: Et quod dicunt medici in assignando causam istius accidentis est sermo probabilis, & illud, quoniam ipsi assimilant dispositionem cibi cum dispositione istorum corporum, sicut aqua, quę spargitur super lapidem decoctum, qui est lapis calcis. Dixit almesihay, & hęc ratio est bona valde: & iam diximus in libro nostro nominato Serif modum proximum huic absque quòd vidimus, vel antequam vidimus id, quod dixit iste Aueroys excellentissimus. Et est, quòd caliditas ethici est caliditas, quæ iam est fixa in membris vel habituata in membris, quasi ipsa sit radicalis naturalis, & iam sciuisti, ꝙ cibus quotiēs aduenit corpori, & cõuertitur in sanguinem, fortificatur caliditas naturalis, & ipsa augumentat. Cibus autem in istis corporibus augumentat caliditatem extraneam, & fortificat eam, sicut erat operatio illius in caliditate naturali, quia ipsa est facta ei similis, & habituata, vel fixa: & in hoc est dubitatio: quoniam esset necessarium, vt fieret vehementia caliditatis post conuersionem cibi in sanguinem, & quod inuenitur est e contrario: quoniam necessarium esset, ut vehemens fieret caliditas naturalis in homine sano post conuersionē cibi in sanguinem secundũ differentiam, quę est inter duo corpora, quoniam corpus ethicum est vehementis dispositionis ad caliditatem: econtrario se habet corpus sanum. Neque rationi vel modo Aueroys contradicit id, quod cõtradicit ei, qui dicitur chemelalsana, quod aqua etiam acquirat caliditatem extraneam, sicut cibus, & fortificat febrem, & vehementia facit accidentia, quoniam nos dicemus, quòd cibus acquirit plus caliditatem, & fortiorem, quam acquirat aqua, quoniam proportionalitas cibi ad caliditatem est maior, quam proportionalitas aquę ad ipsam propter id, qđ præcessit: Et quòd contrarietas aquæ ad ipsam est maior, quam contrarietas cibi ad eam. Cum ergo ita sit, sequitur quòd calefactio eius, in quo est caliditas vel calefactio est fortior, quam calefactio eius, quod non est sic, vel quam calefactio eius, quod non habet illam calefactionem vel caliditatem. Amplius dico, quòd inflammatio caliditatis ex cibo est vehementior, q̃ inflammatio caliditatis ex aqua: nam virtus operans in cibo uadit ad ipsum & non ad aquam, & apud peruentionem ad ipsum facit accidere laborem propter debilitatem eius: Et ille labor causat augumentũ vel additionem caliditatis per hoc, ꝙ essentia membrorum est vehementis dispositionis vel preparationis ad ipsam scilicet caliditatē: quare vehemens fit caliditas: & propter hoc cum fecerit operationem excessiuam vel fortem, quę nõ proportionatur virtuti eius, additur caliditas eius, & non causat debilitas nutricationis in alia ab ethica ęgritudinali augumētum caliditatis, quoniam corpora ipsorũ non sunt vehementis præparationis ad ipsam, sicut corpora ethicorum, quare apparet, ꝙ modus Auerois est melior quã modus Almesihay. Et est possibile, vt fiat differentia inter aquam, & cibum, & per hoc respondeatur ei, qđ obiicitur dicto eius, qui dicitur chemelalsana: quare erit ille modus etiam bonus: Et hoc est, ꝙ est apud me in hac materia, vrina vero ethici est pinguis: & cum fixa fuerit ethica, efficiuntur in ea partes squamosę, vel furfureæ, & illud propter resolutionem membrorum dissoluens, ipsa postea efficitur oleagina in modo, ꝙ qñ ipsa effunditur in vase, auditur sicut uox vnctuositatis seu olei. Et qñ apparent ista signa, tunc peruenit febris ethica ad debul, & tũc ambo oculi fiunt concaui seu profundi, & multiplicatur lipitudo in eis, & sunt sicci, & causa illius est malitia nutrimenti aduenientis ad eos, & debilitas ipsorum resoluendo, quod aduenit eis ex hoc, & retentionem eius: quare expellitur ad inferiora. Amplius aer exiccat eos, & exiccat, & atrahit palpebras ad inferiora, sicut fit in hora somnolentię absque voluntate infirmi: Et illud propter debilitatem virtutis motiuę palpebratum: & eminent extremitates nasium: & tempora applanantur: & extenditur cutis frontis: & resoluitur vel destruitur color seu splendor viuidus: Et fit quasi in cute sit puluis: & grauatur infirmus in eleuatione superciliorum, & acuitur nasus propter dominium siccitatis super eum: & prolongantur pili propter multitudinem vaporum fumosorum: postea cadunt propter paucitatem materiæ ipsorum: & apparent pediculi propter consumptionē humiditatis, qua nutriuntur: & resoluitur venter ipsorum & adhēret cum dorso, quasi sit cutis sicca: Et cum tangitur cum digitis tuis, inuenitur

Ipsam. s. caliditatē.

Alchemelalsana est dicer in medicina sic dictus, qui inter petratur complemētum artis medicinæ.

Dixi ebenrosd. i. Auerois.

quasi sit tabula plana. Et cum constringitur cutis cum digitis tuis, & extenditur ad exteriora, extenditur tecũ uel cum digitis tuis, & remanet stans constricta vel eleuata, cum non sit in ea humiditas, quæ leniat eam, & adiuuet eam ad reditum: & propter illud efficitur mors velox in eo, qui dispositus est cum dispositione ista. Et quando vngues arcuantur seu curuantur, tunc iam res peruenit ad speciem ethice, quæ dicitur aliefetet .i. ad ethicam comminuentẽ, uel ad ethicam tabem: & tunc cartilagines incipiũt dissolui: & in huiusmodi hora appropinquat mors. Signa vero pmutatiõis febris effimeræ ad ethicã est remanentia febris post dies tres, & ipsius excrescentia post assumptionem cibi. Signa autẽ permutationis febris putridæ ad ethicam sunt inuentio caliditatis post declinationem paroxismi, et fortitudo febris post administrationem cibi, & corpus incipit arefieri super illud, quod exigit uel causat febris putrida.

Capitulo decimo de febre pestilentiali.

SCias, q aer putrefit, et alteratur, sicut putrefit aqua, & alteratur: verum aeri, cum est secundum suã simplicitatẽ, non accidit aliquid ex illo, immo ista alteratio accidit ei, cũ secum permixti sunt uapores, & fumi, & tunc accidit toti qualitas alia. Amplius hęc fit quãdoque pp causam cælestem: & est ut coniungãtur corpora superiora coniunctione uel figuratione appropiata, quam sciunt astrologi: Et huiusmodi quidem causæ sunt imprimentia cõmunia, & efficiuntur propia, quia aliqua corpora recipiunt ipressiones eorũ, & aliqua non, & confert medico illud: Cum enim cognoscit medicus illud, quod accidit aeri de corruptione in diuersis temporibus, tunc præuenit ante illud, & euacuat corpora ab humoribus fortificãtibus illam impressionem, & facit ipsa acquirere qualitatem contrariam qualitati aeris. Et non est dubium, q aer quotiẽs aduenit corporibus prędictis, nõ imprimit in eis, sicut est impressio eius in eis, quæ sunt illi similia, & quæ declinant ad qualitatem ipsius aeris. Et astrologus cognoscit huiusmodi .s. q motus planetarum uel stellarum causat in aere caliditatem uehementem adurentem, postea antecedit uel præuenit medicus, & mundificat corpora mundificatione vltima, & nutrit corpus cibarijs humidis: cũq aduenit aer prędictus, non inuenit in corporibus qualitatem recipientem ipsam, vnde saluatur a nocumento aeris, & ab impressione eius. Et quandoque causa eius sunt res terrestres, sicut vapores mali eleuati ex foueis uel locis profundis malis, & ex minera nociua, aut oleribus uel plãtis putridis uel nocentibus aeri, aut ex uicinitate corporũ mortuorum, unde defertur fetor istarum putrefactionũ, & attrahitur naribus: quare corrũpitur cõplexio corporis, & putresit, quod continetur de humiditatibus: & accidit in eo caliditas pręter naturalis. Et huiusmodi aer cum occurrit corporibus non mundis, & fuerint materię eius similes illi, ad quod declinat aer pestilentialis, tunc aduenit febris, & uelocitatur impressio eius in eo. Et quotiens inuenit corpora munda, & fuerint materię ipsius cõtrarię ei, ad quod declinat aer, tunc saluantur a nocumento ipsius, & est postea saluatio. Signa vero pestilentię sunt multitudo siderũ cadentiũ, & apparitionũ ignearũ in principio autumni: Et multitudo ranarũ, & muriũ, & reptiliũ generatorum ex pucredine terræ: & effugiunt animalia, quę habitant improfundo terræ ad exteriora eius. Signa autẽ febris pestilentialis sunt caliditas quieta in exterioribus, & fortitudo ipsius, & acuitas eius in interioribus: & est anhelitus cum eã magnus, uelox, frequens: & quãdoque fit strictura anhelitus: Et quandoq est fetidus, & exiccatur lingua, & uehemens fit sitis: Et quandoq est pmixtio rõnis, & tensio eius, qd est infra hypocundria: Et quandoq apparet in corpore bothor, quę sunt uelocis apparitionis, & uelocis occultationis: Et quãdoq magnificatur splen, & uehemens fit tussis, & sup linguã apparet alchola & peior alchola est nigra. Et egestio quidẽ in huiusmodi hora est lenis spumosa propter multitudinem eius, quod resoluitur ab humiditatibus corporis, quę miscẽtur cũ ea: & sudãt sudore fetido. Et quandoq accidit sincopis, & frigus extremorum: & qñque accidit hoc in febre, absque qd infirmus cognoscat ipsum, aut sentiat. Et non alteratur pulsus, neque vrina: Et cũ hoc est mortifera: & hesitant medici in esse ipsius: & causa illius sunt materię venenosę declinantes ad partem cordis.

In eis .s. in corporibus: quę sunt illi similia .s. q habeant qualitatẽ similẽ aeri pestilentiali.

ipsam .s. caliditatem aeris.

Plantę nocentes aeri sunt caules eruca ficus.

Capitulo vndecimo de febribus apostematum.

FEbres apostematum sunt illę, quæ apud medicos denominantur febris accidens: Iam enim sciuisti, q ab apostemate qñq accidit febris putrida: Et huiusmodi febris dicitur febris accidens: verum ipsa diuersificatur secundum diuersitatem locorum apostematis: nã cum apostema accidit in membro nobili, sunt tunc accidentia vehementia: Et cũ est in mẽbro ignobili, tunc sunt accidentia minora illis, vel infra illa. Et cum accidit in carne glandosa, tunc sunt materiæ procedentes ab eo ad cor de genere materierum venenosarum. Et deterius apostema est illud, quod accidit sub assellis: & post illud in malitia sunt apostemata viscerum facta ex materiis colericis: Et ista apostemata sunt sicut apostemata cerebri, & velaminum eius, & alsamach, & gutturis, & membrorum pectoris, & epatis, & splenis, & renum, & vesicæ, & intestinorum, & matricis: & denominatur tunc febris nomine membri, in quo est apostema: quare dicitur febris renalis, & febris epatica, & alia ab his. Et qñque diuersificantur accidentia istorum apostematum in vehementia, & debilitate seu remissione, secundum appropinquationem apostematis ad cor, & elongationem ab eo. Et non euacuantur istę febres a paroxismis: & illud secundũ materias causantes illud: vnicuique enim humori inest periodus, vel paroxismus, qui ei cõuenit: & nos loquemur de ipso. Et febres quidem accidentes, cum prolongantur tẽpore longo, producunt ad ethicam, & proprie cum sunt apostemata ipsarum vicina cordi: Et scias, q febres apostematũ habent signa, quę significat super membrum infirmi: Et signa, quę significat materias causantes apostema: & signa significantia dispositionem infirmi. Species vero signorum primorum sunt, sicut pulsus serrinus, & dolor pungitiuus, qui significant apostema panniculorũ: Et sicut pulsus vndosus, qui significat apostema membri lenis, sicut epatis. Species vero secunda signorum est, excrescentia caliditatis de tertio in tertium significat materiam colericam: & de quarto in quartum significat materiam melancolicam. Tertia vero species signorum est, sicut significationes denuntiantes salutẽ infirmi, aut mortem ipsius. Et nos dicemus ista signa, cum loquemur de pronosticis. Et pulsus quidem in febribus apostematum est, sicut in putrida intelligendo, q constrictio pulsus est uelocior dilatatione ipsius. Amplius post illud pulsus quidem diuersificatur: quãdoque enim est serrinus, cum apostema fuerit in membro panniculoso: & quandoq est vndosus, quando fuerit in membro leui, sicut cerebrum. Vrina uero quandoque est alba, subtilis, clara: & illud pp diuersionem rei tingentis ad partem altam: Et quandoq est turbida: & illud, cum natura expellit materiam ad partes uesicæ: Et quandoque est santosa: et illud, quãdo expellitur

Quod accidit sub assellis, saepe a materia uenenosa.

sicut sanies ad partem vesicę. Et nos loquemur de hoc sermonem clarum in declaratione ipsius

Capitulo duodecimo de febribus compositis vel de compositione febrium.

FEbres quidem quandoq; componuntur diuersis speciebus compositionum: quandoq; enim est compositio ex generibus lõginquis, sicut compositio febris ethicæ cũ febre putrida: & quandoq; est ex his, quę sunt propinquiora illis, sicut compositio febriũ putredinis ad inuicem, sicut febris colerica cum flegmatica, & melancolica: & quandoque est ex his, quæ sunt propinquiora illis, sicut compositio duarum tertianarum, & duarũ quartanarum: Nam duæ tertianæ quotiens componuntur, qñque paroxismant omni die: & propter hoc similatur hęc species compositionis flegmaticę paroxismanti omni die, & tertianæ continuæ. Et est differentia inter eas, & inter flegmaticam secundum duos modos: quorum vnus est ex parte accidentium propriorum vnicuique materię: Secundus est, q in duabus tertianis accidit post quaslibet duodecim horas rigor fortis, & horripilatio: Et in flegmatica non accidit illud, nisi post cõplemẽtum 18. horarum. Differentia vero inter ipsas, & inter continuam colericam est, q cum specie prędicta est rigor, & horripilatio: Et in cõtinua nõ est aliquid de his, nisi apud crisim. Sed tres tertianę quandoque periodicant continue: & signa propria sunt, q paroxismus in die tertio in ipsis est fortis valde. Et duę quidem quartanę paroxismant de quarto in quartum & tres quartanæ paroxismant continue. Dixit Alchemelalsana, q duę quartanę paroxismant de tertio in tertiũ: Dixit Almesihay, q errauit iste, quoniã paroxismus quartanę secundæ aut accidit in die primo quietis paroxismi primi, aut in die secundo quietis ipsius: q si aduenerit in primo, tunc erit cum præcedente quartana contraria diuersificata: Et si aduenerit in die secundo, tũc erit cum ea, quæ sequitur, quartana diuersificata contraria etiam: & apparet, q duę quartanę non paroxismant de tertio in tertium, imo de quarto in quartum contrarie vel diuersificãtur: & in eo est consideratio, quoniam quartanę in finibus eius, uel in temporibus pro stremis ipsius quandoque perueniunt, vt tempus paroxismi vel accessionis ipsarum sit horę quatuor: & sic est possibile, vt firmẽtur duę quartanæ, quę periodicant paroxismo de tertio in tertium, sicut si fuerit principium paroxismi primi, vel accessionis primę verbigratia in mane diei sabati, & quies eius sit post quatuor horas, & sit principium paroxismi secundi vel accessionis secũdę in sero diei lunæ, & quies eius vel tepor eius, sicut diximus: Amplius sit principium paroxismi tertii, qui est secundus a primo in manę diei martis, & sit paroxismus quartus, qui est secundus a secundo in sero diei mercurii, & secundum istum modum procedẽdo. Dixit Gal. secundo de crisis, q duæ quintanæ paroxismant de tertio in tertium, & est verum: & illud, quoniam quintana febris paroxismat in die primo, & quinto, & quiescit corpus tribus diebus, cumque aduenit paroxismus secundus, & inceperit in medio temporis vel quietis, tunc periodicat de tertio in tertium: Et si acciderit secundum aliam formam ab ista, & illud in modo, vt accidat in die primo quietis, & in die tertia ipsius, tũc nõ periodicabit de tertio in tertium, sed de quarto in quartum contrarie vel diuersificate Et deterior cõpositio, & magis occulta est compositio febrium putredinis cum febre ethica, quoniam illic sunt tepores, & rigor, & horripilatio, & continuitas vel perseuerantia caliditatis in dispositione quietis: quare existimatur, q illic sint febres solummodo continua, & interpolata. Et medici imperiti vel ignorantes in huiusmodi forma vel dispositione curant cum solutione ventris, & euacuatione materię a corpore solum. i. contẽtantur curationibus putridarum. Et Auicenna quidem comprehendit in libro quarto canonis compositiones febrium in tribus speciebus, quarum vna est, vt incipiant paroxismi simul, & nominatur ista concomitans. Dixerunt quidam, quod simul separantur siue materię sint intra venas, aut extra ipsas: & in hoc sermone est dubitatio, quoniam non est possibile in omnibus humoribus: & illud, quoniam quotiẽs componitur febris colerica cum melancolica, quomodo est possibile, q simul finiantur vel separentur? quoniam melancolicę paroxismus durat 24. horis, & paroxismus colericę durat 12. horis. Et propter illud cũ fuerint flegmatica, & melancolica simul, aut flegmatica, & colerica, non remanẽt ex eis aliqua, quibus possimus verificare sermonem ipsorum, nisi cum fuerint materię febrium vnius speciei, & fuerint materia vnius earũ intra venas, & materia alia extra venas, & non ambę fuerint intra venas, aut extra venas: cũ enim fuerit sic, & paroxismabunt simul, & tepores eorum erunt simul, tunc erit febris vna, & nõ duæ febres: cum autem fuerit vna illarum extra venas, & altera intra venas, tunc illa, quæ est intra venas vehemens fit, & excrescit apud inceptionem illius, quę est extra venas, aut frangitur, & quiescit apud teporem illius, quæ est extra venas. Et iam sciuisti, q febres simplices sunt septem, scilicet tres interpolate, & quatuor continue. Cunque componuntur, multiplicantur diuisiones, & est vt componatur vna quotidiana cum quotidiana, & cum cõtinua, & cũ interpolata, et secundum istas comparationes. Et nõ est alicui istarum diuisionum compositionis nomẽ propriũ apud medicos, prę ter sataralgab: & propter illud faciemus ei particulare capitulum.

Specie prędicta scilicet duarũ tertianarum.

Et duę quartanę superflue cõmunicantes paroxismãt de quarto in quartum.

Quartana contraria vel diuersificata est quartana contraria quartanæ alterę, q habet duos dies quietis. quartana uero contraria habet solũ diem unũ quietis.

Cũ interpolata s. colerica.

Capitulo tertio decimo de sataralgab seu emitriteo.

HÆc febris nominatur gręcę anthrithaus: & est accidens a flegmate, & colera separatis, quę quandoque sunt intra venas, & quãdoque extra venas: et qñque est colera intra venas, & flegma extra ipsas: & quandoque est econtra. Et hęc est illa, quę proprie nominatur sataralgab seu emitriteus purus: illa uero, quę est alia ab ista diuisione, non nominatur apud medicos peritos emitriteus purus. Amplius in emitriteo puro quandoque sunt duæ materię æqualiter: & quandoque, quod in eo dominatur, est flegma, & quandoque econtrario. & cognitio ęqualis earum est difficilis valde. Verum raro ęquantur. Et scias, q ista febris est ex ęgritudinibus cronicis: quandoque enim extenditur vel prolõgatur vsque ad sex menses, secundum q dixit Auicenna in quarto canone. Et si dicatur, cum emitriteus componatur ex flegmate intra venas, & ex colera extra ipsas, non est dubium, q flegma sit magis dominans, quoniam febris eius ex multitudine ipsius paroxismat omni die, & febris colerica paroxismat vna die sic, & altera die non: & cum ita sit, quare ergo proportionatur ista febris ad coleram, q est occultior, & minor, & quare denominatur sataralgab. i. media tertiana, & non proportionatur ad illud, quod est apparens, & magis dominans, quod est flegma, & non denominatur sataralnaibe idest media quotidiana, seu media flegmatica? Dicemus vel respondemus, q signa coleræ sunt magis manifesta, & magis nota, quam signa flegmatis: & propter illud antiqui proportionauerunt vel assimilauerunt colerã Regi furioso maligno: & flegma regi quieto, non maligno, & proprie cum fuerit extra venas, quoniam cum ipsa facit euenire febrem, signa ipsius

sunt manifestiora, & clariora, q̃ flegmatis, qm̃ ipsum est extra uenas, nedũ cũ fuerit intra eas, quare sunt signa colerę manifestiora, & clariora: & pp illud antiqui proportionauerunt nomen istius febris ad colericam, & non ad flegmaticam. Neque valet, si dicatur, q colera efficit flegma breuioris et velocioris terminationis, uel eradicationis, quoniã ipsa cum calidnate sua, & subtiliatione sua calefacit flegma, & subtiliat ipsum, & remouet uiscositatem ipsius. Et cõtrarium quidem facit flegma in colerica, quare abreuiantur poxismi flegmaticæ, & prolongantur paroxismi colericæ, unde efficitur tempus aggregati illius sicut tempus tercianę non puræ, quod est circa mensem. Et si prolongatur [usque ad annum] quod est raro. Et loquentes medici in hac febre testificant, q ipsa extenditur nouẽ mẽsibus: et quandoque pertransit annũ, qm̃ nos dicemus, q duę materiæ in terciana non pura sunt mixtę non separatę una ab altera, quare operatur natura in ambabus, sicut est operatio ipsius in materia una: & hic in emitriteo sunt separatæ una ab altera, & digestio vnius ambarũ completur cum opposito digestionis alterius, quoniã digestio coleræ fit cum ingrossantibus, & inspissantibus, & digestio flegmatis cum attenuatione, & subtiliatione: & q si declinauerit natura, & conuersa fuerit ad coleram, remanet flegma cum dispositione sua, & ꝓlongabitur tẽpus ipsius, quoniã ipsa indigebit tẽpore alio pro digestione sua: & si declinauerit, & cõuersa fuerit ad flegma, tunc accidet colerę, quod accidit flegmati: q si conuertatur operatio eius ad duas partes. s. ad coleram, & flegma, non fiet tunc operatio in eis completa: & in summa deficiet in illis, & prolongabitur tempus ipsarum pp illud. Et si dicatur satar idem est, quod medietas rei alicuius, & in huiusmodi dispositione paroxismus colerę, & tepor, seu qes eius est, secundum q erat in ea in dispositione, qua colera est separata a flegmate: & cum ita sit, quomodo ergo denominatur hoc nomine? Dicatur, q satar licet interpetretur medietas, tamen absolute dicitur etiam de parte, sicut habetur in libro alchoran, ubi loquitur de mulieribus menstruatis circa ieiunia ipsarum ly satar accipitur pro parte rei, non pro medietate: cum igitur satar absolutę accipiẽt ꝓ parte, & non est dubiũ, q colera cũ est uicina flegmati in dispositione prædicta, tunc est necessarium, ut minorentur de accidentibus eius, & quod remanet de ipsis accidentibus, verificatur quod possit dici para. Et cum ita sit, sequitur, quod denominatio ipsius est denominatio uera. Et huic febri sunt signa, quę significent ipsam. Verum propriora ipsius, & magis apparentia sunt fortitudo unius duorum poxismorũ, & debilitas alterius: & illud, quoniã flegmatica poxismat omni die, qm̃ est continua, & colerica paroxismat uno die sic, & altero non, qm̃ ipsa est interpolata: quare accidit in die vno duo paroxismi, & in die secundo paroxismus vnus. Et post ista signa in fortitudine. s. significationis sunt signa alia significantia ipsam, quoniam significat ipsam consuetudo, & est, ut sit homo, in cuius corpore multiplicat colera, postea ipse efficitur ociosus, & dimittit exercitia consueta, et in summa administrat, quę generant flegma plurimum: & quando multiplicatur flegma in corpore eius, aggregatur cum colera, & putrefit, & generat febrem prædictam: aut est homo, in cuius corpore flegma exuberat, postea vtitur exercitio, & eis, quę generant coleram ex rebus calefaciẽtibus, vnde generatur colera ĩ corpore eius, & putrefit, & a flegmate etiam, quare accidit febris prædicta. Et quandoque significatur ex vrina, & est, ut sit in ea residentia seu sedimem flegmaticũ. Et color significat dominium colerę, & sunt extrema tumida, sicut in cacesia, & vomitus flegmatis superfluus. Et in summa accidentia eius sunt accidentia flegmatis, & colerę composita ex accidẽtibus flegmatis, & ex accidentibus colere: tamen signa ꝓpria et sunt signa prima.

alia litera sic ipsa ꝓlongatur usque ad medietatẽ anni.

Capitulo quartodecimo.

DEclaratio causę continuationis febrium, quarum materiæ sunt intra venas, & paroxismorum febrium, quorum materię sunt extra uenas: & verificatio sermonis poxismorum: & causa diuersitatis ipsorum secundum materiam facientem ipsos in pręsenti perscrutabitur capitulo. Primi uero causa est, quoniam causa continuationis febris sanguineæ est accepta ex duabus rebus: quarum vna est, quòd sanguis non indiget loco determinato putredinis ita, ut effundatur ad ipsam pars post partem, sicut reliqui humores ita, ut accidat inter duas effusiones tepor: imo est fluens uel currẽs in concauitatibus venarum pp multitudinem eius, & exuberantiam quantitatis ipsius: quare caliditas ipsius est cõtinuata ad inuicem: quotiens ergo est præparatus ad putredinem, continuatur putredo in partibus recipientibus omnibus, quousque finiatur: & tunc continuatur de necessitate, quousque finitę fuerint partes putridę. Secunda ipsarum est, q sanguis est comprehensus in uenis, quę sunt uasa solidi corporis: & pp comprehensionem eius in illis difficilis est resolutio eius, & egressio eius in dispositione teporis: quare continuatur febris, & perseuerat: In alijs uero humoribus a sanguine causa continuationis paroxismorum ipsorum est illa, q̃ diximus in modo secundo, uel in re secunda, quę est cõprehensio ipsorũ in vasis solidis: quare non resoluitur, quod putrefit, & facit paroxismum, & in dispositione teporis non resoluitur, vel non est resolutum resolutione completa, immo remanet ex illo usque ad horam, in qua accidit poxismus secundus, & remanet ex secundo, usque quo veniat tertius usque ad tẽpus, quo completur res putredinis, & sic efficitur febris continua, sed sunt et eum hoc excrescentię, uel exacerbationes, sicut paroxismi extrinsecę. Et insunt ei diminutiones, seu remissiones, quasi habeant teporẽ uel sicut interpolatę. Quæ autẽ dependent a paroxismis, scias, q materię facientes paroxismos quandoq; sunt purę, & quandoq; sunt non purę, quarum horę sunt determinatę, & scitur experientia: colera enim cum fuerit extra venas, eius paroxismus est duodecim horis, & dimittit seu quiescit horis triginta sex, & est poxismus vel periodus vnus ex paroxismis eius horis quadraginta octo, quare erit tempus paroxismi eius tertia pars temporis quietis eius, & quarta pars totius aggregati. Et cum fuerit intra venas, exacerbat duodecim horis, postea minoratur: Sed non oportet, ut sit tẽpus diminutionis seu tẽporis ęqualis tẽpori teporis eius, uel qetis eius, cũ fuerit extra venas: Et si nõ, tũc tẽpus diminutiõis eius uel teporis eius esset, sicut tempus diminutionis uel teporis illius. Et tam id, quod experimento currit, significat uel testificatur cõtrarium. Dixit Hypocrates eximius, q terciana pura, quotiens materia ipsius est extra venas, terminatur uel finitur in septem periodis secundũ plurimũ: & quotiens est intra uenas, secundum plurimum terminatur in vna ebdomoda. Nõ purę uero colericæ poxismus prolongatur ita, ut perueniat eius ꝓlõgatio 24. horis, aut 30 horis: Et secundum quantitatem additionis paroxismi supra duodecim horas est elongatio eius a puritate: et eius terminatio seu finis est usque ad medietatem anni. Flegmaticę uero poxismus est decem & octo horis, Et eius dimissio seu quies eius est sex horis: quare est periodus eius 24 horis, & tempus teporis eius uel quietis eius est para tertia temporis paroxismi ipsius, uel accessionis ipsius, & quarta pars temporis totius aggregati. Finis vero seu ter-

minatio

minatio febris flegmaticę non habet horas numeratas seu determinatas: & illud, quoniam flegmatis diuersificatur substantia in grossitie, & subtilitate: & spissitudine, & tenuitate. Tēpus vero paroxismi non purę est breuior, & tempus dimissionis eius vel quietis eius est longior, & tēpus terminationis eius vel eradicationis eius est breuior, nisi sit permixta cum melancolia: sed cum fuerit colera, tunc erit res, secundum quod diximus. Et melancolicę quidem purę paroxismus est .24. horis, & ipsius quies est 48 horis, quare erit periodus vnus ex periodis eius septuaginta duabus horis, & erit tempus accessionis eius, vel paroxismi eius medietas tēporis dimissionis, vel quietis eius, & sicut tertia pars temporis totius aggregati. Terminatio vero ipsius, seu ipsius eradicatio quandoque tardatur, vel post ponitur vsque ad annum completū. Et non pura quidem est breuior illa in accessionibus seu in paroxismis, & quiete, seu tēporibus, & eradicatione vniuersali. Et scias, quod illud, quod diximus de iudiciis febrium purarū nō est, nisi quod est secūdum plurimū: quādoque enim abbreuiatur paroxismus puræ ab eo, quod diximus, & prolongatur: & illud propter causas octo, quarum vna est substantia materiæ facientis febre, cum enim fuerit subtilis cū puritate ipsius, sicut colera pura, tunc causat febrem breuem: si vero materia fuerit grossa, tunc facit febrem longam, sicut melancolia, aut flegma: & cū fuerit temperata, erit febris tēperata: Et secunda est quantitas materię facientis febrem, quoniam quando fuerit multa, prolongatur tempus paroxismi febris accidentis ab ipsa, quoniam natura indiget in inflāmatione ipsius, & resolutiōe eius tēpore longo: Et quā fuerit pauca, abbreuiatur paroxismus febris: Et quādo fuerit sicut temperata, erit sicut tēperata. Et tertia est forma corporis, nam quando fuerit porrosum, rarum, adiuuat in resolutione materiæ, & egressione eius a corpore, vnde abbreuiatur paroxismus febris: & quādo fuerit solidum, adiuuat ad retentionem materiæ, & coarctationē ipsius, vnde prolōgatur paroxismus febris: Et quādo fuerit æqualis, tūc erit ęqualis, Et quarta est virtus infirmi, nam cum est fortis, tunc festinat ad expulsionem putridi, & prohibet, ne aliud putrescat, quare abbreuiatur paroxismus febris: & quā fuerit debilis, non operatur aliquid de illis, quare prolongatur paroxismus febris: Et quādo fuerit temperata, erit temperatus. Quinta vero est hora presens ex tēporibus anni, Nam si fuerit estas, rarificantur vel aperiuntur porrositates, & subtiliatur substantia materiæ, quare ipsa resoluitur, & abbreuiatur paroxismus febris: Et quādo fuerit hyems: operatur contrarium operationis estatis, & prolongatur paroxismus febris: Et quādo fuerit tēperata, erit tēperata: & propter illud eximius Hyppocrates abbreuiat paroxismū quartanę in tempore ęstatis, & prolongat eā in tempore hyemis, Et sexta est ars infirmi, Nam si fuerit ars, quę in opere suo indigeat igne, sicut fabri ferrarij, tūc materia erit pauca propter continuam resolutionem ex impressione continuę caliditatis aperientis porros: & propter illud paroxismus febris abbreuiatur. Et si fuerit ars, quæ indigeat stare in aqua, vel aproximari aquæ, sicut piscatores, & fulones, tunc erit dispositio econtrario illius, & paroxismus febris erit longus: & si fuit dispositio in arte ęqualis, erit febris ęqualis. Septima est etas infirmi, quoniam si fuerit ętatis iuuenilis, erunt paroxismi colericæ purę verbigratia accidentes ei breuioris temporis, quam illi, si acciderint seni, aut consistenti. Et quā est ętas media in illa, erit tempus paroxismi medium inter illa. Et octaua est complexio infirmi, & sermo in ea est, sicut sermo in ętate. Et quā sciueris hoc, dicamus quod cā diuersitatis paroxismorū febriū prædictarum est tribus modis, quorum vnus est facilitas aggregandi vel cumulandi humorē putridum, & difficultas aggregationis eius, & hoc sumitur ex quantitate humoris: secundus est facilitas putrefactionis, & difficultas eius, & hæc sumitur ex qualitate ipsius. s. ex caliditate, & humiditate ipsius. Tertius est facilitas euacuationis eius a corpore, & sumitur hæc ex substātia humoris. s. grossitie, & viscositate ipsius. Et quando sciueris hoc, dicamus, quod flegma per hoc, quod est facilis aggregationis propter multam ipsius quantitatem, est facilis putrefactionis propter humiditatem, & caliditatem extraneam putrefacientem, & est difficilis resolutionis propter viscositatem, & grossitiem eius, & etiam efficitur febris eius paroxismans, sicut diximus. Melancolia vero propter id, quod est difficilis aggregationis propter paucitatem ipsius, est difficilis putrefactionis propter frigiditatem, & siccitatem eius, & est facilis resolutionis propter priuationem viscositatis, quare efficitur paroxismus eius, sicut diximus. Colera vero quoniam est media inter duos humores, si enim comparatur ad flegma, est difficilis aggregationis propter paucitatem eius per comparationem ad ipsum flegma, & difficilioris putrefactionis, quam ipsum propter siccitatē suā, & facilioris resolutionis, q̄ ipsū propter subtilitatē, & caliditatē suā Et si cōparatur ad melācoliā, est facilioris aggregationis, quam ipsa propter multitudinem ipsius coleræ per comparationem ad ipsam melancoliam, & facilioris putrefactionis cum sua caliditate, & est humida per comparationem ad ipsam, & facilioris resolutionis propter subtilitatem ipsius: quare ergo ita se habet, ideo paroxismat secundum quod diximus.

Non pura f. melancolica.

Causæ abbreuiationis, & prolongationis paroxismorū sunt octo.

Capitulo quinto decimo de rigore & horripilatione.

DE Sermone rigoris, & horripilationis, & verificatione sermonis in eis. Rigor quidem est commotio accidens corpori cum motibus non voluntariis: Et species eius sunt tres. s. rigor indicans febrem, sicut ille qui fit ante paroxismos colericæ: Et rigor indicans eradicationem febris, & est ille, qui fit in die crisis in febribus cōtinuis: Nam huiusmodi rigor quotiens accidit in febribus prædictis, indicat eradicationem earum. Dixit Hippoc. in libro quarto afforismorum. A causone habito rigor superueniens soluit ęgritudinem vel aliter Cū homini inest causon, & accidat rigor, soluitur febris: Et rigor cui non succedit febris, & est ille, qui fit a casu virtutis, & dominium frigoris: Dixit Hippoc. in 4. afforismorum, si rigor inciderit febre non deficiente iam debili existente virtute mortale. Et cum sciueris hoc, dico, quod rigor habet causas plurimas. s. quantitas materiæ, & acuitas caliditatis eius & fortitudo sensus membri, in quo vel super quod transit materia, & fortitudo expulsiuę: humor enim causans febrem cum aggregatur, & effunditur ad locum vel mineram putredinis, & occurrit in via eius membris sensitiuis, tunc mordicat ea, & ledit ea, Et tunc effugit caliditas ad interiora timens nocumentum, quare dominatur frigiditas in membris exterioribus, & hoc est aduentus frigoris in febribus colericis. Amplius diuersificant medici in motu rigoris in febre colerica, & flegmatica. s. quis amborum sit fortior: Opinatus est enim Auicēna, quod rigor in flegmatica oportet, vt sit fortior, quā humor faciens rigorem, quanto est maioris viscositatis, tanto rigor est vehementior: et illud, quoniam figitur membro fixione forti, quare nō expellitur a membro, nisi motu forti valde: & nō est dubiū, quod flegma est magis viscosum, quam colera, quare erit motus in eo vehemētior, & fortior: Sed ille, qui dicitur Chemelalsana opinatus est, quod motus colerici est fortior, quam motus flegmatici, & ratio eius est, quoniam humor faciens rigorem quanto est acutior, & fortioris mordicatio-

nis, tanto lesio membri sensibilis est magis vltima, & fortior, vnde fit motus ad expulsionem fortior: Et iam declaratum est hoc, vbi loquemur in motibus nō naturalibus, vbi determinatur de accidentibus: Et verum est illud, qđ opinatus est ille, qui dicitur Chemelalsana, & illud, quoniam colera est acutior, & vehementionis mordicationis: & quando est ita, erit motus membri, super quod transit, fortior, & magis stimulatus, vel intensus in expulsione, seu & magis vltimus in expulsione: Et propter illud efficitur rigor in principio colericæ vehementior, postea ipse debilitatur paulatim paulatim, cum incipit digeri colera, & ingrossatur substantia ipsius, & minoratur acuitas eius: Melancolia vero cum digeritur, & subtiliat substantia eius, fortificatur rigor adueniēs ex ea, & illud quoniam ipsa efficitur calidior, & subtilior, & vehementius lesiua, & mordicatiua, quare erit eius mordicatio in eo, super quod incedit, fortior: Et propter illud efficitur fortitudo rigoris, & caliditatis in febribus melancolicis indicās eradicationem ipsarum. Et possibile quidem est, vt substentetur opinio Auicennæ, quoniam caliditas coleræ non facit accidere rigorem, nisi cū mordicatione, & acuitate sua, verum ipsa propter sui subtilitatem velociter transit, & separatur a membro: flegma vero propter sui frigiditatē causat rigorē in mēbro, et ledit ipsum, et pp sui viscositatem tardatur remanentia ipsius super membrū & est lesio illa vehementior, secundum ꝙ transitus vel incessus aquę frigidę super membrum verbi gratia vehementius facit euenire rigorem, quam incessus aquę calidę super ipsum, secundum quod testificatur experientia. Ex hoc patet, qualiter prędicta opinio substentari potest: Et tu ellige, quòd tibi magis substentandum, & magis conueniens existimas: Et scias quod raro aggregatur fluxus sanguinis narium, & rigor: Et illud, quoniam materia faciens fluxum sanguinis narium est intra venas, & materia faciens rigorem extra venas: & raro est illa intra venas, & extra venas, nisi perueniat materia ex sui multitudine, vt sit comunis vel exuberans ad duas partes. Horripilatio vero est dispositio, in qua inuenit homo diuersitatē in frigore, & punctione in cute, et lacertis: Et illud, quoniam caliditas fugit ad interiora apud effusionē vel in hora effusionis materiæ ad locum seu mineram putredinis, & incessione ipsius super membra sensibilia: & hoc in materijs acutis. In frigidis vero, quoniā cum ipsa effunditur ad locum putredinis, & incedit super lacertos, nocet eis frigiditate sua, quoniam ipsa per comparationem ad ipsos est frigida, cūq; accidit putredo, minoratur nocumentum ipsius, deinde incipit calefieri: Et propter illud efficitur fortis caliditas, & minoratur frigiditas. Et horripilatio quidem in febribus, quarum materię sunt frigidę, cū est leuior, pronosticat eradicationem ipsarum. Fractio autem est species horripilationis, immo est quasi antecedēs ad ipsam. Iam ergo diximus de febribus, quod conuenit huic libro, quare redeamus ad textum, & declarationem ipsius.

Summa prima fen secundæ de pulsu. Sermone vniuersali de pulsu capitulo primo.

Consideratio sexta de pulsibus assumpta ex libro Siraxi arabico, & in latinum conuersa per Andream Bellunensem physicum.

IN hac quidem consideratione commemorantur opiniones sapiētum de qualitate motus pulsus, & de motore ipsius quis sit: & manifestantur demostrationes, & argumenta probabilia ipsorum: & reprobantur, quæ ex ipsis sunt falsæ: & elligitur veritas in istis. De motu autem cordis non est diuersitas, neq; dubietas, ꝙ ipse sit cōpositus ex dilatatione, & constrictione: sed in virtute mouente ipsum iam conuenerunt medici, ꝙ ipsa sit virtus alhaiuanie, idest virtus a propriata animali seu virtus vitalis, preter virum nominatum Alcurasi, ipse enim opinatus est, ꝙ motus cordis fiat per virtutem voluntariam. De Arterijs vero non est dubium, ꝙ qñ nos tāgimus pulsum, inuenimus arterias qñq; eleuari ita, vt percutiant pupulas digitorum, et qñq; deprimi, quousq; ipsis occultētur. Motus igitur arteriarum aut est compositus ex elleuatione, & depressione ipsarum tantum. s. absq; dilatatione, aut constrictione, aut cum dilatatione & constrictione: Et primam quidem partem volunt plurimi insequentes experimētatorem: Secundam vero partem volunt plurimi rationales. Et quoniam motus per considerationem principiorum suorum, a quo procedunt, sunt quatuor videlicet motus accidentalis, motus violentus, motus naturalis, & motus voluntarius, & illud quoniam quilibet motus non euacuatur, quin aut sit sequens motum corporis alterius, aut non sic: Et primus est motus per accidens, sicut motus sedentis in naui, quę mouetur: Secundus vero est motus per se. Et omnis motus sine dubio habet motorem: quare motor in motu suo est inuentus vel existēs in alio a corpore moto, & huiusmodi motus est motus violentus, sicut motus lapidis protectus sursum: Aut motor prędictus est existens in ipso corpore moto, Et talis motor non euacuatur, quin habeat virtutem, vt in aliqua hora cognoscat, et motus factus a tali motore est motus voluntarius, sicut motus animalis in dextrum, & sinistrum, Aut motus prędictus non est sic, & ipse est motus, qui fit per naturam, sicut motus lapidis descendentis deorsum: Quare motus arteriarum aut est sequēs motum cordis, aut non est sequens: & hoc membrum diuisionis secundum voluerunt plurimi posteriores, ex quibus fuit Gal. & eius sequaces. Et secundum hanc opinionem motus arteriarum fit propter virtutem in eis existentem, cum iste motus apud ipsos non sit violentus. Virtus autem illa aut est virtus alhaiuanie, idest virtus appropriata animali seu virtus vitalis, & hanc sententiam volunt, qui insequuntur hanc opinionem, & diuersificantur in duabus sectis. Ex eis enim sunt, qui dixerunt, quod mouens cor, & arterias cum hoc, ꝙ ipsum mouens sit virtus alhaiuaine, est virtus vna specie, & indiuiduo, seu numero: Et quidam ex eis dixerunt, quod virtus alhaiuanie mouens cor est diuersa numero a virtute alhaiuanie mouente arterias, & hoc quidem est magis proximum veritati, & est illud, quod voluit Gal. Et secundum opinionē duarum sectarum arterię dilatantur, & constriguntur cū dilatatione cordis & constrictione ipsius non per dilatationem cordis & constrictionem ipsius, aliter enim motus arteriarum sequeretur motū cordis. Et nos quidē pręsupponimus virtutem per se in vnoquoque prędictorum corporum motorum, & non fieri motus ipsorum ꝑ viam sequellę ita, ꝙ vnus motus fiat per motum alterius. Aut illa virtus mouens est virtus naturalis, quæ est in arterijs, & hec est sententia quorūdam ex posterioribus, cū apud eos faciens hunc motum sit ipsa natura arteriarum, secundum ꝙ posterius declarabimus. Aut illa virtus est virtus attrahens cibum spiritus, & expellens superfluitatem ipsius, & talis opinio est paucorum, qui opinantur, quod in corde, & in arterijs non sit, quod moueat ipsa motu dilatationis, & cōstrictionis, immo spiritus ipse operatur operationem prædictam. Posito autē prima supradicta, quę est, ꝙ motus arteriarum fiat per viam cōsequutionis motus cordis, non euacuatur, quin aut ipsa fiat secundum

Alcurasi fuit expositor Auicennæ, & alio nomine Ebenasis appellatus fuit.

semitam

semitam almed & algizer, idest secundum viam fluxus & refluxus ita, vt dilatatio arteriarum fiat per constrictionem cordis, & constrictio ipsarum fiat per dilatationem ipsius, quoniam quando dilatatur cor per motum, qui est in eo, perueniunt spiritus ad ipsum ex arterijs, & tunc constringuntur arteriæ, & quando constringitur cor, dilatatur seu effunditur, quod est in eo de spiritibus ad arterias, & sequitur dilatatio arteriarum. Aut est secundum semitam consequutionis, & inseperabilitatis, sicut ex motu arboris sequitur motus ramorum, & eorum, quæ continuantur cum eo ita, vt sit dilatatio arteriarum per dilatationem cordis, & constrictio ipsarum per constrictionem eius. Et secundum membrum huius diuisionis pauci ex antiquis asseruerunt, & quidam ex posterioribus hoc idem voluerunt. Sed primum membrum diuisionis prædictę plurimi ex antiquis approbauerunt, & illud idem affirmauit Alcurasi, & dixit ipsum esse verum. Iste igitur sunt sex opiniones de pulsu, Quarum vna est, quòd ipse fiat secundum semitam cordę idest secundum viam ascensionis, & descensionis absque dilatatione & constrictione. Secunda opinio est, quòd ipse pulsus fiat per motum virtutis alhatuanie siue sit vna numero in corde & in arterijs, aut diuersa in ambobus, & hoc voluit Gallenus, & Almesihai dixit hoc esse verum: Tertia opinio est, quòd pulsus fiat per motum virtutis naturalis: Quarta opinio est, quòd fiat per motum attractionis spiritus, & expulsionis eius: Quinta opinio est, quòd ipse fiat per viam motus rei alicuius, per cuius motum mouentur illa, quæ ramificantur ab eo: Sexta autem opinio est, quòd ipse pulsus fiat secundum semitam almed & algizar, idest secundum semitam fluxus, & refluxus, & hanc quidem opinionem sequutus est Alcurasi tenendo cum hoc, quòd motus cordis sit voluntarius, & quòd dilatatio sit naturalis, & constrictio violenta: Primo autem adducemus demonstrationes ipsarum, deinde secundo reprobabimus eas, Postea tertio elligemus veritatem. Dico ergo, quòd dicentes motum arteriarum esse compositum ex eleuatione & depræsione tantum, demonstrant illud hac ratione: si enim arteriæ dilatarentur & constrigerentur, tunc sentiretur augumentum quantitatis in latitudine in hora dilatationis & constrictionis eius, & non est sic, & per experientiam hoc significatur. Sed hęc ratio sua est debilis, & falsitas eius demonstratur septem modis, quorum vnus est, quem dixit Archigenes ex manifesta dilatatione arteriarum & constrictione ipsarum fide occulata in corporibus macris, & extenuatis, sicut sunt corpora pthisica: Secundus vero modus est, si nos discooperiamus, & remoueamus quòd super ipsas est de cute & carne, videbimus oculis ipsas moueri motu dilatationis & constrictionis: Tertius modus est, quod motus venæ in sursum est plus, quam motus in latitudine, quoniam illud, quod currit in arterijs, est sanguis subtilis propter dominium caliditatis naturalis in eo, & ipse quidem per naturam suam declinat ad superiora, & similiter spiritus propter dominium leuitatis, & materia sua per naturam suam declinat ad inferiora, quare non inest alicui eorum, vt moueatur in latitudine, & cum ita sit, non inest motus quantitas in hac parte scilicet in latitudine: & tunc dicamus, quod non licet, vt sit priuatio nostri sensus in augumento latitudinis, & diminutio eius propter paucitatem ipsius cum proportione ad augumentum, & diminutionem in sursum, aut quoniam licet sit multa, verum nos propter priuationem compręhensionis nostræ in cõpręhendẽdo quantitatem latitudinis arteriarum in hora constrictionis non compręhendimus additionem in eo hora ditatationis, & propter illud ipsi imaginati sunt, ꝙ vena non mouetur in latitudine, immo eleuatur & deprimitur. Quartus modus est, quod si ita esset, sicut dictum est, tunc non reperiretur pulsus in latitudine, & quod inuenitur, est huic contrarium: Quintus modus est, quia si ita esset, vt dictum est, non videremus pulsum quandoque magnum, & quandoque paruum: Sextus modus ex supradictis, quoniam si ita esset, non inuenirentur ex genere accepto ex quantitate dilatationis viginti septem diuisiones: Septimus modus est, quia si ita esset, tunc inueniretur vena ęqualis magnitudinis continue cadens sub pupilis digitorum quatuor, consequens autem est falsum, quare antecedens similiter est falsum. Isti ergo modi denotant, ꝙ motus arteriarum est cõpositus ex dilatatione & cõstrictione, & non ex ascensu & descẽsu tantũ: & iam Facardin venerabilis sacerdos assumpsit, & affirmauit, ꝙ Gallenus dixit quid conforme Archigeni in suis demostrationibus: Et adduxit duas alias demonstrationes, quarum vna est, quia si esset ita, ut dictũ est, tunc quilibet pulsus esset cordosus, quia cordosus est ille, qui est extensus duobus lateribus, sicut corda, deinde non firmatur in loco suo, immo eleuat ad superius, deinde declinat ad inferiora: consequens est falsum, quare antecedens similiter est falsum. Secunda ratio est, quia si esset ita, tunc non diuersificarentur partes pulsus in elleuatione sursum, & in hoc est consideratio. In prima quidẽ ratione, quia ipsa est proxima rationibus, quibus probatur id, quod prius intendebatur, quoniam qui credit veritatem huius opinionis dicet, ꝙ quilibet pulsus est cordosus, quare affirmans falsitatem illius in reprobatione consequentis est affirmans id, quod quęritur per hanc rõnẽ: & si demostratur illud per sensum in pthisicis, tunc est illudmet, quod dixit Archigenes, & non est demostratio alia, sed est procedens ex dictis eius, vel est id, quod intenditur: Et est possibile, vt sit illa ex Galleno secundũ hunc modum, quia dixit, si esset vera hęc opinio, tunc motus in omni pulsu esset secundum hunc modum: & nõ est ita, quia apparet cõtrariũ eius, & est dilatatio & constrictio in pthisicis, & secundum hoc est illud, quod dicitur demostratio Archigenis, & non est demonstratio diuersa ab ea, sicut putauit Facardin supradictus. In secunda vero, quoniam aliquid lene humidum non oportet vt partes eius consequantur vel similentur in motu, & secundum hoc est possibile, ut moueatur vena a Loco suo, & sint quædam partes eius elleuatę plus, quam quędã aliæ. Demostrationes vero eorum, qui dicũt, & tenent, ꝙ motus arteriarum sit compositus ex dilatatione, & constrictione, & ꝙ mouens ipsas sit virtus alhatuanie, sunt istæ. Nam omne membrũ non mouetur, nisi per virtutem, quę est in eo, & species motuum, qui sunt in corpore, sunt tres, videlicet motus voluntarius, & naturalis, & alhatuanie: nõ est aũt huiusmodi motus arteriarũ uoluntarius, aliter.n.esset cũ cognitione, & esset possibile nobis tardare, & velocitare ipsum secũdũ volũtatẽ nostrã: & nõ est ẽt motus naturalis, qm̃ natura nõ mouet duobus motibus cõtrarijs, quare remanet, ut sit motus alhatuanie.i.motus factus a virtute, q̃ est in corde, & q̃ est propria animali, seu q̃ est virtus vitalis. Cõtradicẽtes vero sicut Alcurasi, & dicẽtes, ꝙ motus p̃dictus sit a uirtute uolũtaria arguũt cõtra demostrationes p̃dictas, & dicunt

Alcurasi .i. ebensis de quo supra.

Opiniones sex de pulsu.

Materia sua.i. sanguis.

in eis esse falsitatem: & arguunt quandoq; modis, quorũ vnus est, quod oon oportet, vt sit motus cuiuslibet membri propter virtutem in eo existentem: Secundus modus est, quod non oportet, quod motus eius, qui est voluntarius, sit cum cognitione ipsius, quoniam motus palpebrarũ, ut est manifestũ, est voluntarius, qm̃ ipse perficitur p lacertum, & motus lacerti est voluntarius, quoniam ipse est compositus ex neruo, qui procedit ex cerebro, & tamen nos non cognosimus per ipsam pupilam. Tertius modus est, q non oportet, vt in eo, in quo est iste motus non voluntarius, neque naturalis, quod ipse sit motus alhaiuanie, immo ẽ possibile, vt talis motus sit violẽtus, & q sit quidam motus ipsarum arteriarum oaturalis, & quidam violentus: Quartus autem modus est, negando, quod sit uirtus alhaiuanie, Quintus modus est, quòd nos iam manifestauimus in his, quę preterita sunt, quòd uirtus vna, quando fuit dilatans & constringens, non est possibile, vt sit nisi voluntaria, & in his modis est consideratio. Nam contra primum modum arguendi instatur, quoniam quòd motus cuiuslibet membri fiat per virtutem, quæ est in eo, in hoc conuenerunt medici, oeque aliquis alius ab eo opinatus est possibile esse motum cuiuslibet membri fieri violenter cotinue preter ipsum Alcurasi, vbi dixit, esse possibile, quod cor per virtutem voluntariã violenter moueat arterias secundum coarctationem, quæ est diuersa in natura ipsi dilationi. Contra secundum modum arguitur, quoniam si illud, quod mouetur motu voluntario, oportet vt in aliqua hora habeamus cognitionẽ de illo motu, & quod non est sic, impossibile est, q motus eius sit voluntarius, Et cum dicitur, quòd motus palpebrarum est voluntarius, & nos noo cognoscimus motum ipsarum negatur, quoniam voluntas est aliud a cognitione ipsius [& aliud a cognitione voluntatis & cognitione ipsarum,] & quomodo oon ẽ cum nobis sit possibile mouere ipsas palpebras, & oon mouere eas, & prolongare unumquẽq; motum ipsarum, & eum abbreuiare, & cum ita sit, quare non dicimus, quòd motus palpebrarum sit compositus ex naturali, & voluntario, sicut motus anhelitus, sicut declarabimus. Quod autem nunc dicimus est, quòd motuum voluntariorum duę sunt species, quorum vnus est necessarius in modo, q ab eo non est excusatio in tempore vigiliarum, neque in tempore somni, & ex eis est, a quo potest esse excusatio in aliquo tempore. Motus vero ille ex motibus pędictis de specie prima est permixtus cum motibus naturalibus timendo, ne ipse destruatur seu dimittatur in hora vehemẽtis cognitionis uel obliuionis, & in hora somni: sed cũ motu de specie secunda non est permixtum aliquid ex illis, quia homo excusatur ab eo, sicut motus standi, & sedendi, quare concludatur, quod ex hoc, q motus palpebrarum ita se habeat, oportet, ut contra dicens imaginetur vel opinetur, q motus pędictus sit vacuus a voluntate, & cognitione. Contra tertium modum, cũ dicitur, immo est possibile, ve sit violentus, negatur illud, quia violentus non est nisi, qui est contrarius naturę, & cum non sit a natura motus pędictus, quia ipse est non naturalis, qualiter ergo verificatur, quod sit violentus? Contra quartum modum instatur, quia medici conuenerunt, q detur virtus alhaiuanie, & ipsi quidem medici oon speculantur nisi in confirmando & probando esse ipsius virtutis alhaiuanie, & non nocet eis, q apud philosopos virtus pędicta non ponatur, secundum quod dictum est supra. Cõtra quintum modum instatur, quoniam nos loquimur secundum quod dictum est in pęmissis. Demostrationes vero dicentium, quod mouens arterias sit ipsa natura arteriarum, quoniam iste motus non est voluntarius, neq; est a virtute alhaiuanie ipsa, de qua supradictum est, neq; violentus, quoniam nos conuertimus sermonem ad illud [violentum, & neque est motus] per accidens propter id, quod manifestauimus, quare remanet, vt sit motus per oaturam. Quod si dicatur, quod a natura non procedunt duo motus contrarij, repondebimus, quod hoc non est prohibitum, nisi quando agens illud operatur propter intentionem vnam, & in hora vna seu in dispositione vna, sed nõ ẽ sic motus pulsus, quoniam natura arteriarum virtutem habet dilatandi eas, cum accidit spiritibus, qui ab eis continentur, calefactio, & constrigendi ipsas, quando a ducitur aliquid de substantia spiritus, & calefit aer adueniens, & hoc fit sicut in aqua, quoniam cum ipsa fuerit sub terra, scaturit ex ea aliquid ascendens, & si fuerit in loco altiori, quam sit alueus ipsius, mouetur ad ipsum descendendo, & quolibet istorum duorum motuum est per naturam. Et secundum alium modum dicatur vel arguitur, quod si virtus alhaiuanie est mouens cor, & arterias, & omne mouens habet finem, & finis est ille, ad quem quum peruenit aliquid, quiescit operatio eius: Motus vero dilatationis arteriarum intentio, & finis non est est, vt ipsę perueniat ad id, quod circundat, immo finis motus ipsarum est attrahere aerem frigidum rectificantem cumplexionem spiritus, & cordis, quoniam si circundans arterias esset finis, qui ab eis quęritur, & desideratur, tunc virtus alhaiuanie non rediret fugiens ab ipso circuodante pędicto, quoniam id, quod desideratur per naturam ab aliquo, impossibile est, quod illud fugiatur ab ipso per naturam. Et similiter intentio motus constrictionis est expellere superfluitates corrumpentes complexionem spiritus, & non illud profundum, seu non est ille terminus met, ad quem deprimuntur arteriæ in coarctatione sua, aliter impossibile esset, quod fieret motus ab eo propter ipsammet causam, quam diximus in dilatatione, & cum sit necessitas duarum rerum ex eis, quę se inuice succedunt in instanti post instans possibile est, quod procedant a virtute vna impressiones contrarię, sicut natura terrestris, quę tribuit quietem in loco naturali ipsi terrę, & tribuit motum extra locum naturalem. Dixit auctor, qui composuit artem perfectam in medicina, quod musculi, qui sunt inter costas virtutem habent dilatandi pectus, & constrigendi ipsum, quumq; dilatatur, tunc per illud dilatatur pulmo, & sequitur ex hoc ingressio aeris in pulmonem: & apud illud cor attrahit aerem ex pulmone, postea venæ pulsatiles attrahunt aerem ex corde. Quando autem constringuntur musculi, qui suot inter costas constrictione pectoris, tunc constringuntur cor, & venę pulsatiles per illam virtutem in ambobus existentem, quę illud operatur, quare egreditur aer calidus ad pulmonem, Et scias, quod venarum pulsatilium, quæ sunt proximę cordi in hora dilatationis attrahunt aerem, & sanguinem subtilem a corde, & quę ex eis sunt longinquę a corde, attrahunt aerem ab extra scilicet ex porrositatibus corporis: quę vero sunt medię attrahunt ex meatibus inter ambo existentibus. Quod si dicatur, quare non dicitur, quod huiusmodi arterię deportantes vel accipientes aerem ex parte cordis, sunt ipsæ, quæ operantur illud. s. motum pędictum dilatationis & constrictionis? dicemus, q hoc est falsum pluribus modis, quorum vnus est, si. n. aer adueniens ad arterias omnes esset mouens ipsas motu pędicto ex corde, sequitur, q quantitas aeris aduenientis esset in vltimo multus, & ille disponeret ad corruptionẽ cõplexionis spiritus & substan-

Alia lit. & aliud ab apprehensione uoluntatis et aliud a cognitiõe apprehẽsionis eius.

Alia littera actus uoluntatis, et aliud a recordatiõe uoluntatis & aliud a cognitiõe recordationis ipsius actus uolũtatis.

Alia littera inolentans, & tunc erit sermo de ipso, sicut de hoc modo neq; est.

& substantiam ipsius, & extingueret caliditatem eius: Secūdus modus est, ꝙ nos videmus vnum ex nostris, qñ multiplicantur coopertur ę in hora somni, aut vigiliarum, tunc angustiatur in modo, ꝙ sudat, & quando minorantur coopertura, remouetur ab eo illud, & nō est huic alia causa, nisi prohibitio penetrationis aeris frigidi ex porrositatibus corporis: Tertius autem modus est, qa existentes sub aqua angustiantur, & de hoc nos de proximo addemus declaratonē. Et scias, ꝙ istę demonstrationes sunt debiles valde, qa possibile est, ꝙ sint duo motus violenti, aut vnus ipsorum per naturam, & ipse est motus dilatationis, & alter violentus: & violentans quidē est motus cordis, & ipse est voluntarius, secundum ꝙ opinatus est Alcurasi. Et ex eis quę significāt corruptionem istius opinionis est, ꝙ motus, qui est per naturam, cum non est propter reditum ad quantitatem naturalem, Aqua enim mouetur ad partem vnam, & motus dilatationis & constrictionis est ad omnes partes. Demonstrationes vero dicentium, ꝙ iste motus sit ex attractione spiritus, & expulsione ipsius ita, ꝙ spiritus ipse ex natura sua nutritur, & in quolibet, quod nutritur, est virtus attrahens cibum ad se ipsum, & virtus expulsiua expellens superfluitates ab eo, & dixerunt, ꝙ cibus, quo nutritur spiritus, est aer per aspirationem attractus, Aliter attractio ipsius esset inutilis: cumq; spiritus attrahit per virtutem, quæ est in eo, attrahentem cibum, qui est aer, dilatantur vasa spiritus. Cum vero expellit superfluitates ab eo per virtutem expulsiuam, tunc constringuntur vasa spiritus: Sed iste sermo est corruptus duabus rationibus, Quarum vna est, ꝙ spiritus est substantia cōposita, secundum ꝙ sciuisti, & iam sciuisti etiam, ꝙ cibus oportet, vt sit simile nutrito: Aer autem est substantia simplex, quare ipse non est cibus conueniens composito, sicut est spiritus. Quod si dicatur, ꝙ spiritus apud hanc opinionem prædictā generatur ex aere aspirato, & cum ita sit, tunc non sequitur impossibile prædictum, dicemus nos iam reprobasse hanc sententiam in hoc libro, vbi locuti fuimus de spiritibus. Secunda ratio est, ꝙ tu iam sciuisti multotiens ex libro nostro hoc, ꝙ spiritus est deferens virtutes, & vbi est deferens forte, tunc est illud, quod defertur, forte: & exuberantia virtutis deferentis non est nisi per assiduationem restaurationis cibi, cum quo nutritur, quare si esset nutricatio spiritus per aerem aspiratum, sequitur, ꝙ quando accidereut euacuationes superfluę, tunc non debilitarentur virtutes corporeę, quia remanet aspiratio aeris cum dispositione sua, hoc autem est falsum, & impossibile, quare &c. Probationes autem, & demostrationes, ꝙ iste motus prædictus fiat per accidens idest per viam motus cordis, a quo ramificantur arterię intelligendo ꝙ cor quando dilatatur, tunc dilatantur cū eo arterię propter continuationem ipsarum cum eo, & quando constringitur, constringuntur etiam arterię propter illam rationem, quoniam istę motus impossibile est, ꝙ sit per naturam propter illud, ꝙ dictum est, neque est voluntarius, neq; violentus propter illud, ꝙ dictum est in ratione affirmantis, ꝙ motus ille sit per naturam, Quare remanet, ꝙ talis motus sit per accidens: sed falsitas istarum rationum est nota ex his, quę præmissa sunt: Non enim sequitur iste motus nō est per naturam, neque per voluntatem, neque per violentiam, ergo est per accidens, possibile enim est, ꝙ sit per naturam, & per violentiam. Falsitas autem istius sententię, & opinionis est, quoniam omne corpus, quod mouetur per motum corporis alterius propter continuationem inter ambo, necessarium est, ꝙ motus eius, qui est proximus corporis moto ꝑ se, sit maior, & manifestior, immo sequitur ex illa opinione, ꝙ arteriarum partes remotę nō mouerentur omnino, quoniam ipsę sunt lenes, & rei leuis cum mouetur vna extremitas, non sequitur, ꝙ moueatur extremitas alia ipsius, præcipue in motu, sicut est motus dilatationis, & constrictionis, in qbus non est motus valde magnus, & iam contradictum est tenentibus hanc opinionem ex diuersitate pulsus paralitici, quoniam pulsus vnius partis eius est diuersus a pulsu partis, vel lateris alterius, cum pulsus partis lesę sit tardus rarus, & pulsus partis sanę sit velox, & frequens, si enim motor partis dextrę esset ipsemet motor partis sinistrę, & esset cor secundum hanc opinionem, quia per motum ipsius mouentur ambę partes seu ambo latera prędicta per accidens, tunc sequitur, ꝙ motus arteriarum vniuscuiusque amborum laterum esset sicut motus cordis, & tunc motus ambarum esset simile, & propterea ꝙ sunt diuersa significat falsitatem illius opinionis. Et si dicatur, quòd quādoque seu fortase ꝙ vna pars seu vnum latus est lenius, & alterum est durius, & tunc latus siccius habent maiorem motū ex motu cordis, quā latus lenius, & diuersificātur duo motus ꝓꝑ hoc, & nō ꝓꝑ cām supradictā. Dicemus præsuponendo, ꝙ sit ęqualitas in duricie, & lenitate, & diuersificentur in caliditate, & frigiditate, tunc ambo latera cum hoc diuersificabuntur in velocitate motus arteriarū, & tarditate ipsius, & si essent duo motus per accidens sequentes motum cordis, impossibile esset illud, quoniam ambo latera sunt ęqualia in duricie & lenitate, quare sunt ęqualia in receptione motus, & ambo etiam sunt æqualia respectu mouentis, qui est motus cordis, quare sunt ęqualia in motu, quoniam cum æqualitate agentis & recipientis impossibile est, ꝙ sit diuersitas impressionis, sed hæc contradictio est debilis, quoniam tolerat, vt dicatur, quod causa diuersitatis pulsus paralitici est diuersitas instrumenti, quoniam latus est lesum ex hoc, ꝙ dominatur super ipsum flegma inducens frigiditatem, & humiditatem, & propter illud motus arteriarum existentium in illo latere est tardus, rarus: in latere vero sano propter exuberantiā caliditatis pulsus eius est velox, & frequens, & cum verum sit hoc, apparet reprobatio contradictionis supradictę: Et Almesihai voluit illud, quod Galenus asseruit, & est, quod mouens cor, & arterias est virtus alhaiuanie vna specie, tamen diuersificatur numero in motibus amborum, & dixit, quod hoc est verum. Et quando dicimus hoc, non sequitur ex dictis nostris, quæ diximus de pulsu paralitici de diuersitate &c. quoniam nos dicimus, quòd mouens arterias existentes in latere leso, quia leditur per vicinitatem rei nocentis, accidit ei motus prędictus: Latus vero aliud quia vacuum a nociuo liberum a nocumento, accidit ei motus prædictus. Dicentes autem, quòd motus arteriarum est consequens motum cordis, verum quòd talis motus est secundum semitam almed, & algizar idest secundum semitam fluxus & refluxus, acceperunt ab antiquis, quòd cor qnando constringitur, expelluntur vapores calidi ab eo versus arterias, deinde ipsæ arteriæ dilatantur in illa hora, & penetrat in eis illud, quod est expulsum ad totum corpus: & quando cor constringitur, peruenit ad ipsum, quod est in arteriis, & tunc arteriæ constringuntur, sed accidit super hoc contradictio supradicta, & responsio per ea, quæ diximus: Si enim constrictio arteriarum fieret apud dilatationem cordis, tunc expellerentur vapores ipsarum ad partem cordis, & tunc calefieret complexio eius, & lederetur, & distrueretur iuuamentum dilatationis, & fieret motus eius frustra: qđ est impossibile: Quod si dicat̄, quare nō dicitur, ꝙ natura regitiua corporis sollicita de corde expellit ab eo vapores expulsione, qua expellit ex arteriis apud coustrictionem ipsarum ad cor: Dicemus præsup-

ponendo sermonem prædictum, q natura in aliqua hora est occupata in re aliqua, aut maturando materiam, aut digerendo cibum, aut resistendo rei accidenti, quę vehementer ledit corpus, & tunc in simili dispositione sollicita est natura de rebus prędictis, & dimittit latus cordis, aut totaliter, aut non totaliter, & secundum quam libet duarum pręsuppositionum leditur cor per id, quod expellitur ad ipsum de vaporibus arteriarum. Et secundum hoc non est dicendum, quod constrictio arteriarum fiat apud dilatationem cordis, & est illud quod intenditur, & in hoc est consideratio. ¶ Alcurasi autem dilatauit sermonem in hoc loco, & dixit, quod non audiuimus ab aliquo sapiente, qui ponat motum pulsus voluntarium, sed hoc non est possibile propter duas rationes, quarum vna est ista, si enim talis motus esset voluntarius, tunc in debilitate eius, & fortitudine ipsius sequeretur dispositionem cerebri, & non dispositionem cordis: Secunda ratio est, si talis motus esset voluntarius, tunc fortitudo & debilitas ipsius esset secundum dispositionem virtutis mouentis cum voluntate, cum non sit ex parte instrumenti prohibens, & non est ita, quoniam multotiens est complexio arteriarum, & compositio ipsarum sana, & virtus mouens cum voluntate est fortis, & cum hoc est casus pulsus, & multotiens est res contraria. Neq est dicēdū vel arguendū, q hoc idem secūdū eos sequitur in motu stomaci, vt attrahat cibum, & retineat ipsum, & expellat eum, & in motu matricis in attrahendo sperma, & in retinendo ipsum, & expellendo fetum, quoniam isti motus per vos sunt ex motibus voluntarijs cum hoc, quod non sequuntur dispositionem virtutis mouentis cū voluntate in fortitudine, & debilitate, quoniam nos dicimus, quod virtus stomaci & matricis cū fuerit debilis cum fortitudine virtutis mouentis, tunc illud est propter debilitatem in instrumentis ipsorum, quæ sunt corpus stomaci, & corpus matricis, sed non sic se habet virtus mouens arterias, quoniam pulsus quandoq cadit in quibusdam egritudinibus, & est virtus mouens fortis perfecta cum hoc, quod corpus arteriarum non habet lesionem, dixit, & cum affirmatum fuerit, q motus arteriarum dilatationis & constrictionis non est quisquam amborum voluntarius, neq per accidens, neq naturalis propter id, quod diximus, quare remanet quod sit violentus, aut vnus ipsorum naturalis, & alter violentus. Et si dicat aliquis, quod non sequitur, si motus pulsus non est secundum ordinem vnum, quod ipse non sit naturalis absolute, quia possibile est, quod sit naturalis per respectū, q ipse non est cum cognitione. Qualiter autem sit illud, Nam si ambo essent per violentiam, quia violentans operatur vnumquemq duorum motuum, si aūt fuerit vnus ipsorum per naturam, & alter violentus, tunc manifestū est, quod motus, qui est per naturā, est motus ad quātitatem naturalē ipsis arterijs, motus vero violentus est ille, qui extrahit a quātitate ad quātitatē extraneā. Et necessariū ē, vt sit illud violentū propter aliquid adueniēs arterijs qñq, & separationem vice altera: si enim esset in eis continue existens, aut separatum ab eis continue, tūc arterię remanerēt secundum dispositionem vnam, & nō esset imaginādum aduentus duorū motuū contrariorū, & illud q aduenit qñq, & separat vice alia, non est possibile, vt sit nisi corpus, & corpus quidem, in quo est possibile illud, aut est ipse spiritus, aut sit aer ipse, sed nos manifestabimus, q aer non est possibile, vt operetur illud, quare remanet, quod sit ipse spiritus, & in hoc est consideratio, quoniam sermo eius videlicet quod aer nō sit possibile vt operetur illud, si per huiusmodi sermonem intelligatur, quod ei non sit possibile illud cum communitate spiritus, tunc illud est negandum, & si intelligatur, quod ei non est possibile illud secundum semitam de per se solo, tunc concedatur, sed tunc non remanet ei approximatio in eo, super quod fundatur de sermone usq ad finem. Qualiter autem sit illud, declaratur quoniam aut duo motus sunt violenti, aut vnus amborum tantū, q si fuerit vnus duorum motuum per naturam, & alter violentus, non euacuatur quin aut naturalis sit ipsa dilatatio, & violentus sit ipsa constrictio: Istę igitur sunt tres diuisiones, quarum prima est, q duo motus sunt violenti, & illud; quoniam quando cor dilatatur, attrahit spiritus ab arterijs, & sequitur ad illud constrictio ipsarum arteriarum propter impossibilitatem vacui, & est illa constrictio ad terminum, cū quo remaneat in arterijs illud, qđ ē de spiritu, & de sanguine, & similium, quę declinant ad ipsas: Cumq reuertitur cor, & constringitur, tunc penetrāt illi spiritus ad arterias propter compressionem ipsorum factam cum constrictione cordis, & sequitur ad dilatationem arteriarum extensio spirituum penetrantium in eis, vt accipiant sibi locum capacem, & eis conuenientē. Secunda diuisio ex tribus diuisi[onibus] est, vt sit dilatatio naturalis, & constrictio violen[ta], & illud quoniam quātitas naturalis ipsis arterijs est quātitas, ad quam peruenit motus dilatationis, & cor quando dilatatur, & attrahit spiritus ex arterijs, tunc impossibilitas vacui violentat ipsas arterias ad motum constrictionis, cumq reuertitur cor, & cōstringitur, & reuersi fuerint spiritus ad arterias, dilatantur ipsæ arterię quęrentes locum naturalem: Tertia diuisio ex predictis est, q dilatatio sit violenta, & constrictio naturalis, et illud quoniā quātitas naturalis arteriarū est quantitas, ad quā terminatur motus constrictionis, & penetratio spirituum ad arterias apud constrictionē cordis est violenta arterijs secundū dilatationē ipsarū, cumq reuertitur cor, & dilatatur, & redierint ad ipsum spiritus, tunc reuertuntur arterię per naturam suā ad constrictionem quęrentes quantitatem naturalē, & hoc quando violentatio fuerit propter spiritus: Si enim fuerit propter aerem, & illud est possibile, tunc aut sunt duo motus violenti, & tunc manifestum est, q in corde, & in arterijs est virtus attractiua aeris frigidi, & virtus expellens aerē calidū, & superfluitates spiritus, cūq attrahitur vnūquodq amborū, tunc accipit de aere quātitatē, quā nō capit capacitas vel concauitas amborū, cū fuerit ipsa secundū quātitatem naturalē, quare necessaria est dilatatio propter extensionē aeris penetrantis. Quū vero expellit vnūquodq amborū illud, quod in se cōtinet de aere calido, & de spiritu superfluis ita, vt egrediatur ex illa quātitate, tūc non remanet in cōcauitatibus ipsorum illud, quod est sufficiēs in replendo concauitatē, & tunc est necessaria constrictio, vt non sequatur vacuum, quare violētans dilatationē est extensio aeris, & violentans constrictionem est egressio aeris cum impossibilitate vacui. Si vero fuerit vnus duorum motuum violentus, & alter naturalis, tunc si naturalis ex eis est motus dilatationis, tunc illud est in modo, q quantitas, ad quam terminantur arteriæ apud ipsarum dilatationem, est quātitas eis naturalis, & egressio aeris ex arterijs est violentans ipsas ad cōstrictionem, ne sequatur vacuum. Si vero res fuerit huic contraria, videlicet q naturalis sit motus constrictionis, tūc illud est, quia quātitas naturalis arterijs est illa, ad q̄ peruenit motus cōstrictionis, & est aer attractus violentans arterias cum tensione ad dilatationem, & ad hanc diuisionem tertiam non sequitur, q sit dilatatio arteriarum apud constrictionem cordis, & constrictio ipsarum apud dilatationem ipsius, imo conuenientius in eis est, q dilatatio, & constrictio amborum fiat simul, vt arteriæ attrahāt aerē a pulmone, & ab exteriori

Dixit. s. Alcurasi.

& in hoc est consideratio ista sūt Verba ista xi & per

hec verba hic & i processu sermonis Alcurasi dubitat in dictis eius.

teriori parte corporis, quare est possibile, vt repleatur cõcauitas ex illo aere in tempore, in quo perficitur dilatatio, verum aduentus istius violentiæ propter causam aeris est impossibile propter duas rationes, quarum vna est, ꝙ illud non est possibile, nisi quando quantitas illius aeris sit multa valde ita, vt sit proportio quantitatis ad quantitatem spirituum, sicut proportio quantitatis concauę parietis arteriarum, & cordis apud dilatationem ad quantitatem in ambobus apud constrictionem, & plus, quam illa etiam, quoniam corpus replens concauitates arteriarum, & cordis apud constrictionem non est spiritus tantum, immo & sanguis, qui est in ambobus, & quòd remanet de aere frigido, quia adhuc non est calefactus, & non est dubium, quòd necessarium est, quòd sit ille aer adueniens apud dilatationem magis debilitans spiritus, & illud proculdubio est producens ad corruptionem substantię ipsorum, & ad extinctionem caliditatis eorum, & ad corruptionem complexionis ipsorum, & complexiõis cordis etiam. Secunda ratio est, quia si esset illa violentia propter causam aeris, tunc pulsus destrueretur, quãdo homo submersus vel existens esset sub aqua, quia tunc impossibile est, quòd adueniat ei aer ab exteriori parte corporis ad arterias, quod si remanet de pulsu aliquid, tunc illud non est nisi propter causam illius aeris attracti ex pulmone, & peruenientis ad arterias, & non fit illud, nisi quando augetur anhelitus additione plurima ab hora descensionis corporis supradictę in aqua. Et quare non dicitur, quòd est possibile, quod aer adueniens ad arterias non perueniat ad eas, nisi ex pulmone tantum, & ꝙ non perueniat ad eas ex extrinseco corporis aliquid quãtitatem habens, de qua sit curandum, & non est occultũ seu dubium, quod non augumentatur anhelitus apud descensionem vel stationem corporis in aqua, nisi per quantitatem quæ defecit de aere attracto ab extrinseco corporis. Dicemus, quòd si esset ita, tunc ille aer incederet primo per cor, & esset secundum quantitatem, quæ sufficeret replere concauitatem arteriarum existentium in toto corpore, & replere concauitatem cordis, si dilatatio cordis, & arteriarum esset simul, & non est dubium, quòd oporteret, vt ille esset multus valde per comparationem ad spiritus in corde, & tunc sequitur ex illo corruptio ipsorum, Dixit Ebenesis, & per has duas rationes scitur reprobatio opinionis Galleni, & sequentium ipsum, & aliorum credentium, ꝙ dilatatio arteriarum, & constrictio ipsarum sit per se, cum illud non perficiatur, nisi quando ille aer aduenięs apud dilatationem habet proportionem ad spiritus maiorem, quam sit proportio quantitatis cõcaui cordis, & arteriarum apud dilatationem ad quantitatem concauitatis amborum apud constrictionẽ. Deinde dixit consideremus modo super considerationem tertiam. Primum an sit vera, quare dicamus, si esset verum, quod diximus, videlicet motus duos esse violentos, non esset possibile arterias attrahere aerem ab extrinseco corporis, consequens est falsum, quare & antecedens, similiter declaratur consequentia, quoniam attractio arteriarum tunc aut est in hora dilatationis, aut in hora constrictionis, aut in hora duarũ quietum, & quęlibet istarum diuisionum est falsa, prima quidem, quoniam dilatatio si esset violenta, tunc ipsa fieret cum quantitate, quam necessitas violentia, & non est in concauitate arteriarum spacium capax aeris aduenientis. Secũda vero diuisio, quoniam arteriarum concauitas in hora quietis ipsarum est secundum quantitatem, quę in eis est de spiritu, & sanguine, & illud prohibet aduentum aeris, hoc autem est falsum, & similiter sermo antecedens, videlicet quoniam dilatatio &c. vsque ad finem, & similiter sermo eius est falsus, cum dicitur, & ad has diuisiones tres non sequitur, quod dicitur, & similiter sermo eius videlicet quare conuenientius est vt sit dilatatio amborum & constrictio amborum simul. Quod si dicatur, quod in tempore quietis necessarium est, vt resoluatur de spiritibus aliquid, & illud exigit attractionem aeris, qui existat loco eius, quod resoluitur, ne sequatur vacuum: Dicemus non esse possibile, quoniam illud si sit in quiete extrinseca, tunc esset natura arteriarum coacta, & opressa secundum dilatationem, quę est magis augumentata, quam sit secundum earum constrictionem naturalem. Nam si esset constrictio propter motum naturalem ad complementum dilatationis secundum quantitatem naturalem, tunc esset dilatatio naturalis non violenta, sed hoc est falsum, & cum sit dilatatio maior, quam quantitas naturalis arteriarum, tũc quando minuitur de spiritibus aliquid per resolutionem, oportet vt constringantur arterię per naturam suam, & illud est prohibens attractionem aeris, & si fuerit in quiete intrinseca, oportet, vt augeatur constrictio arteriarũ propter diminutionem quantitatis spirituum: & nõ est possibile, vt arterię conseruent quantitatem primam per ingressum aeris, qui stet loco eius, quod de spiritibus resoluitur, quoniam illa quantitas non est per naturam, conclusio autem est falsa, quoniam necessarium est, qđ arteriæ attrahant aerem ab extrinseco corporis, & illud quoniam experti sumus multotiens, quòd quando homo sedet tempore longo in aqua temperata in frigiditate, & caliditate in modo, quòd corpus illius vsq; ad gulam sit sub aqua coopertum, tunc accidit illi post tempus notabile angustia, quę cogit ipsum ad exitum extra aquam: & illa quidem angustia non causatur ab aqua, cũ ipsa sit temperata: si enim esset frigida, posset dici, qđ illa angustia sit propter calefactionem corporis causa retractionis caloris succedentem, & vel causa althacab idest causa antibactistasis, si esset calida aqua potest dici, ꝙ illa angustia sit propter caliditatem aquę, imo ratio exigit, ꝙ ipsa infrigidat corpus, nã illud, ꝙ de aqua penetrat in corpus, infrigidat, & humectat ipsum, & cũ ad illud sequatur angustia, scimus vel cognoscimus, quòd causans illam angustiam sit prohibitio penetrationis aeris frigidi ad interiora, quem aerem arterię attrahunt ex porrositatibus, & si non esset illa attractio, oporteret ve nõ sit vel non sequaẽ angustia prędicta. Et forte aliquis diceret, ꝙ est possibile, quod sit illa angustia accidens illi, qui stat in aqua, vt dictum est, nõ propter prohibitionem attractionis aeris frigidi, immo propterea, quod aqua prohibet resolutionem vaporum calidorum, qui debent resolui a corpore, & tunc non sequitẽ, ꝙ attractio aeris frigidi sit necessaria: Respondetur ad hoc, ꝙ si esset ita, tũc calefactio aduenięs ꝑ illud esset maior apud cutem ꝑꝑ retentionem vaporum illic, & nõ est ita, imo nõ sentitur caliditas nisi in interioribus, & apud cor, quare scimus, ꝙ illa calefactio spirituum est propter prohibitionem anhelitus, & arteriarum, & propter calefactionem cordis causa illius, & seqtur ex illo falsum esse, ꝙ duo motus supradicti sint violẽti: & si esset motus cõstrictiõis naturalis, & motus dilatationis violentus, tunc non esset possibile attraherue aerem frigidum, nisi secundũ motũ remotum, et esset ille aer attractus paucus valde, & esset vel fieret illud hora constrictionis, & quietis interioris, & illud, quoniã quantitas, quę est naturalis arterijs est maior, q̃ quãtitas, quã exquirit illud, ꝙ remanet de spiritu, & sanguine hora dilatationis cordis, Et ꝑꝑ virtutem fortẽ nãlẽ, & debilitatẽ violentię possibile est arterias conseruare quãtitatẽ nãlẽ, & attraherẽ aerẽ ab extra corpus, ne seqtur vacuũ, sed

Quietextrinseca.i. post dilatationem.

Quies intrinseca.i. quies post cõstrictionem.

hoc est longinquum valde, cum manifestum sit, q cōcauitas cordis non capiat de spiritibus apud dilatationē eius quantitatem, quę sit maior, quam quantitas, quæ augeat arterias apud dilatationem ipsarum, secundum q ipsa est apud constrictionem ipsarum: Quare falsum est etiam, quòd dilatatio sit violenta, et constrictio naturalis, vnde remanet, q veritas est, secūdū q dixit diuisio alia, & est, q dilatatio sit naturalis, & constrictio violēta, sed in hoc est consideratio, quoniam non concedimus, q sit longinquum valde, sed sermo eius, videlicet cum manifestum sit vsque ad finem &c. indiget ratione manifestante. Qualiter autem fiat attractio aeris tunc, est quia arterię quando ad ipsas perueniunt spiritus apud constrictionem cordis, tunc illi spiritus sunt minoris quantitatis, q̄ illa quæ replet concauitatem, si fuerit secundum quantitatem naturalem, & tam tūc debilis est violentia, quæ est in arterijs, quare oportet tunc, vt dilatentur arterię ad q̄titatē naturalem, & attrahatur de aere illud, cum quo repleatur complete concauitas ipsarum, ne sequat vacuum. Et nō est possibile illud in hora dilatatiōis cordis, q̄m violentia tūc ei secundum constrictionē est fortis, & iste aer attractus hora dilatationis manifesta est multus, cum longinquum sit, q spiritus peruenientes ad arterias apud cōstrictionem cordis sint cum quantitate, quę approximetur ad repletionem concauitatis earum: veritas igitur est, q motus dilatationis arteriarum est naturalis, & motus constrictionis ipsarum est violentus, & quòd violentans in hoc est reditus spirituum ad concauitatem cordis, & sequitur ex hoc constrictio arteriarum, vt non sequatur vacuum. Postea dixit Ebenesis, quòd illud quòd intelligitur in tempore nostro per hanc dictionem pulsus, est q pulsus est motus arteriarum tantum, non motus cordis, quare pulsus est motus localis vel situs arteriarum compositus ex constrictione violenta, & dilatatione naturali ad regendum spiritus per aerem attractum, & non præposita est constrictio ad dilatationem nisi, quoniam vidimus oportere, quòd esse constrictionis arteriarum pręcedit esse dilatationis ipsarum de necessitate, quia calefactio, quæ fit in corde indigens dilatatione, vt attrahatur aer, ad quā sequitur constrictio arteriarum, præcedit calefactionem illius aeris aduenientis, quæ calefactio necessitat ipsum cōstringi propter expulsionem, ad quam sequitur dilatatio arteriarum, quare ex hoc sequitur, quod constrictio arteriarum est antecedens, & etiam quoniam omnis motus naturalis non existit in esse, nisi post egressionem a re naturali, quare non est possibile, q sit dilatatio arteriarum per naturam, nisi postquam fuerint secundum quantitatē non naturalem, & illud est motus constrictionis: constrictio igitur arteriarum de necessitate pęcedit motum dilatationis ipsarum, postea dixit Ebenesis, quòd hic sunt dubitatiōes, quas aliq̄s forte adduceret, ideo oportet, vt eas adducamus in medium, & soluamus ipsas. Dubitatio prima est, quòd finis in dilatatione cordis, & in constrictione ipsius est regimen spiritus per aerem attractum, & illud; quia cor, quando dilatatur, attrahit aerem frigidum ex pulmone, & quando constringitur expellit aerem, qui tā in eo est calefactus, & superfluitates, quæ de substātia spirituum sunt adustæ, & cum fuerit ita, oportet, vt sit dilatatio cordis, & constrictio eius secundum quantitatē, cū qua possit fieri illud, & tunc non est possibile, vt expellantur ad ipsum spiritus ex arterijs apud dilatationem ipsius cordis, quare non verificatur, quod dictum est. Vlterius quæ vtilitas est in hoc, q cor qualibet hora fatigetur ex expulsione spirituum, & attractione ipsorum absque iuuamento redeundi ad ipsum, aut ad aliud. Dubitatio secunda est, si cor, quando dilatatur, attraheret spiritus ab arterijs, tunc repleretur cōcauitas eius ab illis, & tunc nō esset possibilis attractio aeris euentantis ex pulmone. Dubitatio tertia est, quod dictum est secundum hanc opinionem de motu arteriarum, & contradicit huic eidem opinioni in motu cordis dilatationis & constrictionis, & nō est possibile secundum hanc opinionem, vt ponatur aliq̄d illorum violentum, alter illud violētum aut esset ipse motus arteriarum, aut motus instrumentorum anhelitus, & primum est impossibile, quoniam vos secundum opinionem prędictam posuistis motum arteriarum fundatū super motum cordis, & si esset motus arteriarum violentās motum cordis, sequitur antecessio vnius cuiusq; amborum ad aliud, & postpositio ipsorum ab eis, hoc autē est impossibile: Secundum etiam est impossibile, quoniam illud non fit nisi, quia pulmo quando dilatatur ita, vt attrahat aerem, euacuatur cor, & constringitur, & q̄n cōstringitur pulmo ita, vt expellat aerem, tunc cor dilatatur, & illud est impossibile propter multas rationes, quarum vna est, quòd sequitur ex illo, vt sit numerus motuum cordis, sicut numerus motuum pulmonis, & pectoris, et illud est falsum, quoniam considerantes hoc dixerūt, q cor q̄n mouetur quinq; vicibus, mouet[ur] pulmo & pectus vice vna, & hoc quando homo in a[n]helitu suo existat secundum cursum naturalem, si verò conaretur in continendo anhelitum, quādoq; est possibile tardare motum anhelitus quantitate, qua cor moueatur viginti vicibus. Secunda ratio est, si enim ita esset, tunc illud, quod perueniret ad cor apud eius dilatationem de aere, esset quantitas illa, quæ repleret concauitatem eius, & est quantitas de spiritibus, quæ est in eo ipsa quantitas, quę est in eo apud ipsius constrictionem, aut minus illa, & non est dubium, q si esset ita, aer corumperet sua multitudine complexionē spirituū, & cordis. Tertia ratio est, si nos cōcedamus, q hoc sit verum, sequitur ex eo falsitas opiniōis supradictę, & illud, quoniam si esset ita, nō esset dilatatio cordis causans attractionem spirituum ex arterijs, neq; eius constrictio causaret expulsionem vel ingressionem spirituum in ipsas, & tunc nō sequitur, quòd dilatentur arterię, & cōstringantur secundum modum, quem vos dixistis. Quarta dubitatio est, q arteria, a qua ramificantur omnes arterię corporis, & nominatur aurichi, habet apud extremitatem suam tres panniculos duros, quorum officium est claudere orificium cordis vel claudere cor, & obturare ipsum in hora dilatationis ipsius cordis secundum sententiam quorundam, & hora constrictionis eius secundum aliorum sententiam, & non sequitur vel non oportet hoc, nisi vt spiritus prohibeantur a motu ex corde ad arterias, & ab arterijs ad cor in tempore, in quo completur dilatatio cordis, & constrictio eius. Dubitatio quinta, si esset verum, quod dictum est secūdum opinionem prædictam, sequitur, q esset concauitas cordis in modo, quod caperet de spiritu quantitatem, quæ egreditur ex venis, quando ipsæ constringuntur, & illud est falsum, quoniam egressio spirituum ex arterijs oporteret, vt esset multa valde ita, vt esset quandoq; diminutio spirituum, qui sunt in omnibus arterijs corporis quantitate, qua diminueretur spatiū concauitatis ipsarum hora constrictionis ab hora dilatationis, sed hoc est impossibile, quoniam concauitas cordis est minor, quā illa multum, quoniam cor oportet vt sit secundum quantitatem, quam tollerat concauitas pectoris cum [his, quæ circundant cor, sicut illud, q ex pulmone, & pinguedine, & panniculis circuit ipsum. Et cum illo quod oportet, vt sit inter ambo de spacio, vt sit cor in spacio debito locatum] nō coarctatum, & cum eo q̄d oportet, vt sit in corpore eius de grossitie vel soliditate ipsius, quę necessaria est, vt sit multa, vt possit rectificare spiritus,

Alia lrã illo, quod de pulmone. & pinguedine et pāniculis circuit cor & cū illo, q de spa-

cio oportet vt sit liter ex ambo, vt sit cor.

spiritus,& conseruare eos,& cum eo quod oportet, vt in ipso comprehendantur duo ventres, quorum vnus est cōcauitas spirituum & aeris peruenientis ad ipsum. Sexta dubitatio est, si esset constrictio arteriarum causa vacuitatis ipsarum a spiritibus multis,& dilatatio ipsarum causa ingressionis spirituum ad ipsas, sequitur, quod dilatatio extremitatis arteriarum, quę vicinantur cordi esset ante dilatationem illarum arteriarum, quæ elongant ab ipso corde,& esset dilatatio[tunc incipiens ab extremitate pulsus magis cordi propinquus ad extremitatem longinquioris]ab eo,& esset constrictio extremitatis magis longinquę a corde ante constrictionē extremitatis magis ei propinquæ ita, vt sentiretur illud in pulsu,& illud, quoniam omnis motus est absq; dubio in tempore, & non est dubium, quòd tempus, in quo perueniunt spiritus apud cōstrictionem cordis ad principium arteriarum est ante tēpus, in quo perueniunt ad extremitatem ipsarum arteriarum, quare dilatatio earum, quę sunt proximę cordi est ante dilatationem earum, quæ sunt ab ipso remotæ. et etiā extremitates arteriarum magis remotę euacuantur a spiritibus i hora, qua cor attrahit ipsos per eius dilatationē, & talis quidem euacuati[o] absq; dubio est ante euacuationem extremitatis arteria[rum] cordi magis propinquarum: quare sequitur, quòd sit constrictio extremitatis arteriarum magis remotę a corde ante constrictionem magis ꝓpinquę, & etiam sequitur, quòd extremitas remotior a corde sit subtilior, quam extremitas propinquior, quoniā penetratio spirituum ad longinquiorem absque dubio est minor. Septima dubitatio est, ꝙ si essent motus arteriarum secundum modum dictum, tunc sequerentur motum cordis,& motus quidem cordis est vnus non diuersus in una parte vel in vno latere corporis, & tunc sequeretur vel oporteret vt non diuersificarētur pulsus in lateribus.s. dextro & sinistro corporis oīo, sed nō est sic, qm̄ in qbusdā paraliticis pulsus lateris sani est pulsus cōplexionis frigidę. Octaua dubitatio est, si esset res, sicut dictū est secundum opinionem prædictam, tunc non esset mundificatio spirituum a superfluitatibus per motum arteriarū, quoniam illud non est, nisi quando arterię retinent spiritus apud constrictionem ita, vt ex eis egrediantur superfluitates,& cum sit constrictio violenta, non est possibile vt sit, nisi secundum quantitatem, quam exigit violētia. Ad dubitationes octo suprascriptas, quas Ebenesis adduxit ipsemet respondet: Ad primam dicens, Nos licet concedamus, quòd intentio prima dilatationis cordis, & constrictionis eius sit attrahere aerem frigidum, & expellere superfluitates spiritus,& aerem calidum, tamen concauitas cordis est capax, cum ergo dilatatur non est possibile vt attrahatur de aere quantitas, quæ sufficiat replere ipsum, alter corrumperet complexionem spirituum et essentiam,& substantiā ipsorum, & complexionem cordis, quare oportet de necessitate vt attrahat de spiritibus illud, quod sufficit,& est conueniens cum illo: vtilitas autem in hoc, quòd cor dilatetur plus, quam quantitas, quę est ei necessaria propter aerem ita, vt indigeat attractione spirituum, declaratur multis modis, quorum vnus est, nam quando aduritur aliquid de corpore spirituum, qui sunt in arterijs,& ingrossatur, & inspissatur ingrossatione, & inspissatione, cū qua nō est possibilis resolutio eius ex porris arteriarū, tūc possibile est, vt resoluaē, et egrediaē ex corde apud eius cōstrictionē ex via pulmōis apud reuersionē seu cōstictionē anhelitus: Secūdus modus est, qd̄ spiritus cum motu suo ad corvice, et ad arterias vice alia motu continuo acquirūt subtilitatē substantię, quare non accidit eis spissitudo, & hebetudo ex longa mora sua in arterijs. Tertius autem modus vel tertia ratio est, ꝙ cor non est possibile, quod habeat complexionem, nisi vehementis caliditatis ita, vt sit conueniens generationi spirituum ex sanguine,& aere frigido: Substantia autem arteriarum non est possibile vt sit nisi frigida, quoniam nō est possibile, vt sit carnosa, quoniam ipsa tūc si esset grossa multū, oporteret ꝙ mēbra essent maiora, quam ipsa sunt,& non esset possibile, vt diuiderentur in mēbra parua,& si essent arterię subtiles, resoluerentur vel egrederentur ex eis spiritus, quare non est possibile, ꝙ arteriarū substantia sit, nisi ligamentalis cartilaginosa neruosa, & hæ quidem omnes substantiæ sunt frigidæ propterea, ꝙ possunt esse duræ,& cum ita sit, si poneretur locus spirituū continue in corde, adurerentur sua caliditate superflua, & si poneretur continue in arterijs, infrigidarētur, & ingrossarentur, quare oportet, vt spiritus continue discurrāt inter duo ista membra, vt remaneant in suo temperamento, cum quo est pręparatio ad recipiendum vitam, quare oportet, vt ipsi spiritus sint in continuo motu ad cor, & ad arterias,& illud est ꝓpter rationem, q̄ diximus. Quod si dicatur, ꝙ illud, ꝙ dictum est de vtilitate supradicta, nō verificatur, nisi pręsuponendo, ꝙ arterię sint quiete, sed quando sunt in motu, tunc illud, quod dictum est, non verificatur. Dicemus pręsuponendo, ꝙ non sit res, secundū quod diximus, in motu cordis & arteriarum, tunc oporteret, ꝙ arteriæ sint quietę non motę: Quartus modus seu quarta ratio est, si essent spiritus habentes locum in corde, aut in arterijs, vel si locus spirituum esset cor, aut arteriæ, tunc non facilis esset sparsio, & effusio ipsorum ad membra effusione, qua membra indigent, quę est, vt ipsi spiritus continue penetrent ad ipsa membra, si enim cor attraheret eos totaliter ad concauitatem suam cū dilatatione: postea expelleret ipsos cum constrictione eius subito, tunc penetrarent cum eo in arterias cum constrictione ipsarum in tempore breui valde ita, vt esset resolutio ipsorum vel egressio ipsorum ex porris arteriarum apud expulsionem ipsorum ad ipsum facilior, & plus, aut si locus ipsorum poneretur esse cor, non esset continue, tunc non esset possibilis sparsio vel effusio ipsorum ad membra, vt manifestum est, propter remotionem ipsius cordis a membris,& duritiem seu soliditatem ipsius, aut illud non esset facile, si locus ipsorum spirituum poneretur quod esset arteriæ, quoniam arteriæ oportet, vt sint solidę valde, vt cum subtilitate substantiæ ipsarum sint fortes ad conseruandum spiritus,& præcipue quotiēs accidit eis dilatatio, aut constrictio, apud quas timetur scissio vel disruptio ipsarum, & illud exigit, vt porositates ipsarum sint strictę valde, & si non esset virtus expulsiua cordis, quæ expellit spiritus ad ipsas apud constrictionem ipsius cordis, difficilis esset effusio seu sparsio ipsorū spirituum ad membra sparsione necessaria. Ad secūdam dubitationem respondet Ebenesis, ꝙ nō sequitur ex hoc, quod cor attrahit spiritus ab arterijs apud ipsarum dilatationē, prohibitio attractionis aeris ex pulmone, quia est possibile, quod illud, quod de spiritibus peruenit ad ipsum cor, non sit sufficiens replere concauitatem eius: Ad dubitationem tertiam respondet, quod motus cordis apud opinionem suam est voluntarius, verum ipse est ex motibus voluntarijs, quem nos nominamus voluntarium naturalem, sicut motus lacerti in hoc quod habetur cognitio de ipso cognitione, qua homo cognoscit, quod moueat ipsum,& similiter est motus cordis, & signum huius est, quod ipsum est sentiens, & omne sentiens est mobile voluntarium, quod autem ipsum sit sentiens est, quia cōtinet in se neruos multos,& in quolibet neruo est virtus sensitiua, & complexio cordis non prohibet receptionem illius virtutis, immo adiuuat, quod ipsa adue-

Marginal notes:

Alia ratio quæ sentiretur extensa vel procedens ab extremitate pulsus cordi propinquioris vsq; ad extremitatē pulsus magis remoti.

ante euacuationem s.a spiritibus.

vt diuiderētur idest vt ramificarentur supple arteriæ.

quę.s.sparsio spirituum necessaria ad membra.

niat, quõ caliditas adiuuat ad operationẽ omniũ virtutum, dũ non sit valde superflua, & et si non esset sentiens, tũc non esset dolens, & patiens, dolor autem eius est vehemens, & propter illud accidit ei casacan velociter a causis nociuis, & propter illud ex hominibus sunt, quibus cũ fortitudine cordis sui accidit casacan, & sincopis multotiens, & illi similia, quæ non accidunt nisi propter virtutem sensitiuum vel propter fortitudinẽ sensus. Quod autẽ omne sentiens sit mobile voluntarium est, quoniam si illud non esset, tunc esse sensus esset frustra, & inutile, immo noceret, quoniam si non esset ei virtus motiua voluntarie, non haberet potentiam remouendi nocumentum, et expellendi ipsum, neq; attrahendi iuuatiuum, & faciendi ipsum ad se peruenire. Et in hoc est cõsideratio, quoniam si vult, q cor sit sentiens, quia est sicut anima in hoc, qđ habet instrumenta, quibus sentit, & instrumenta, quibus mouetur motu voluntario, tunc minor est neganda, Nam illi, qui vult eam substinere, & assere ipsam esse veram, necessarium est adducere demonstrationes de ipsa, si vero vult, q ipsum cor sit sentiens, quia in eo est virtus sensitiua, propterea q continet in se neruos, in quibus est virtus sensitiua, tunc maior est neganda, & rationes demonstrantes impossibilitatẽ huius sunt plures, & quasi infinitę, quia cutis, & dens, et alsemach est sentiens cum hac intentione, & non mobile voluntarium, & posito quod cõcedamus minorem, & maiorem, non sequitur ex eo intentum, quod est, q motus pulsus sit voluntarius, quoniam sequens ex pręmissis concessis est, q cor moueatur volũtarie, & non sequitur, quod ille, qui mouetur voluntarie non moueatur absq; ipsa voluntate, quoniam homo est mobile cum voluntate, & cum hoc quandoq; mouetur violenter, & per naturam, sicut quando proijcitur cũ fortitudine seu a virtute forti ex loco alto, & secundum hoc est possibile, q non sit motus pulsus motus voluntarius, et q cor habeat motũ voluntarium, considera in hoc, quoniam est subtilis ratio: Ad quartam autem dubitationem respondetur, quod spiritus propter suam subtilitatem non prohibentur a penetratione in vacuitates cadentes inter illos panniculos [licet sint pauci] & propter illud, quia spiritus penetrant in neruos cum hoc, q in eis non est de porrositatibus, quę apparent ad sensum cum hoc, q spiritus penetrantes in neruos sunt grossiores, quã spiritus, qui sunt in arteriis, & in corde, & illud, quoniam spiritus neruorum iam infrigidauit complexio cerebri. Responsio ad dubitationem quintam est, quod non sequitur, vt spiritus peruenientes ad cor apud eius dilatationem ex concauitatibus arteriarum sit secundum quantitatem, qua ipsarum concauitas sit diminuta in hora constrictionis, & illud, quoniam id, quod compręhendunt arterię de spiritibus, & aere, resoluitur secundum partem, & spargitur secundum partem ad membra, & egreditẽ pars eius superflua, & illud fit ex porrositatibus arteriarum, quare perueniens aer, aut spiritus ad cor apud eius dilatationẽ adueniet post illud, quare non prohibetur, quin concauitas eius cordis sit capax cum additione aeris attracti ex pulmone etiam, & iterum non sequitur, quod spiritus peruenientes ad arterias apud constrictionem cordis sint secũdum quantitatem, quę repleat concauitatem ipsorum, & illud quoniam arterię attrahunt apud penetrationem spirituum ad ipsas aerem plurimum euentantem, quare aggregatum est replens concauitates ipsarum non spiritus tantum. Ad dubitationem sextam respondetur, quod dilatatio extremitatis pulsus cordi propinquioris non est ante dilatationem extremitatis magis remotæ, & eius constrictio post eius constrictionem in se ipsa, sed non oportet, vt sit illud sensatum, immo non oportet, vt differentia inter tempora dilatationis arteriæ aurichi, & dilatationis extremitatum arteriarum, quę sunt in pede, & constrictionis earum sit ex eis, quæ sentiuntur propter breuitatem illius temporis, immo tempus dilatationis, & constrictionis ipsummet est breue valde. Qualiter ergo est differentia temporum partium eius sensata? Qualiter autem sit possibile, quod fiat illud in tempore non sensato, sciendum, q spiritus sunt in vltimo subtilitatis, & velocitatis motus, quę sit possibilis in corporibus compositis, & signum huius est, quod virtus mouens lacertos peruenit ad ipsos ex cerebro apud voluntatem illius motus, & si esset illa virtus inuenta in ipsis lacertis continue, non oporteret, vt destruaretur motus ipsorum cum accidit in neruis opilatio, aũt cum accidit in eis incisio, & cum est illa virtus perueniens ad lacertos ex ipso cerebro, & illa virtus non possit aduenire, nisi per spiritus ipsam defferẽtes, & illi spiritus penetrant in porrositatibus neruorum in tempore non sensato, immo subito, cum completur voluntas vel imperium hominis super motum membri alicuius, mouetur lacertus mouens ipsum membrum, et cũ ita sit, de necessitate penetrant spiritus, qui sunt in corde in arterias cum vehementia subtilitatis ipsorum spirituũ, & cum capacitate concauitatis arteriarum in tempore breuiori, quam tempus supradictum, & tunc non est possibile, vt appareat differentia inter primam penetrationẽ & vltimam, & propter illud non apparet antecessio quarundam arteriarum, & constrictionis ipsarum ante dilatationem, & constrictionem quarundam aliarum. Ad septimam autem dubitationem respondetur, quod esse motus pulsus secundum modum, quem diximus, non prohibet diuersitatem pulsus lateris paralitici, quia possibile est, vt sit illa diuersitas propter diuersitatem receptionis instrumentorum, quę sunt arterię propter spissitudinem, & nocumentorum, quod est in latere paralitici causa frigoris, & priuationem illius in alio latere. Ad octauam dubitationem respondetur, quod non oportet, quod mundificatio spirituum fiat secundum modum dictum, immo est possibile, vt fiat illud cum resolutione vel egressione illarum superfluitatum ex porrositatibus arteriarum. Postea dixit, ex opinione quidem nostra de pulsu sequuntur correlaria, quę hic oportet nos adducere, vnum illorum, quę ad prædicta sequuntur, est, q oportet, sicut diximus, vt sit dilatatio arteriarum apud dilatationem cordis, & constrictio ipsarum apud ipsius constrictionem, & illud est manifestum. Secundum eorum est, quod oportet etiã, vt sit quies manifesta arteriarum ante constrictionem ipsarum, & constrictio ipsarum ante quietem earum interiorem, & quies ipsarum interior vel intrinseca ante dilatationem ipsarum, & illud, quoniam quies extrinseca est illa, in qua arterię sunt secundum quantitatem naturalem, & membra non creantur primo, nisi secundum illam rẽ, quæ est eis naturalis: motus autem violentus oportet, vt sit postpositus a rebus naturalibus: quies vero interior seu intrinseca sit postposita a motu constrictionis, & hoc est manifestum, quoniam illa quies non est nisi post completum motum violentum, qui est motus constrictionis. Illa autem quies pręcedit motum dilatationis propter id, qđ prius declarauimus, & inter quoslibet duos motus contrarios est quies. Quies vero extrinseca p̃cedit motũ dilatationis, & hoc manifestum est, quoniam ipsa præcedit motum constrictionis, & iam manifestauimus primo, quod ipsa præcedit motum dilatationis. Tertium vero correlarium est, q dilatatio arteriarum, quę vicinantur cordi, est ante dilatationem extremitatum ipsarum remotarũ valde, & dilatatio extremitatum ipsarum remotarum est ante dilatationem illarum, quę ex eis sunt mediocris remotionis

Et in hoc est cõsideratio hoc loco fitaxi contradicit alcetasi.

Alia litera licet raro flat.

Postea dixit. C. Ebe nesis.

tionis a corde, Et constrictio extremitatis ipsarum remotarum est ante constrictionem illarum, quę ex eis sunt mediocriter remotæ a corde, & illarum constrictio antecedit ad constrictionem illarum, quæ sunt propinquę cordi valde, Dilatatio autem earum, quę sunt valde proximæ cordi, precedit, quoniam dilatatio illarum fit quāprimū mouetur spiritus ad arterias, Dilatatio vero earum, quæ sunt valde remotæ a corde pręcedit dilatationem arteriarum illarum, quæ sunt mediocriter remotę, quoniā remotę possibile est, vt attrahant de aere quātitatem, qua repleantur prius, quā perueniat ad ipsas aliquid de spiritibus, qui debiliter violentant ipsas ad constrictionē, sed nō sic se habent illæ, quæ sunt mediocriter remotæ, quoniā ipsæ non accipiunt aerē, nisi ex parte longinqua valde, quare tardatur absq; dubio dilatatio ipsarum, Q uod si dicatur, quod sicut penetratio aeris ad arterias mediocriter remotas est post penetrationem ad valde remotas a corde, similiter penetratio spirituum ad ipsas est ante penetrationem ipsarum ad valde remotas, Dicemus rem ita se habere: verum spiritus de per se soli non sufficiunt in cōpleta dilatatione arteriarum mediocriter remotarū quia si sufficerent in hoc, non perueniret ad ipsas aer, qu ipse nō haberet locū, & etiā quoniā penetratio spirituū vsq; ad finem spacij seu termini cōcauitatis arteriarū est ante repletionē spacij arteriarū mediocriter remotarū a principio sui motus, & illud propter subtilitatē ipsorū spirituū, & velocitatē penetrationis eorū, & sequitur ad illud, quod aduentus spirituū debilitantium illud, quod violentat arterias ad cōstrictionē extremitatum arteriarū est ante repletionē ipsarū propterea, quod ipsę sunt mediocriter remotę a corde, propinquas vero cordi valde spiritus replent prius propter multitudinē ipsorum spirituum illic. Constrictio autem extremitatū arteriarū pcedit, quoniā spiritus quando cōmoti sunt ad concauitatē cordis propter dilatationē eius, tūc euacuatio ipsorum in eis, quę sunt magis remotę a corde, est ante euacuationem ipsorū in eis, quæ sunt ei propinquiores, quare illud, quod causat violentiā arteriarū remotarū in constrictione, pcedit id, quod causat violentiā illarū, quæ sunt minus remotę. Q uartum correlariū est, quod plurimū intentionis in creando arterias est, quòd ipsę sint sicut repositoriū seu thesaurū cordi, ad quas expelluntur spiritus apud eius constrictionem, & cor recipit ipsos apud ipsarū dilatationem, & apud illud resoluuntur superfluitates spiritus, & effunditur, quod oportet effundi seu spargi de spiritibus ad mēbra, & attrahitur aer frigidus ab extra corpus, & totum illud ex porrositatibus. Vsq; ad hunc terminū processit sermo Acurasi ad litteram, & est sermo prolixus, in quo nō est vtilitas, & contra ipsius dicta instatur. Posuit enim motū cordis esse voluntariū, illud aūt est voluntarium, cū quo mobile potest habere cognitionē de tali motu in aliqua hora, & quod est vacuū a tali cognitione, nō denominatur voluntariū, Non est autē dubiū, quòd motus cordis sic se habet, quòd voluerit seu affirmauerit, quod cū motu cordis in pulsu habetur cognitio, & hoc quidem est contrariū intellectui, & dictis antiquorū. Primō quidem declaratur, quoniā quilibet sapiens cognoscit de necessitate, quòd de tali motu pdicto nō habetur vsus ad libitum, neq; in motu eius habetur cognitio ita, quòd dū cor hominis mouetur, homo tunc nō mouet ipsum ad libitum ita, quod possit ipsum mouere, aut non mouere, aut quod possit ipsum tarde, aut velociter mouere ad beneplacitū, neq; semper de tali motu considerat, aut anima aduertit: Secūdū vero manifestatur, quoniā nullus dixit, quę dicta sunt per hunc Alcurasi excellentissimum, Et si motus cordis in pulsu esset voluntarius, tunc ipse debilitaretur apud nocumentū uirtutis mouentis cū Voluntate, & quod existit in re est ei contrarium, videmus enim motum cordis manifestū fortem in hora, qua operationes cerebri sunt lesę impeditę, Sermo autem eius videlicet, quod cor habeat sensum est ex eis, in quibus non est dubitatio. In sermone autē suo, cū dixit, omne quod habet sensum, habet motū voluntariū, Dico hoc non esse necessariū, imo necessariū est, quod illud, quod habet sensum, habeat motū secundū plurimū propter contradictionē supradictā, sicut de Alsemach, quemadmodū dictū est. Deinde nō sequitur, si habet motum & sensum, quod ille motus sit voluntarius, Aliter attractio, qua stomacus attrahit cibū, & inuolutio vel amplexio eius sup ipsum, & expulsio ipsius cibi a stomaco apud eius digestionē, aut corruptionē, & similiter operatio matricis in attrahendo sperma, & in expellendo menstrua, esset motus voluntarius, quoniā huiusmodi mēbra habent sensum: Omnes autem asserunt huius contrarium. Q uod si dicatur, quod ipse non dixit, quod motus cordis sit voluntarius putus propter rationes cōtra ipsum prędictas, imo dixit, quod motus cordis est motus voluntarius naturalis, sicut motus musculi, quoniā de ipso habetur cognitio cognitione, qua homo cognoscit, quod moueat ipsum, & similiter ē motus cordis, Dicatur, quod intentio motus Voluntarij naturalis est, quod voluntas ingrediatur in eo, sicut motus anhelitus, & palpebrarū: patet quod motus cordis nō est sic, quare non est voluntarius secundū aliquē modū penitus. Q uod autē homo cognoscat motū lacerti, & motū cordis cognoscēs, quod ipse moueat lacertos, & cor, est negandū, & contrarium est de cognitione, quod ipse homo moueat palpebras, & instrumenta anhelitus. Q uod si dicatur, quę necessitas inducit ad ponendū motū prædictū volūtarium, dicatur propter impossibilitatē, quod ipse sit alhaiusoię apud ipsum propter rationes, quas ab ipso assumpsimus, & propter impossibilitatē, quod ipse sit naturalis, quoniā natura nō mouet motibus contrarijs, quare manifestū est, quod sit volūtarius, quoniā motus comprehēduntur in tres species, videlicet in motū alhaiuanie, & in motū naturalē, & motū voluntariū. Et præceptor meus philosophus & medicus excellentissimus in responsione quęsiti sibi propositi opinatus est motū cordis esse naturalē alhaiuanie, & adducemus hic opinionē suam, quia cōprehendit vtilitates depēdentes ab his, in quibus nos sumus perscrutatores. Dubiū & quęsitum pręceptori meo propositū fuit hoc, videlicet dixit Auicena in fen tertij can. sermonē vniuersalē de anhelitu, Q uod hānelitus cōpletur duobus motibus, & duabus quietibus inter eos ambos, secundū quod res se habet similiter in pulsu. Verum motus anhelitus est volūtarius, & possibile est, vt ipse permutetur a suo cursu naturali, & pulsus est motus naturalis purus, Cum ergo res in anhelitu sit, sicut dixit Auicena, v3 quod sit motus voluntarius, tunc dormiens oportet, quod nō habeat anhelitum, quia in dormiente nō est voluntas, & etiā nō cōcedimus, quod omne, quod potest permutari per voluntatē a cursu suo naturali, sit voluntariū. In motu autē pulsus tā dixit quinq; opiniones, quarū vna est, quod ipse pulsus fiat scdm semitā cordæ per viam ascensionis, & descensionis: Scda opinio, quod fiat secundū semitā sequelę ad motū cordis secundū viā almed & algizar, idest secundū viam fluxus & refluxus, Tertia opinio est, quod fiat secundū semitā sequelę ad motū cordis per viam, qua aliquid mouetur p motū illius, a quo ramificatur: Q uarta opinio est, quod ipse pulsus fiat ex hoc, quod spiritus attrahunt cibum, & expellunt superfluitatem ab eo, sicut in nutrito est virtus attractiua, & virtus expulsiua, & quod spiritus nutriunt aere: Q uinta vero opinio est, quod pulsus fiat per motū virtutum causantiū istos duos motus, quę virtus funda-

apud nocumentū vir

tutis & c.i. apud nocumētū virtutis cerebri

tur in spiritibus comprehensis in corde, verum in spiritu est virtus motiua, per quam mouentur vasa motu constrictionis & dilatationis, & dixit, quòd hęc opinio est vera. Dixit etiam Facardin supradictus in expositione primi cañ. opinionem vltimam in diffinitione pulsus, vbi dixit, Pulsus est motus localis vasorum spiritus procedens a virtute alhaiuanie compositus ex diastole & sistole ad regẽdum spiritus per aerem attractum, si ergo principium motus pulsus est a spiritu alhaiuante, quomodo est possibile, vt dicatur, quòd ipse sit naturalis purus: & hoc fuit dubiũ propositum pceptori meo, ad quod quidẽ respondit dicẽdo. Consideraui has dubitationes, & dico, quòd dictũ Auicẽoe de anhelitu, quòd ipse perficiatur duobus motibus, et duabus quietibus est dictum notum, & verum, & quod in pulsu dictum est. s. quòd inter duos motus contrarios necessaria est quies est dictum verũ. Sermonis autẽ eius, quando dicitur, quòd motus anhelitus est volũtarius intentio est, quòd ipse dependet a voluntate inquãtum quilibet anhelitus cadit in tempore, & possibile est, quòd anhelans pręcedat illud tempus, aut tardet ab eo anhelitum suum secundũ voluntatẽ. Verum ipse non dependet a voluntate secundũ indigentiã necessariam ipsius, & ipse est naturalis secũdũ necessitatem absolutam anhelitus, & est voluntarius, inquantũ est possibile alterare anhelitus particulares ab horis, quas requirit anhelitus necessitas, & casus ipsorum in illis horis secundũ cursum eorum naturalẽ. Et nõ dixit pulsum esse naturalẽ purum, nisi quoniã altẽratio pdicta nõ est possibilis, vt cadat in motibus ipsius pulsus. Sermo autẽ eius, quando dicitur, quod in dormiente non est voluntas, concedendus non est, quoniam voluntas est aliud a cognitione actus ipsius, vel est aliud a cognitione, quòd voluntas velit hoc, vel illud, & est aliud etiã a rememoratione voluntatis, vel actus ipsius, & aliud a cognitione rememorationis prędictę, Et dormiens quidem & cogitans vehementer circa rem aliquam, & abstractus operantur motus voluntarios, sed non cognoscunt, neque animaduertunt voluntatẽ suam, seu non cognoscunt, qđ motus prædicti facti fuerint cũ voluntate sua, & licet ipsi habuerint cognitionẽ de voluntate sua, & de actu ipsius, tamen non recordantur illius cognitionis, & propter illud mouent membra propter lesionem inductam, & mouent ipsa in hora necessitatis pruritus, & non rememorantur plurimum illorum motuum, & Sermo ipsius non conceditur, quando dicit quod libet, ꝙ potest alterari per voluntatem a cursu suo naturali, est uoluntarium, quoniam si dicens hoc uult, uel intelligit, ꝙ illud, quod est possibile alterari per uoluntatẽ, sit uolens & sit uolunatriũ omnino uel ex omni parte, tunc sermo ipsius non est uerus, quoniam anhelitus non est sic, aliter non haberet cursum naturalem, Et si per uoluntarium intelligatur, ꝙ sit uolũtarium uno modo, & non alio modo, sicut manifestauimus, tunc illud est uerum. Et scias, ꝙ motus naturalis diuiditur in motum alhaiuanie, & in motum non alhaiuanie, Motus autem pulsus est motus naturalis alhaiuanie, Sed motus lapidis deorsum & motus ignis sursum est motus naturalis non haiuanie, & illud quoniam natura dicitur principium motus, & quietis per se. Quod si fuerit motus secundũ ordinem unũ uel ad terminum unũ, tunc est motus naturalis non haiuanie, Si uero nõ fuerit motus ad terminum unum, & secundum ordinem unũ, tunc motus ille est naturalis haiuanie. Opiniones autem, quas dixit de motu pulsus, Quarum prima est, quæ considerat motum arteriarum ascendendo & descendendo sicut motum cordæ. Secunda opinio considerat motum ipsarum esse sequentem motum cordis. Tertia opinio est pxima ei. Quarta autem opinio, quæ est, ꝙ motus arteriarum fiat, quia spiritus attrahunt cibum, & expellunt superfluitatem, non est opinio uera, quoniam aer non nutrit spiritus alhaiuanie idest uitales, & nõ nutrit ipsos nisi uapores compositi ex partibus subtilibus humorũ, Et pulsus quidem cum suo motu attrahit aerem necessarium pro euentatione spirituũ cum simplicitate ipsius aeris, & expellit aerem alteratum in arterijs pp eius permixtionem cum superfluitatibus nutrimenti. Quinta opinio considerat causam illius motus, & ꝙ ipse sit per uirtutem fundatum in spiritibus. Diffinitio autem, quam dixit Facardin, est diuersa ab opinione quinta, quoniam quinta opinio uult, & exigit, ꝙ motus sit in spiritibus primo, & in uasis secundo, & per causam spirituum ipsorum. Illud autem, ꝙ dixit Facardin, exigit, ꝙ motus sit in uasis primo, & uirtus alhaiuanie sit ipsum mouens uasa in illo motu, & uerum est primũ dictum. Et Modus seu ratio, ꝙ ille motus sit naturalis, est illa, quã diximus: & hæc sunt verba pręceptoris mei supradicti, & in istis verbis est cõsideratio, quoniam secundum hanc uiam sequitur, ꝙ motus dilatationis cerebri, & constrictionis eius est naturalis haiuanie, quoniam ipse non est secundũ uiam unam uel ad terminum unum, & ꝙ motus attractionis, & retẽtionis, & digestionis, & expulsionis, & similium sunt ex motibus naturalibus non haiuanie, quoniam ipsi motus prædicti sunt secundum uiam unam, & si diuidatur motus alhaiuanie in motum naturalem idest in motum uacuum a uoluntate, sicut motus cordis, & in motũ non naturalẽ. i. associatũ cũ uoluntate ipsa, sicut est motus hominis in dextrum & sinistrum, tunc esset conuenientius, & magis iuuatiuum propter id, quod declarabimus ex processione duorum motuũ a corde absque uoluntate in cõtrarium diuisionis pręceptoris mei, qui diuisit motum naturalem in motum alhaiuanie, & in motum non alhaiuanie, quoniam huiusmodi diuisio non est utilis in his, quæ dicemus, nisi dicatur, ꝙ intentio eius per motum naturalem sit ille, cum quo non est uoluntas, & per motũ alhaiuanie intelligatur motus diuersus ita, ut quasi dicat, ꝙ motus, cum quo non est uoluntas, si non fuerit secundum uiam unam seu ad terminum unum, est naturalis haiuanie, & si fuerit secundum uiam unã est naturalis non haiuanie, & secundũ hunc intellectum diuisio prædicta est iuuans, & remouens considerationem seu dubietatem. Et ad primum dubium in contrarium dicendum, ꝙ illud, ꝙ sequitur, est, ꝙ motus cordis est diuersus absque uoluntate, & hoc est illud, quod quęritur, & est verum. Ad secũdum argumentum dicendum, ꝙ iudicium primum uel conclusio prima non conuincitur per motum cerebri, qm̃ radix diuisionis, quæ est, uel aliter & est motus cum quo non est uoluntas, negat eam, quoniam cerebrum est origo seu principium uoluntatis. Neq; pcedit argumentũ de motu attractionis, & ei similiũ, quoniam intentio motus non alhaiuanie est, ꝙ ipse sit non diuersus, & secundũ hoc huiusmodi motus naturalis haiuanie est genus proximum pulsus, quia pulsus est motus naturalis haiuanie compositus ex diastole &c. Et est sciendum, ꝙ diuersitates omnium istarum opinionum, ꝙ iste motus supradictus sit motus haiuanis, aut naturalis, aut uoluntarius aut naturalis haiuanie, aut violentus, aut accidentalis, dependent ex hoc, quod credit cõmunitas medicorum, uidelicet ꝙ motus cõprehenduntur in quatuor, secundũ quod est notum, & uerum, & sequitur conclusio, ꝙ ipse motus sit unus ex quatuor negando tres partes diuisionis remanentes, et diuersitates opinionũ supradictarum dependent etiam, & causantur ex hoc, ꝙ diuersificantur homines in negando tres partes diuisionis supradictæ secundum diuersitatem iudiciorũ suorũ super ueritatem quartæ partis,

primũ dictũ. s. ꝙ ille motus sit in spiritibus primo & in uasis secundo.

quæ

quę ex diuiſione remanſit affirmando talem partem eſſe ueram. Dico igitur ꝙ ueritas eſt, ꝙ motus cordis, et pulſus eſt extra quatuor membra diuiſionis motus, & ſunt motus accidentalis, & uiolentus, & uoluntarius, & naturalis, & illud, quoniam motus aut eſt per ſe, aut accidentalis, & motus per ſe, aut eſt ſimplex ideſt ſecundum uiã vnam, aut eſt compoſitus ideſt non exiſtens ſecundũ viã vnam, & ſimplex quidem aut ſequitur uoluntatem, aut non ſequitur voluntatem, & nominamus illum naturalẽ. Et motus quidem ſimplex, & eſt ille, qui eſt ſecundum viam vnam, aut eſt uoluntarius, & eſt motus cœleſtis, aut naturalis, & eſt motus elementaris. Et motus quidem cõpoſitus, & eſt ille, qui nõ eſt ſecundũ viam vnam, aut eſt haiuanie, aut non haiuanie, & motus non haiuanie eſt motus plantarum, & motus alhaiuanie aut eſt uoluntarius, aut non uoluntarius, & non uoluntarius nominatur motus alteſcaire. Motus ergo alteſcaire eſt ille, qui eſt diuerſus, & cum hoc eſt haiuanie non ſequens uoluntatem, ſicut eſt motus cordis, et pulſus Motus uero accidẽtalis ſic ſe habet, quia aut res mota in eo eſt pars rei mouentis, aut locus eius per naturam.

Et ſecundum hoc genus proximum pulſus eſt motus teſcatrie ita, ꝙ diffinitio pulſus eſt ita videlicet Pulſus eſt motus teſcatrie compoſitus ex diaſtole &c. & de proximo adducam huic maiorem declarationem, & in hoc eſt conſideratio, quoniam motus pulſus, & cordis impoſſibile eſt, quòd egrediatur a quatuor membris diuiſionis ſupradictę, propterea ꝙ motus comprehenduntur in eis: verum ſi per motum naturalem intelligatur ille, qui eſt ſecundum viam vnam, tunc egreditur pulſus a motu naturali, & ingreditur in illo motu, qui non eſt ſecundũ viã unam, & ſi per motum naturalem intelligatur ille, qui nõ eſt cum cognitione, tunc pulſus ingreditur in motu naturali, & egreditur a motu uoluntario. Et huiuſmodi quidẽ conſideratio ſexta continet in ſe multas, & exuberantes utilitates, quas non cognoſcunt, niſi illi, qui in hac ſcientia ſtudioſi ualde fuerunt, & auctores diuerſos perſcrutauerunt. Finis Laus Deo.

Expoſitio ſuper fen tertiam primi Canonis

ex libro ſiraxi arabico in latinum deducta per Andream Bellunenſem phyſicum.

Capitulum ſingulare fen tertię de cauſa ſanitatis, et ęgritudinis, & de neceſſitate mortis.

Cõſideratio prima. IN hoc capitulo prima conſideratio eſt de diuiſione medicinæ. Cõmemorantur autem in hoc loco cauſæ ſanitatis, & ęgritudinis, quoniam conſeruatio ſanitatis non fit, niſi cum pręſentia, & aduentu cauſarum eius, & cum remotione uel prætermiſſione cauſarum ęgritudinis & illud fit poſt earum cognitionem. In hoc autem capitulo Auicenna perſcrutatur neceſſitatem mortis, ne exiſtimetur, quòd mortis euitatio ſit poſſibilis, & ne quis ex hac ſcientia mortẽ euitari, ac uitam perpetuo conſeruari poſſe confidat. DIVISIONE PRIma per ly prima excluditur diuiſio ſecunda, & excluduntur etiam alię diuiſiones poſt ipſam, quibus diuiſionibus unaquęq; pars diuiditur in ſuas partes taliter, donec perueniatur ad ultimam. IN PARtem theoricam, & in partem praticam: hoc eſt uerum ꝑp tres rationes, quarum una eſt, ꝙ ea, quæ cognoſcuntur in medicina aut habent eſſe ab electione noſtra, & ab intentione noſtra, aut non ſic: prima enim pertinent ad partem practicam: Secunda uero ad partem theoricam. Secunda ratio eſt, quia tu iam ſciuiſti, quòd intentio ſcientiæ medicinæ eſt conſeruatio ſanitatis exiſtentis, & recuperatio ſanitatis amiſſæ, uel deperditæ. Conſeruatio autem alicuius, & eius recuperatio non perficitur, niſi cum cognitione illius: quare oportet primo, ut ſciatur diſpoſitio, quam neceſſe eſt conſeruari, & quam neceſſe eſt remoueri: & cognitio quidẽ huiuſmodi quandoq; fit ex cognitione cauſarum, & quandoq; ex parte accidentium ſubſtantialiũ, ſeu inſeparabilium, aut non inſeparabilium: quę accidentia ſunt ſignificationes. Et cognitio dependens ab iſtis rebus eſt pars theorica: conſeruatio uero eius, quod oportet conſeruari, & remotio eius, quod oportet remoueri, eſt pars practica. Tertia ratio eſt, quòd intentio ſcientiæ, quę adiſcitur in medicina aut eſt, ut ſcias, q̃liter ſit operãdum, aut non eſt ita. & prima quidem ſcientia eſt pars practica: & ſecunda eſt theorica, uel ſpeculatiua. & unaquęq; denominatur, & refertur ad finem ſuum. Et ſi dicatur, ꝙ intentio medicinæ aut eſt conſeruatio rei exiſtentis, aut remotio rei exiſtentis, quoniam recuperatio ſanitatis deperditæ non eſt poſſibilis, niſi poſt remotionem ęgritudinis, quę accidit. Dicendum, ꝙ illud, quod intenditur in curatione, non eſt remouere egritudinem exiſtentem, ſed recuperare ſanitatem deperditam. quia uero illud non eſt poſſibile, niſi poſt remotionem diſpoſitionis, quę accidit, quare efficimur curantes eam ut [fiat remotio] quare illud, quod quęritur, & intenditur per ſe, eſt recuperatio ſanitatis, & non remotio ægritudinis. Alia ſfa ipſa remo ueatur. Et ſi dicatur, ꝙ ſanitas eſt amiſſa uel priuata, cuius reditus ſeu recuperatio nõ eſt poſſibilis, quoniam a priuatione ad habitum impoſſibilis eſt regreſſio: Amplius finis medicinæ prędictæ eſt finis partis practicæ, oportet autẽ, ut dicatur, & aſſignetur finis comunis, qui ſit finis medicinę abſolutę. Reſponſio ad primum eſt, quòd per recuperationem ſanitatis deperditæ non intenditur recuperatio ſanitatis, quę iã eſt priuata, ſed recuparatio ſanitatis ſimilis ei, aut ipſi ęqualis. Reſponſio autem ad ſecundum eſt, ꝙ illud, quod intenditur per ſe i medicina eſt finis operandi, et nõ finis cõmunis. DECLARAVIMVS TIbi in his, quæ ſunt præmiſſa ideſt in principio libri, et demoſtratio eorũ, quæ præmiſſa ſunt. ſ. ꝙ pars practica nõ ſit oꝑatio, eſt, quòd medicina ſciẽtia ingreditur in una ſpecie pręd icamẽti q̃litatis, & eſt q̃litas ꝓpria habẽtibus aĩm uel apꝓpriata animæ, quoniam eſt ſcientia, ſed ipſa operatio ingreditur in ſpecie alia, quę eſt de qualitatibus ſenſatis: Si ergo practica medicina eſt ipſa operatio, tunc ingrederetur ſenſatum in eo, quod non eſt ſenſatum, uel tunc ſenſatũ prædicaretur de nõ ſenſato, quod eſt falſum. ET POSTquam iam compleuimus ſen primam, & ſecundam &c. quę ſunt ꝑtis medicinę.i. ꝙ pars ſpeculatiua ſeu theorica diuidiẽ in q̃tuor partes. ſ. in ſcientiã rerũ naturaliũ, et ſciẽtiam diſpoſitionum corporis humani, & ſcientiam cauſarum, & ſcientiam ſignorum. ERGO NOſtrũ ſtudium nunc io arabien habetur uchdena ideſt intentionem noſtram. IN DVAbus quę remanſerunt ideſt in conſeruatione ſanitatis, & curatione ęgritudinis. PARS AVtem ipſius practica in duas diuiditur diuiſiones &c. Dicet aliq́s, oportet, ut pars practica diuidatur in tres diuiſiones, uel in tres partes: & illud, quoniam diſpoſitiones corporis humani ſunt tres. ſ. ſanitas, & ęgritudo, et diſpoſitio media: & unicuique iſtarũ eſt regimen appropriatum: quare ſpecies ſeu diuiſiones partis praticę erũt tres. Reſpondetur ad hoc, quod Auicenna negauit diſpoſitionem mediam: & ꝑp hoc regimen ſecundum ipſum eſt

secundum duas dispositiones solum, quę sunt saoitas, & ęgritudo. Et si dicatur, quòd ista responsio non ualet, qm̄ si ita esset, tunc ponentes dispositionem mediam diuisissent partem practicam io tres diuisiones, & tamen nō sic fecerunt, quoniam ipsi etiam diuiserūt in duas taotum. Dicendū est igitur, quòd pars practica diuiditur in duas diuisiones, quoniam corporū, quę habent dispositionem mediam, quędam sunt ita se habentia, quia in eis aggregatur sanitas, & ęgritudo, sicut ille qui est sanus tempore ęstatis, & ęger tempore hyiemis: quāuis absolute non sit uerum dicere, q sit sanus, aut ęger: & tunc scientia regiminis sanitatis eius ingreditur in scientia conseruationis sanitatis, & scientia uel doctrina regiminis suę ægritudinis in scientia curationis: Et ex eis quędam dicuntur habere dispositionem mediā, quia ab eis negatur esse sanitatis in ultimo, & esse ęgritudinis in ultimo: & in istis doctrina regiminis eorū est ingrediens in scientia regiminis corporū debilium: & pp illud pars practica medicinæ est diuisa in duas diuisiones. Verum si forte diuideretur in plures istarū, noo fieret egressio uel lapsus ab eo, quod cōuenit egressione multa. Et est possibile, ut dicatur, q pars practica medicioę diuiditur in duas diuisiones, quarum vna est regimen conseruationis sanitatis: & secunda est regimen eius, qnod est remotum ab ea. s. sanitate: uerum responsio prima est magis cōueniens dictis Auicēnę. E S T scientia regendi corpora sana &c. Sermo quidem de cōseruatione sanitatis pręcedit sermonem de curatione ęgritudinis, quoniam quod intenditur in medicina est conseruatio sanitatis, & quod prater ipsam intenditur, pp eam intenditur: & pp illud pręcedit illud, quod est intentū per se, ad illud, quod est intentum propter aliud.

Cōsideratio secunda.

Consideratio secunda quæ habetur in hoc capitulo est de causis sanitatis, & ęgritudinis. E T D Icemus &c. A Q V E I T A S & tereitas in sanguinē, & spermate mulieris plus abundat &c. & hoc quidem est pp paucitatem caliditatis, & diminutam digestionem materierū ipsius mulieris: & pp has duas rationes augetur aquositas, & tereitas in sanguine mulieris, & spermate ipsius. A R E I T A S uero, & igneitas in spermate uiri magis superat: & hoc pp multam caliditatem ipsius, & augumentum digestionis, uel bonā digestionem materierum: & pp has duas rationes augetur, & superat caliditas, & igneitas in spermate uiri: & non est facta mentio de sanguide uiri. s. an in ipso sanguine uiri sit aqueitas uel igneitas &c. sicut dictum est de sanguine mulieris, quoniam sanguis mulieris efficitur pars embrionis: sanguis uero uiri econtrario. C O A G V L A T I O humida pp cōmunitatē amborū in fluxibilitate, et humiditate: & in eo quod generatur ex ea idest io corpore generato ex duobus spermatibus T V N C illa. s. coagulatio uel induratio prędicta secura esset. A N Ocumentis qm̄ nocumēta accidentia corpori humano aut sunt dependentia ab humiditatibus sitis, aut non suot sic: Et prima aut sunt per consumptionē ipsarum humiditatū, aut p corruptionem earum cum putredine ipsarū ita, ut egrediantur a cōuenientia [pro fomento] uitę: & illud est necessarium in fine rei pp earū priuationem uel consumptionē, & corruptionem earū: secunda uero nocumenta, quę non dependent ab humiditatibus, sunt sicut species solutionis continuitatis, & species uenenorū, & sicut calidū adurens, et frigus congelans. Et nocumeota quidem prima sunt magis digna, ut considerentur io canonibus scientiæ conseruationis sanitatis, aut in cognitioone [cauendi se ab ipsa ęgritudine] & succursu nocumenti accidenti causa ipsorum, quorum facilis est rememoratio in sermone uniuersali. Et homo quidem est dispositus his nocumentis, qm̄ corpus humanum non est possibile, ut sit durū, sicut lapis, aut iacintus, & alia ab eis, immo fuit necessariū, ut esset lene, ut membra eius sint obedientia in motibus, & operationibus: & non est possibile, ut sit corpus lene, nisi sit humidum: & non est possibile ut sit humidū ualde uacuū a siccitate, aliter non esset possibile, ut conseruaret figuras, quoniā humidū sicut faciliter recipit figuras, ita etiam faciliter dimittit eas: & necesse est etiam, ut in eo sit caliditas coagulans, & digerens cibum, & maturans superfluitates, & resoluēs ipsas: & quotiens caliditas est associata humiditati, tunc euaporare facit absq; dubio. Si enim ita se haberet, ut non patiatur a caliditate totaliter, tunc humiditas dominaretur super eam ualde, quasi eam opprimeret, uel suffocaret, & extingueret eam: & sequitur ex hoc, ut corpus sit recipiens nocumenta ista. Solutio uero cōtinuitatis fit pp lenitatē ipsius. Cōsumptio uero humiditatis fit pp resolutionē additā supra mensurā necessariā. Putrefactio uero fit, qm̄ omnis humiditas est suscipiēs actionē unius duarū caliditatū. s. extraneæ, aut naturalis: & est in corpore actio unius earum pp dominium ipsarum: quando enim operabitur caliditas extranea, tūc fit putrefactio. Et aduentus ist[...]ū causarū aut est ab intrinseco corporis, aut ab extri[...]eco, quare quodlibet nocumentum ex eis accidens est [...] duabus causis. Et secundū hunc sermonēm dixit Auicenna E T vnaquęq; ipsarum idest et vnaquęq; species nocumentorum. H A E C I G itur duo nocumenta sunt aliena ab aliis nocumentis, quę pp alias accidunt causas, quoniā illa duo nocumenta sunt necessaria adherentia humiditatibus, ex quibus sunt generata corpora nostra: econtrario autē se habent alia nocumenta, sicut frigiditas cōgelatiua, & sicut V E N E N A. Nota q vbi habetur uenena alia litera habet uentus calidus, & est melior litera pp duas causas, quarū vna est, q in libris antiquorū habetur in exemplis, sicut frigiditas cōgelatiua, & calor adurens: secunda ratio est, q impressio ueneni si fuerit ex morsu, aut mordicatione, aut re simili, ingreditur in specie solutionis cōtinuitatis perniciosa: & si fuerit ex potu, aut simili, sicut linimentum, tunc ingreditur in reliquis ægritudinibus pp aduentum malitiæ complexionis calidæ, aut frigidæ, et sic idem replicaretur multotiens: quare litera, quę dicit ventus calidus aut aer calidus est melior. S E D D V A E species pręd1ctę &c. idest duę species pręd1ctæ nocumentorum prouenientium ex consumptione humiditatis, & putrefactionis eius. V T C O N sideretur in conseruatione sanitatis, quoniā cognitio se cauendi ab eis, & sucurrēdi nocumento accidenti causa ipsarum est ex eis, quorum facilis est appręhēsio in sermone uniuersali. E T vnaquęq; ipsarum. s. duarum specierū nocumenti A C C I D I T vel aduenit ex causis intrinsecis &c. hoc manifestatur ex dispositionibus puerorū, quoniā secundū quantitatem eius, quod minoratur de humiditate ipsorum augetur durities mēbrorū ipsorū, & aptitudo uel potentia operationis ipsorum. Et differentia quidem inter duas caliditates est, quoniam naturalis continue resoluit propterea, q nutritur cū humiditate, & fundatur in ea, et pp illud indigemus restauratione eius, quod resoluitur, ut continua fiat nutricatio successiua. Caliditas uero pręternaturalis, & extranea non resoluit continue, quoniam non putrefacit, nisi in hora, qua calor naturalis deficit ab expulsione ipsius propter aliquam causarum.

Cōsideratio tertia.

Consideratio tertia in hoc capitulo est manifestare necessitatem mortis I N C E S S A N T E R procedit donec compleatur &c. & tunc est consumpta humiditas naturalis, & extincta caliditas naturalis, & est solutus terminus uitæ naturalis, quoniam consideratio extinctionis

caliditatis

Alia līa sua & non sint fomitum

Alia līa se cauendi ab eis.

caliditatis naturalis est ex cōsumptione humiditatis natu
ralis. IN vltima cōsistimus humiditate.s.pp augumētū,
& nō secundū modū, quo fit dominās humiditas super
calorē nostrū: Ideo dicit, VNDE oportet ,pculdubio etc.
ASSIDVE agēdo dū cōtinuatur tēpus impsionis, nō
plōgatur, quin nō appareat exiccatio. CALORE exīstē
te, vt erat, vel calore EXISTENTE secundū suā dispo-
sitionē etc. & illud in ætate iuuētutis, quæ est nobilior æta
tū, QVONIAM materia est minor, qa pars eius est re
soluta. EST magis recipiēs.s.exiccationē pp augumentū
resolutionis. INDE ,pculdubio sequtur etc.s. vt sit fortitu
do exiccationis pp signa fortiora ipsam significantia, aut
pp ea q caliditas est cum dispositiōe sua, & exiccatio est
tēperata. DONEC humiditates cōsumat humiditates su
ple, q sunt subiectū caliditatis naturalis, & pabulū eius.
CALOR inatus secundū diminutionē incedit.s.pp dimi
nutionē eius, in quo subijcit vsq; ad vltimū.i.dusq; per
stat ille defectus ad ultimū.i.ad gradū sanū ACCIDIT
ergo defectus.s.caliditatis in se ipsa pp eius diminutionē.
defectus IGITVR semper augetur, q̄re erit restauratio
minor, q̄ deperditio. DIMINVTIONEM potētie reci-
piēdi materiā suple pp̄ diminutionē caliditatis, et defectū
eius in assimilādo hum iditates loco eius, quod fuit resolu
tū. & MORS subsequitur naturalis, cū nō potest expellere
cōtraria diuersa plurima, q̄ illa, q̄re deficit virtus ab eis,
& fit debilis, et status eius vel vltimitas talis defectus vel
debilitatis est mors naturalis. CALORIS mūdi.i.caloris
aeris, & solis, & est cibus, immo ipsa nō resistit.s.humidi
tas radicalis prima ita, vt resistat hac resistentia, et est nu
triēs, alter.n.humiditates illę absq; restauratione eis adue
niēte ab extra non essent sufficiētes ad resistendū tempo
re vnius ebdomodæ: qualiter ergo essent sufficientes in lō
gitudine vitæ VSQVE ad terminum cum enim perue
nerit ad illum terminum, tunc deficit ab actione in eum.

Consideratio quarta huius capituli est manifestare fi-
nē sciē cōseruationis sanitatis: & ars quidē sanitatē custo
diēdi &c. AB extrinsecis nocumēti sicut solutio cōtinuita
tis, adustio, suffocatio, casus, percussio cū ense, & similia.
& Auicēna nō exēplificauit de extrinsecis, & de lesioni-
bus nō necessarijs, nisi vt sciamus, q si medicus nō habet
ingeniū in expellēdo, & remouēdo a se extrinseca necessa
ria, sicut resolutio, q fit a calore naturali QVAE est se-
cundū hominē absolute. vltima vitæ lōgitudo est centū,
& viginti anni, secundū q dixerūt, qm̄ illud est impossi
bile: Nā resolutio causans mortē, cuius necessitatē mani-
festauimus, est diuersa secundū diuersitatē dispositionis
vel præparationis ad eā merito cōplexionis vniuscuiusq;
indiuidui. quare mēsura eius, quod oportet resolui, ē diuer
sa in indiuiduis. & si esset possibile medico destruere di-
uersitatē pdictā in istis, tunc esset possibile expellere mor
tē, & euitare ipsam totaliter: & illud quia destrueretur il
la pparatio, vel dispositio ad resolutionē totaliter: & tunc
poneretur resolutio fieri secundū mensurā cibi adueniētis:
& tunc fieret restauratio secundū mensurā resolutionis, et
hoc est falsum: Quidā uero arguūt quatuor rationibus
sciam medicinæ esse uanā, nō utilē: prima ratio ipsorū est.
Nā si medicina esset vtilis, & vera, & finis eius sit cōser
uatio sanitatis, & ipsius pmansio, tūc medicus excellentis
simus in arte phiberet mortē a se ipso cōseruando sanita
tē suā, & faciēdo ipsam pmanere in dispositione sua: sed
nō est ita, qm̄ Hypocrates eximius i hac arte medicię, et
alij excellentissimi mortui sunt, & perierūt &c. Secunda
ratio, q medicinę scientia nō sit vtilis est, q voluntas dei
altissimi, & eius scientia, & prędestinatio ab æterno, aut
influxus planetarū, & similia aut exigunt, & necessitāt
cōtrarium eius, quod est finis medicinæ, aut nō: verbigra

Pulcra dubitatio.

utrum medicinę sciē tia sit uana

tia medicus in sua arte intendit, & ,pcurat cōseruare sa-
nitatē regis, aut reducere ipsum regē ab ægritudine ad sa
nitatē: aut ergo voluntas, & sciētia dei ab æterno, & in
fluxus stellarū exigūt, & necessitāt contrariū eius, quod
medicus intendit.s.q rex nō cōseruetur sanus, aut q non
reducatur de ęgritudine ad sanitatem, aut voluntas dei,
& scientia eius pdicta, & influxus cęlestes exigūt illud, q
medicus intēdit de rege. Quòd si exigūt primū.s.contra-
riū finis medicinæ, tūc medicina nō est vtilis: si vero exi-
gūt secundū.s.exigūt id, quod medicus intēdit, tūc medi-
cina non est necessaria ,p cōseruatione regis, & curatione
ipsius, qm̄ illud.s.cōseruatio sanitatis regis, aut liberatio
ipsius ab ægritudine erit absq; dubio, & ex necessitate:
& licet quis vtatur canonibus medicinę, secundū q opor
tet, tamen medicina nō facit impsionē, neq; vtilitatē, qa
illa, quæ voluntas dei, & sciētia eius determinauit, necessa
rio erūt, quare &c. Tertia ratio est, q medici cōueniunt
in hoc, q canones curationis sunt opinatiui, nō sciētiales,
qbus sit innitēdū: cuius signū est, q si plures medici aduo
centur in cura alicuius, tūc ipsi nō conuenient, immo diuer
sificabūtur ita, q vnus eorū tribuet vnā medicinā, & a-
lius altā, neque cōuenient, nisi raro: & habēs talē scientiā
plus errat, q̄ operatur illud, quod est cōueniens, & rectū: &
cū res ita sit, nō igitur talis sciētia. est vtilis, aut necessa-
ria, qm̄ habens eā se habet, sicut ille, qui facit experimen
ta in aliquo absq; scientia, & cognitione. Experimentū
vero huius est timorosum, vt dixit Hypocrates, q̄re &c.
Quarta ratio est, q excellētissimi medici nō possunt ex
pellere omnia nocumēta aduenientia corpori humano: et
scientia, quæ est sic cōdictionata, nō est vtilis, aut necessa
ria, & vsus quidē eius est vanus, seu & occupari in ea est
vanū. Respondendo ad ista argumēta ad primū dicendū,
q causa, quare illi fuerit opinati illud falsum est, quia ipsi
putauerūt, q finis medicinę sit expellere mortē, & ipsam
euitare, & q ipsa medicina deficit ab hac opere nō ualēs
consequi finem prædictum: sed isti falsum opinauerunt,
quoniā expellere mortē non est finis medicinæ, quoniam
illud est impossibile, & nō sequitur, q si hoc nō sit ei pos
sibile, q medicina nō sit vtilis ad alia, neq; eum negatur
a medicina aliquod pticulare, quod est euitatio mortis,
oportet, vt ab ea negetur comune, quod est finis abso-
lute: & talis finis medicinæ absolute est expellere seu remo
uere causas accelerantes exiccationē non necessariam, &
prohibere putrefactionem, & conseruare humiditatem ra-
dicalem a resolutione secundū quantitatē possibilē: & il-
lud cum administratione sex rerū necessariarū, secundum
q oportet in quāto, & quali, & hora, & ordine, secun-
dū q dicemus. ¶ Ad secundā rationē, quāuis multi excel-
lentissimi medici ambigui fuerūt, qualiter sit responden-
dum, tamen dicendū negando impossibilitatem vsus me-
dicinę, licet supponatur causas illas prædictas exquirere
sanitatem regis: & licet causæ prędictę exquirant mor-
tē regis, tamē possibile est administrare medicinā in ipso
rege secūdū modū cōuenientē. immo sicut deus altissimus
determinauit, et pcognouit ab ęterno sanitatē, similiter deter
minauit, et pcognouit vsum medicinę: et sicut determinauit,
et pcognouit mortē alicuius, similiter determinauit, et p-
cognouit lapsum regiminis ab eo, qđ exigit medicina, &
posuit vsū medicinę esse cām sanitatis, et priuationē eius
cām mortis; etsi nō esset illud, tūc possemus arguere, et di
cere cōtra eos, q has falsas argumētationes adduxerūt, q
oporteret, vt homo non haberet curam de cibo, & potu,
quoniam aut causæ prædictæ.s. voluntas dei, & scientia
eius, & influxus cælestes exquirunt, & necessitant, q tu
satiari debeas ab hac fame, & siti, & tunc non est necessa
rius ille cibus, aut potus: & si exigunt, & necessitant illę

saciari debeas.s.absque cibo, & potu,

causæ prædictæ, ꝙ fames tua, & sitis tua permanebit seu durabit, tunc administratio cibi, & potus non expellet illam famem, & sitim immo usus eorū. s. cibi, & potus, & administratio eorū erit vana: & quodlibet istorum est falsum, quoniam sequitur ex hoc, ꝙ esset cibi, & potus sit vanum seu frustra non necessarium omnino, & iste sermo est erroneus: sufficit ergo nobis, ꝙ administratio eius quod exquirit scientia medicinæ, est imprimens in corpus humanū, sicut imprimit id, quod assumitur in cibo, & potu ad expellendam famem, & sitim.

Ad tertiam rationem dicendum, ꝙ defectus prædictus, & ocultatio eius, quod ocultatur de dispositionibus corporis humani, est causa, ꝙ fiant plures canones curationis opinatiui, non ꝑꝑ defectum ipsius artis, sed ꝑꝑ defectum medici, qui non cognoscit, neq; percipit secundum ꝙ oportet: & ꝑꝑ illud medici diuersificantur in curatione, & in medicaminibus, qm̄ accidentia ægritudinis, q̄ ꝑcipit vnus medicus, nō percipit alter: & ꝑꝑ illud diuersificatur cognitio ęgritudinis apud eos, & diuersificatur etiā cura. Et ꝑꝑ hanc causam qn̄ aggregantur medici uere sapientes artem medicinæ, non cadit inter eos diuersitas in specie curationis, sed maxime conueniunt.

Ad quartam rationem dicendum, ꝙ defectus medici in expellendo omnia nocumenta a corpore non est ex defectu artis, immo est hoc, ꝙ corpus ꝑ se, & per naturam suam est expositū corruptioni, & receptioni nocumentorū, quorū remotio & expulsio nō est possibilis. SECVRITATEM ꝓhet putrefactionis. s. hūiditatis. VT cito resoluat, et illud, qm̄ arte medicinę fit, ꝙ id, quod resoluitur ab humiditate cuiuslibet corporis, est cū quantitate necessaria secundū complexionē eius nō addens super eā. ET in ipsius fortitudine idest vt ipsa humiditas uel fortitudo permaneat in fortitudine, & robore, si non accidit ipsi, & corpori eius corrumpens ab extra. VSQVE ad tempus debitum idest cōseruetur humiditas in illo tempore debito. COMPLEXIONEM primā. s. absq; antecessione super ipsum, aut post positione eius, quia humiditates indiuiduorū diuersificantur in radice ꝑꝑ diuersitatem cōplexionis indiuiduorū causantiū diuersitatē in paucitate & multitudine ipsius. s. humiditatis. & ꝑꝑ illud efficiuntur ætates naturales diuersæ, & termini uitę naturales diuersi. ET hoc quidē. s. ꝓhibitio putrefactionis, & præseruatio humiditatis, aut remanentia humiditatis usq; ad tempus ꝓdictū: REGIMEN rectum uel conueniens. s. in comestis, & bibitis ita, ut restauratio adueniens sit æqualis resolutioni, vel rei deperditæ non addens super eā, neque diminuens, qm̄ si adderet super eam, tunc opprimeret caliditatē, & extingueret eam, & esset eius dispositio, sicut dispositio olei plurimi opprimēs, & suffocans flammā lāpadis, & sicut ligna multa super ignē, quāuis cibus in se ipso sit calidus: & ꝑꝑ illud superflua administratio vini efficitur opprimēs caliditatē naturalē: si uero cibus restaurans sit minor, q̄ȝ resolutio, tunc non restaurat deꝑditū, neq; fit appositio loco eius, quod fuit resolutū CAVSARVM siccitatē accellerare. s. aeris superflue calidi, & motibus laboriosis Aliter dicatur, ꝙ causæ siccitatē debere esse facientes sunt causæ intrinsecæ, sicut actio caloris in humidū. EXCEPTIS causis, q̄ siccitatē sicut caliditas aeris, qm̄ nō est possibile, vt ab eo ꝓhibeat, & per regimen custodiens idest ꝓhibens AVT intrinseci idest ille calor extraneus siue sit intra corpus, aut extra ipsum: NON sunt equalia expositio sermonis eius est in fortitudine humiditatis. s. vt remaneat vsq; ad tempus requisitū secundū cōplexionē eius primā. IMMO corpora in his s. ꝑꝑ diuersitatē cōplexionū ipsarū, quarū complexio ex quiris calidū, & humidū proportionatū. SICCITATI necessariæ. i. siccitati vel excicationi cōtinue ex dominio caliditatis super humiditatē a principio generationis. A QVO nō remouetur. i. qui nō ꝑtrāsitur tamē q̄ūq; antecedit. s. super corpus, & custoditur corpus ab aduētu ipsarū causarū adiuuantiū exiccationē ita, vt nō accidat ei AVT alio modo ꝑnecatiū idest ꝑꝑ causas pernecātes, q̄ sunt aliæ a causis adiuuantibus ad siccitatē, uel ad exiccationes. ꝙ ISTI sunt termini vitæ naturales &c. & est, vt sit extinctio caloris naturalis corporis cū consumptione humiditatis naturalis corporis: & q̄uis cōsumptio eius sit ꝑꝑ aduentū causarū adiuuantiū exiccationē, & ipsam accellerantiū, tamen plurimi homines dicūt, ꝙ extinctio caloris naturalis cū cōsumptione humiditatis naturalis ꝑꝑ causas necessitantes exiccationē absq; causis accelerantibus sit mors naturalis, & ꝙ sit terminus uitę naturalis: extinctio uero ꝑꝑ causas accellerantes exiccationē dicūt, ꝙ sit mors accidētalis: alij uero ecōuerso dicūt. TERMINI uero vite accidentales sunt alij, & est, vt nō sit extinctio caloris naturalis cū extinctione humiditatis, vel cōsumptione humiditatis, sed alio modo SECVNDVM obseruationē conuenientiū idest rerū sex ꝓdictarū, & aliarū ex eis, q̄ ingrediuntur in cōplemento huius, qm̄ cōseruatio sanitatis fit cū administratione, & usu rerū conuenientiū, & ꝓportionatarū in omni ætate, sicut distinctæ narrabimus. huius aūt CVSTODIAE. s. custodiæ seu cōseruationis humiditatis a resolutione, & a putrefactione. TEREITATI idest declinās ad tereitatē: AQVEITATI ꝑꝑ dominiū eius suꝑ eā, & qm̄ de natura istius virtutis est, ꝙ assimilat cibū nutrito, & cū hac assimilatione relinquit, & restaurat locū eius, ꝙ fuit resolutū a corpore. VIRTVS pulsatiua idest virtus mouens cor, & arterias dilatando, & constringendo, qm̄ proprietas istius virtutis est generare ex sanguine subtili, & vaporibus eius substantiā subtilē splendidā, quæ est spiritus vitalis deferens virtutē vitalem, cū qua stat vita. & IGNEA idest dominatur super eū ista duo elemēta, & ꝑꝑea ꝙ istæ duæ virtutes sunt cōtinuæ ꝑꝑ regimē corporis in hora uitæ, necessariū est medico solicitudinē habere de ambabus virtutibus: de prima quidem virtute, vt nutrimentū adueniens corpori sit ęquale ei, quod fuit resolutū, nō plus, neq; minus, & ꝙ obseruet ordinē, vel regimen cibi, & declinet appetitū ad ipsum: & in summa cū rebus, quas dicemus ꝓ cōseruatione sanitatis cū cibo: Pro virtute uero secunda sit medicus solicitus, vt aer adueniēs cordi sit mūdus a rebus malis, & sit clarus, & temperatus frigoris in tempore hiemis, & sit frigidus in tempore estatis. et quia dispositio duarū virtutū prędictarū est, secundū ꝙ diximus, & iam sciuisti, ꝙ cibus nō assimilatur nutrito totaliter, & ꝑꝑ illud efficitur cibus adueniens corpori, & aer aduenisns cordi corpori ita se habens, vt de necessitate superfluant ab eo superfluitates: et tales q̄dē superfluitates si remanerēt in corpore, tūc in ꝓcessu dierum aggregatæ opprimerent vitam, & calorē, & superarent virtutem, & aggrauarēt mēbra: Quare deus altissimus ꝓduxit, & creauit eis vasa, q̄bus aggregarentur dictæ superfluitates, & creauit meatus, ex quibus expellerētur, & virtutē, quæ expellere habeat eas a corpore. & ꝑꝑea dicitur, ꝙ corpus est sicut domus regis, in qua sunt ministri, & famuli, qui ꝓ domo seruiunt ministris tribuēdo eis necessaria, & expellēdo superfluitates, & sordicies extra domū ipsam mūdificādo: Rex igitur est ipsa virtus regitiua corporis, & domus est corpus, & ministri sunt membra principalia, & famuli sunt alia membra eis seruientia cū uirtutibus quatuor. s. atractiua, retentiua, digestiua, & expulsiua: Et deus gloriosus videns debilitatem corporis humani, & ꝙ ipsum recipit lesiones ab intra, & ab extra,

nō addēs supra resolutionē sed per eā s. resolutionē necessariā secundum complexionē.

Bona similitudo.

ab extra, ꝑduxit vasa ꝓpria cibo, in quo cibus ipse congregatur, & produxit meatus proprios pro superfluitatibus per eos expellendis. ET VT pro certo sit nutriens in effectu qm̄ cibus verus in effectu est ille, qui iam nutrit, & restaurauit de perditū: Alius uero cibus non est cibus, nisi improprie. ET AD hoc creata sunt instrumenta In hoc loco non dixit hunc sermonē quāuis apparenter sit nō ꝓportionalis et, quod intēditur, nisi vt sciaa, ꝙ istæ virtutes, & ista instrumenta sunt necessaria pro nutricatione, quę pro cōseruanatione sanitatis requiritur, & est necessaria: & est ea eia, de quibus pro cōseruāda sanitate oportet solicitudinē habere. AD hoc sunt creata. s. vt fiat cibus vere cibus in effectu. CAVSARVM COMMVNICANtium et ꝑ hoc excludit causaa nō cōmunicantes, cōmuarū idest necessariarū, dum homo permanet, EQVALITAS COMplexionis cum euentatione facta cum aere, & alijs. ELLECTIO EORVM, QVAE bibuntur, & comedūtur. s. vt id quod comeditur, conformetur, & cōueniat ei, quod resoluitur. ET purgatio superfluitatū. s. vt talles superfluitates non opprimāt virtutē, & suffocent eam. ET CVStodia cōpositionis. s. ꝓhibēdo cōpositionē ab his, quæ alterāt seu permutāt eam. ET REctificatio eius, quod ꝑ nares attrahitur. s. cū rebus confortantibus spiritū. ET rectificatio indumētorū cū rebus facientibus ꝑmanere calliditatē, & humiditatē cū rebus temperatis ET MOderamen motuū ita, vt non cadat in eo superfluitaa resoluena, aut nō dissoluat superflue. SOMNVS & vigiliæ: dictū est enim ante, ꝙ vigilia supflua uehemēa assimilatur motui resoluēti, & somnus vehemēs similatur quieti. QVAE sunt pręmissa. s. in capitulo cōplexionū. NEQVE sanitas immo vnicuiqȝ earū inest latitudo inter duas extremitates. s. inter gradū intensum, & remissum: & intentio huius sermonis est, ꝙ sanitaa oportet vt sit diuersa in Idiuiduis secundū diuersitatē complexionis ipsorū, quia non est possibile huic arti, vt faciat vel ponat sanitatē in indiuiduis similem: & sequitur ex hoc, ꝙ non potest cōseruare iuuentutē: Si enim ara posset conseruare iuuentutem, tunc etiā posset facere cōplexionē in omnibus similē. etc. INTER duas res idest cōplexio sana non est vna complexio tantū, neque est possibile, vt omnia cōplexio sit sana. s. in ultimo: immo quędam complexio est sic. s. sana in vltimo, & quędam non.

Doctrina prima sen tertiæ.

Capitulo de regimine infantis.

VMBILICVM in primis debere incidi &c. si. n. remaneret hoc corpus vmbilicale secundū longitudinē suam, tunc putresceret, & noceret infanti cū odore suo fetido, & fortasse ꝑueniret putredo ad partem interiorē vmbilici. SVPER quatuor digitos si enim incideretur minus hoc, tunc nocumentū accideret infanti. ET vmbilicus, quē oportet incidere ab infante suꝑ quatuor digitos est corpus, sicut intestinū cōtinuū cū vmbilico, per quē aduenit fetui cibus, & respiratio cordis. ET LIgari et oportet quidē ligari post eius icisionē ꝑꝑ duaa causas, quarū vna est aggregatio partiū huiusmodi meatus ad inuicē, et uelox cōsolidatio ipsarū: secūda cā est, vt infans nō ledatur ab aere frigido, qui adueniret ad ventrem ipsius ꝑ concauū vmbilici. CVM lana idest cū filo constructo de lana, qm̄ lana lenis est nō ledens, & etiā qa per huiusmodi filū de lana firma fit ligatura, quia ꝑꝑ sui lenitatē est obediens vel conueniens in hoc: in lana etiā est virtus solidatiua incarnatiua, qm̄ ipsa adiuuat ad exiccationem necessariā ad aggregationē partium illius, quare per filū lanæ ꝑdictam partes vmbilici cōplete constringūtur. MVNDA suple ab eis, quæ ledere possunt infantem cū duritie, & asperitate sua, quare oportet, vt ipsa sit vltima in lenitate NE ledat. s. infantem, seu ne doleat seu dolore faciat, suple lana fortiter retorta cū sua duritie, nā lana fortiter retorta est dura dolorem inducens. SVPER ipsum ponenda idest super locū ligaturæ pecia infusa. IN oleo & hoc ꝑꝑ duaa causas, quarum vna est ꝑꝑ illud, quod est in oleo de calefactione vmbilici, & induratione ipsius, vt non ledatur a frigore extrinseco: & secūda est ꝑꝑ confortationē, & resolutionē, quę est in ipso oleo, Nā ad locū incisionis vmbilici necessario effunditur materia, quare qñ applicatur illud, in quo est fortificatio, & resolutio, tunc resoluitur materia effusa a virtute resoluente, & membrū confortatur a virtute cōfortante, quare nō effunditur ad ipsum materia alia: & vtilitas peciæ infusę in oleo est, vt oleū cōseruetur, & remaneat in loco tēpore longo, quare fit impressio fortior: & oportet vt sit illa pecia ex lino, vt adiuuet ad exiccationē. VENARVM citrinarū idest curcumæ. VMBILICO supponātur & intentio in hoc est exiccatio, & adherentia, qñ. n. trita fuerint, & posita super meatum incisum, abscinditur sanguis, & adiuuatur incarnatio ET IPSius cutis fortis. s. cū exiccantibus humiditatē superfluā mollificātem, quæ remansit ex ventre matris eius. SADENEGI. i. hematites ET origanū & vtilitas quidem permutationis istarū medicinarū supradictarū est addere vel augere resolutionem superfluitatum, & resolutionem humiditatis supfluę, quare augetur ex hoc cōfortatio, et induratio partiū cutis ET IPSius quidem nasus &c. non salsatur & hoc ꝑꝑ duas causas, quia nasus, & os non indiget salitione: iam enim sciuisti vtilitatē salitionis esse indurationem cutis, vt minoretur passio eius a corporibus duris, quæ obuiant, & occurrunt ei, & talis indigentia vel vtilitas nō reperitur in naso, neqȝ in ore. secunda causa est, ꝙ ista duo membra ambo pāniculos habent valde subtilea: si igitur intra ipsos poneretur id, quod mordicat, & excoriat, lederetur infans ab eo PROPTER cutis eius subtilitatem, quare patitur a q̄libet causa, aut hoc est ꝑꝑ debilitatem illius, ET ꝑꝑ calorem eius qm̄ ipse est fortis ꝑꝑ propinquitatem eius ad suum principium vel initiū, sicut in primo libro præmisimus. SENTIT durum, & frigidū &c. qm̄ est permutatus a loco molli leni calido: & cōtraria rebus istis imprimunt in eo impressionē fortem. DEINDE cum aqua &c. s. post salitionem, siue ipsa salitio relinquetur, siue non CVM aqua tepida ipsum lauabimus obstetrix debet lauare ipsum cū aqua tepida, vt nō remaneant porrositates obtusę cōstrictæ ꝑꝑ salem, & ne ꝓhibeatur resolutio humiditatū superfluarū, & etiā vt quiescat corpus, & mundificetur ab abstersione salis, & ipsius mordicatiōe. CVM aqua tepida lauari debet, vt caliditas aquę sit ei cōueniens, & similis, quoniam calor est mordicans, & frigus est cōgelans. AMBAS nares vt nō constringantur ex mucositatibus in eis retentis, quare cōstringatur hanelitus, tunc enim ꝓhiberetur aer ascendere, & penetrare ad id, quod oportet, quare exiccabitur guttur eius: & superfluitates etiam quando aggregantur, putrescunt in processu temporis, donec ipsæ putrefaciunt membra eis vicinantia, & humiditates illic existentes, quare alteratur aer, & corrumpitur, & peruenit ad cor eius, & cerebrum ipsius per hunc modum, quare nocet eis, & corrumpit complexionē ipsorum. QVORVM vnguea sint incisæ, vt vngues sua duritie non vlcerent interiora nasi. IN eius oculos ut abluantur tunicæ ipsorū, & abstergantur: & oportet ut hoc oleum sit oleū on-

In lana est uirtus cōsolidās incarnatiua.

fancinum, ut confortatio eius plus sit, q̃ eius resolutio ꝓp indigentiam infantis ad illud. MINVTO digito pp eius tenuitatem. V T aperiatur quoniã non emittebat p annũ ꝫgestiones, dum erat in uentre matris eius. N E ipsum frigus tangit.s.hora apertionis anni, & excitationis ad ꝫgestioneẽ, quia tunc discoperitur V T super ipsum ponatur cinis. Intentio in hoc est exiccatio illius loci cum exiccatione forti, ut consolidetur fortiter, & securetur ab eius apertura, & pp illud præcipitur eius tritura, & mixtura cũ vino, quoniã ipsum addit in cõfortatione & stipticitate cum hoc, ꝙ calefacit stomacum, & intestina, quæ ambo per ipsum vinũ confortantur. ARCVB est vngula calcanei animaliũ quadrupedũ, quæ quidem vngula in parte posteriori pedũ situata nõ tangit terrã. V T fascietur vtilitas fasciæ seu fasciationis est, ut conseruetur situs ptium corporis eius, ut partes ipsius duræ non torqueantur, & ut superfluitates resoluantur ex uirtute cõpressionis factæ, vnde membra indurantur. Et oportet ut sit fasciatio super uentrem infantis feminini sextus mollior, & magis laxa, q̃ illa, quę fit super ventrem infantis masculini sexus, ppea ꝙ femina indiget vẽtre maiori pp impregnationem CVM facilitate uel suauiter, ut per hoc gradatio fiat ad fortem cõpressionem fasciæ: & illud, quoniã cõpressio, & fricatio sunt ex rebus adiuuantibus ad exiccationem uel resolutionẽ superfluitatũ: & venter infantis quãdoꝙ est tantæ lenitatis, & subtilitatis, & tenuitatis in cute, ꝙ nõ tollerat species fricationis, nisi leues, uel lenes: & pp illud oportet, ut obstetrix incipiat tangere mẽbra cũ facilitate uel suauitate, postea gradetur ad fortiorem tactũ & compressionem: & obstetrix assiduet ducẽ manum super corpus illius tunc in partibus diuersis, donec ꝓcedat fricatio super superficiẽ omniũ lacertorũ: & studeat in forma membrorũ, ne difformis efficiatur, E T quod dilatandum fuerit dilatare.s.& est indigens dilatatione, sicut frons, & pectus, & palma manus, & pedis. ET quod est subtiliandũ subtiliare idest quod oportet subtiliare, sicut nasus, & digiti. SECVNDVM conuenientiorẽ figuram figurare, qm̃ membra in hac hora sunt lenia recipientia omnem figuram. CVM extremitatibus digitorũ qm̃ ipsę sunt leniores, q̃ aliud, quo possit fieri compressio. Q V O D quidem multis.s.cõpressio & dilatatio, & subtiliatio, & formatio multis uicibus est facienda, ut membra acquirant illam formã, & non deperdant eam. SICVT seta.s.in confortatione sua, ut remoueatur ab eis lipitudo, & non ledantur ipsi oculi cum se aspera. V T vrinę exitus etc. qm̃ si uesica nõ cõprimeret, fortasse retineretur in ea vrina, & fieret lesio ab ea, qm̃ uirtus expulsiua infantis est debilis, quare nõ potest expellere vrinam: & iterũ quia meatus sunt humidi, lenes valde, quare sunt clausi, & oppilati a pte superiori ipsorum usꝙ ad inferiora, vnde difficilis fit exitus vrinę ex eis: vrina etiã tunc est paucæ acuitatis, & mordicationis pp dominiũ lactis, quare nõ est sufficiens ad excitandũ uesicã ad expellendũ vrinam pp paucitatem sensationis eius: & etiã quia exitus vrinæ indiget, ut musculi uesicæ apiantur, & hoc non fit, nisi cum uoluntate, q̃ in infantibus est debilis: & pp illud oportet, ut moueantur musculi vẽtris cõprimentes uesicam, & illud nõ fit, nisi cũ uoluntate, quare cõpressio obstetricis facta super eos suplet vicem illius, q̃re qñ vesica cõprimitur, egreditur vrina, DEINDE.s.postq̃ obstetrix se expedierit ab eis, quæ diximus. MANVS ipsius.s.infantis ita, vt fasciatio nõ faciat ipsas permanere curuatas. & BRACHIA vt sint extensa, & fasciatio nõ torqueat ea SVPER caput vt cõseruetur figura vel forma capitis, & ut non adueniat cerebro frigus, vnde accidat catarrus. A D dormiendũ.s.ut quiescat virtus post inunctionem, & fricationẽ, & vt bonificetur digestio. I N domo temperati aeris vt nõ noceat ei calor, aut frigus. Q V AE non sit frigida ex hoc manifestatur, ꝙ præseruatio uel custodia a frigore oportet, vt sit maior, q̃ præseruatio vel custodia a calore, qm̃ passio a frigore est maior, q̃ passio a calore: Calor enim est magis ꝓportionatus cõplexione illius. VMBRAE attineat et tenebrositati aliquantulũ attineat, idest declinet vt aggregẽtur spiritus uisiui, & nõ distrahantur ab aere luminoso ualde: et pp illud debet cuna infantiũ cooperiri cũ panno nigro, aut celesti. A SVperante radio vt non resoluantur, aut distrahantur spiritus visiui, qm̃ sunt debiles susceptibiles resolutionẽ, & distractionẽ. ET oportet vt caput eius &c. SIT altius &c.s. vt elongetur caput a receptione superfluitatũ, & vt faciliter descendant superfluitates cerebrales, & vt descendat cibus ad fundũ stomaci ipsius. ET obseruandũ erit, ne cũ dormierit etc. vt nõ remaneat pp causam fasciæ secundũ formã tortuosam CVM aqua suaui equali seu temperata timendo dominiũ resolutionis in HIEME &c. AD calidiratem trahat &c. vt opponatur frigori aeris hiemis. NON mordicantẽ vt non ledat sui mordicatione. POST somnum longum.s.vt iam sit cõpleta digestio cibi sui, & superfluitates vrinæ, & ꝫgestiones sint iam expulsæ, & vt remoueantur materię expulsæ ad supficiẽ cutis, vel ad exteriora cutis cũ sudore: & talis hora est principiũ diei, cũ somnus longior secundũ plurimũ fiat in noctę. AVT ter secundũ multitudinẽ sordiciei, & sudoris, & paucitatẽ amborũ AD id quod sit magis tepidum vel ad id, quod magis declinat ad tepiditatem, vt asuescat, & non fiat balneatio cũ aqua calida, aut temperatæ caliditatis et nociua ita, vt si alterabitur, ledatur ex ea. IN estate vt cõfortetur, & induretur cũ ea cutis, & porri cõstringantur, vt hoc ꝓhibeatur a resolutione. IN hieme uero non separet scilicet obstetrix & TEMPERATAE caliditatis, vt opponatur frigori aeris hiemis. ET RVbere incipiat significat enim corpus esse mundificatum, & non pertranseatur iste terminus, q est rubedo cutis, & eius tumefactio, ut non resoluantur humiditates, quia ipse uelociter recipiũt resolutionẽ pp earũ subtilitatem. IN eis ingrediatur pp debilitatem uirtutis expulsiuæ ipsarũ, timendo ne accidat ulcus, aut aliud in auribus ipsorum: & via pseruãdi ab hoc est, ut obstetrix sugat aures infantis, vt egrediatur aqua, quæ in aures descendit vel fluxit ET super brachium sinistrũ, ut obstetrix cũ maiori habilitate possit fricare, & abluere cum manu dextra, qm̃ operatio & actio fit cũ manu dextera. SV per pectus suum qm̃ pp sui duritiẽ non timetur nocumentũ, sicut timetur, si poneretur puer appodiatus super uentrem suũ pp sui lenitatem: Et non debet puer poni super dorsum eius, quãuis sit durius, ne grauitate extremorũ iuncturę spondiliũ incuruentur ad intra, & non timetur apud appodiationẽ pueri super pectus, qm̃ plicatio ad anteriorẽ partem nõ est cauenda: & iterũ si puerũ lauabimus secundũ hanc formam.s.super pectus iacendo, erimus securi ab ingressu aquæ in aures: Et vtilitas quidem accipiendi, & lauandi puerum secundũ hunc situm est, ne torqueantur, neꝙ ledantur mẽbra aliqua ipsius infantis. S V B T I L I T E R E T S V A V I T E R ita, ut nõ accidat contorsio, aut alteratio, qm̃ propter subtilitatẽ, & tenuitatẽ uelociter recipit ista duo. Et solicita sit obstetrix tẽpore ablutionis tendere manus ipsius infantis ita, ut quandoque ad dorsum eius, & qñꝙ ad partem posteriorẽ. C A P I T I S eius cum facilitate quantũ est possibile: & intentio in hoc est lenificare iuncturas eius, & similiter fiant in pedibus ita, ut plicentur crura eius qñꝙ ad coxas, & qñꝙ extendãtur

Grauitate extremorum.s. capitis & pedum.

tur

tur secundũ re-ctitudinem seu in longũ, & totũ illud fiat cũ summa facilitate. DEINDE mollibus pãnis ut nõ ledatur cutis ex aspertrate ipsorũ. ET suauiter terga tur ut nõ ledatur ex duritie. SVPER uentrem suum ia ceat ita, ut situetur, & ordinetur quodlibet membrũ in suo situ. POSTEA super dorsum qm̃ dorsum est du rius, & magis cõseruans mẽbra ipsius lenta, quę indigent substẽtaculo uel eo, super quod tundent. ET cũ hoc toto idest cum hoc modo tacẽdi ipsius. DEINDE reduca tur idest post tersionẽ, & exiccationem, & cõpressionem facilẽ, & figurationẽ REDVCATVR. s. quodlibet membrũ ad sitũ suũ necessarium & sibi conuenientem. CVM panno idest cũ fascia, & nõ oportet facere hoc, nisi ut cõseruet quodlibet membrũ in sua figura, q̃ sibi cõuenit, et requiritur ET IPsorũ tunicas idest superflui tates cõtentas in eis ꝑ Et oportet etiã cõsiderare de somno, & uigilia ipsius infantis, an repiatur motus, & agita tio corporis infantis, ꝙ si fuerit aliquid illorũ, tũc oportet ꝑscrutari, & nõ ꝑtermittere illud, qm̃ infans non potest narrare nocumẽta, quæ accidunt ei, uel ea quę ipsum le dunt, & molestãt: & nõ cognoscitur hoc, nisi ꝑ agitatio nẽ, & inquietudinẽ ipsius infantis, ꝙ si nõ remouetur il la inquietudo ab ipso, & infans uociferat, tunc sine du bio illud causatur ex nocumẽto corporis eius, aut animæ ipsius. Et infans quidẽ plorat aut pp dolorẽ accidentem ei, aut calorẽ, aut frigus, aut famẽ, aut pp pediculos, aut pulices, aut cimices ledẽtes ipsum, et mordicãtes: ꝙ si fue rit aliquid horũ, tunc properandum est ad remouendum, & expellendum illud ab eo.

Capitulo secundo de regimine lactationis.

OMNIBVS modis, quibus est possibile lac ma tris &c. non uult ꝑ hoc Auicẽna: ꝙ oportet lacta re infantẽ lacte matris suæ quacũq; quãtitate pos sibili: Quomodo enim hoc est uerissimile, cũ nos ꝓhibea mus infantẽ sugere lac matris suæ in hora ꝑtus uel ei ꝓ pinqua, & in hora, qua lac matris, aut eius cõplexio est corrupta? immo Auicẽna uoluit ꝑ hoc, ꝙ quotiẽscunq; est possibile infantẽ lactare lac matris eius, oportet ut la ctet ex ea, non ex alia: qm̃ illud est ipse cibus, quo nutrie batur infans, dũ erat in matrice. Quòd si dicatur, ꝙ di ctũ est in his, q̃ sunt ꝓterita, ꝙ lac fit ex sperfluo sangui nis mẽstrui, qui nõ erat cõueniens cibus embrioni: quali ter ergo nunc dici potest, ꝙ sit cibus ipse, dũ erat in matri ce? Dicemus, ꝙ lac nõ fit nisi ex superfluitate nutrimen ti embrionis, dũ erat embrio in matrice, cũ aũt est fetus extra uterũ matris, tunc illud, quo fetus prius nutriebat, efficitur ipsummet lac etiã, uel cõuertitur ipsummet i lac etiã. Et superfluũ, quod prius cõuertebat in lac, dũ erat infans in matrice, nõ est remotũ ualde a natura sanguinis illius tũc nutriẽtis ipsum fetũ: & si nõ, tunc nõ accideret ex eo illud, quod accidit in nutricatione eius in alio tempo re, uel in alia hora: quare tũc est totus sanguis, ex quo ge neratur lac post partũ, similis substãtię sanguinis nutriẽ tis fetũ in dispositione, qua ipse erat in matrice: & pp hoc dixit, ꝙ magis simile existit etc. & FVERIT lac etc. lac qdem prius erat ipse sanguis mẽstruus pp cõmunitatem matricis, et mamillarũ in uenis nutriẽtibus ipsas ambas: Et in hora, qua est embrio in matrice, uadit sanguis men struus cũ totalitate sua ad matricẽ ad nutriendũ embrio nẽ: post uero separationẽ, & exitũ ipsius extra uterũ tũc sanguis prædictus uadit ad mamillas pp nutricationẽ: & talis sanguis nõ albificatur in mamillis, nisi qa occurrit carni glandosę albę causanti dispositionẽ uel ꝑparationẽ ad albedinẽ in eo, cui occurrit: & cũ aliquid disponit ad albedinẽ, albificat. et Auicẽna dixit, magis simile existit substantiæ nutrientiũ præteritorũ, & nõ dixit, ꝙ sit ipsa met substãtia nutrientiũ ꝑteritorũ, aut pp ꝑmixtionẽ su perfluitatiũ cũ eo, quod erat nutrimentũ, aut ppea ꝙ san guis menstruus, q efficitur nutrimẽtũ, qñ eleuatur ad ma millas, & cõuertitur in lac, nõ remanet, sicut erat prius, immo alteratur ab eo, quod erat, alteratione quadã: uerũ nõ diuersificatur in forma specifica: & pp illud dixit ma gis simile existit substantiæ nutrientiũ ꝑteritorũ. ET est magis recipiẽs hoc et magis cõsuetũ et, Nã aliqd cõsuetũ melius est, q̃ nõ cõsuetũ, qm̃ natura est eo assueta, et fecit illud sibi cõueniens: & pp illud ęgritudines malę cõsuetæ accidere alicui sunt minus timorosæ illi, q̃ illæ, q̃ nõ sunt cõsuetæ, q̃uis ęgritudines consuetæ sint in se ipsis magis timorosę, q̃ non consuetę. Et pp illud qñ aliqua species exercitij, aut cibi, aut rei alterius est consueta in dispositio ne sanitatis, tunc eius administratio est medior, q̃ admini stratio alterius, quãuis illa alia nõ consueta sit nobilior: Et experimentũ quidẽ, & ratio cõueniunt in ueritate hu ius rei. Et cum res ita sit, tunc sequitur, ꝙ lac magis cõue niens infantibus est lac matris suæ, si non accidat ei, quod alteret, & corrũpat ipsum, quoniã est cibus consuetus: et pp illud infans magis delectatur eo, & peruenit illa dele ctatio ad hoc, ꝙ sedat plurimas lesiones, et dolores ipsius infantis. Et solicitudo quidem diuina disposuit, ꝙ infans nutriretur cibo simili ei, quo prius nutriebatur. Et cũ res ita sit, data est a deo uirtus, per quam sciatur ista cõue nientia: & pp hoc qñ infans approximatur papillę ma millarũ, festinat ad capiendum eam, & sugendũ lac eius absq; doctrina. ET est et magis cõsuetum Et intentio ꝑ hunc sermonẽ est significare, ꝙ lac matris est consuetũ infanti, & hoc qm̃ acceptio extremi mamillę matris in ore ipsius non est remouens nocumentũ eius, nisi quoniã ipsa acceptio prædicta est causa, ꝙ ipse infans occupat, & diuertitur ab appręhensione nocentis, & non est occu patio illa ꝑꝑ superfluã lesionẽ, sicut qñ ꝙ diuertitur, & occupatur homo in lesione forti a sensatione, qm̃ acceptio extremi mamillæ in hore infantis ꝑdicta, & eius suctio nõ est nociua, nedũ ꝙ sit magis nocens, q̃ illud, a quo in fans molestatur: Delectatio enim est conueniẽtis, inquã tum est cõueniens, acceptio igitur extremi mamillę ꝑdi cta, & eius suctio remouet nocumentum ab infante pp superfluã delectationẽ in tali suctione: & non fit hoc, nisi qñ accidit acceptio extremi mamillę in ore infantis ꝑdi cta, & suctio lactis. Delectatio igitur uehemẽs accidit in fanti ex acceptione extremi mamillę, et ex suctione lactis cõuenientis. Delectatio enim est appræhensio rei conue niẽtis inquantũ conueniẽs. Et per hoc affirmandum, ꝙ Auicẽna uelit dicere, ꝙ cũ tam expꝫientia uerificat, ꝙ ac ceptio ipsius papillæ seu extremi mamillæ matris facit infantẽ qescere, & liberari ab eo, quod ei nocebat, & ab eo occupari, seu diuerti, & si talis acceptio papillę, quæ per se nõ quęritur, facit hoc, quod est dictũ, quanto ma gis iudicandũ, ꝙ illud, quod ꝑ se queritur, quod est lac matris faciat infantẽ quiescere, & delectari ut dictũ est? BIS aũt, aut ter in die suggere etc. hoc qdẽ nõ fit, nisi ut nõ accidat intromissio cibi sup cibũ, qm̃ declarabimus, ꝙ cibus remanet i stomaco sex horis, aut duodecim ho ris, idest nõ antecedit digestio supra sex horas uel digestio non fit ante sex horas, neque tardatur post duodecim horas. & nõ est dubiũ, ꝙ lac est cibus infantiũ, q̃re opor tet, ut consideretur in eo hoc regimen, quod est, ut sit iter vnam vicem, & vicem lactandi tempus, quo digeratur cibus primus ante descensionem uel acceptionem secũdi: & minus tempus est octo horis ET IN primis idest i principio lactationis MVLTVM lactandus, immo

Nota tempus remanentię cibi i stomaco.

oportet, ut sit illud cum gradatione timendo, ne grauetur stomacus, & accidat ei species malitiæ digestionis q̃ ipsum PRIVS lactat idest in principio lactationis eius. COMPLEXIO matris eius temperetur, a suo lapsu causato ex dolore ptus, et lac ipsius sedetur etiam a sua cõmotione, quæ accidit ex agitatione partus, & expulsione superfluitatum corporis eius aggregatur tempore imprægnationis, PARVM MELlis quoniam stomacus infantis est frigidus humidus indigens eis, quę calefaciũt, & exiccant: in melle autem sunt istæ duæ operationes, q̃re conueniens est eius administratio. EX lactæ quoq; &c. est emulgendum, quoniam lac, quod est in papilla mamillæ uel in extremo mamillæ, aut ei pximũ, corrũpit̃, qm̃ sgrossatur, & congelatur ppea, q̧ ibidem est elongatum a calore naturali cum hoc, q̧ lac uelociter recipit corruptionem, aut propterea q̧ lac ibidem existens est subtilis pauci nutrimenti: cuius accessio ad illum locum papillæ fuit pp̃ eius subtilitatem: quare emulgendum est bis, aut ter, ut expellatur illud subtile, deinde lactetur, ut nutriat̃ infans lactæ temperato, & magis conuenienti pro nutricatione. MACVLA quod enim est retentum in extremo mamillæ, aut in loco ei proximo, tunc habet maiorem maculam seu malitiam, & corruptionem pp̃ illud, quod diximus. DVM est ieiuna &c. quoniam caliditas eius magis acuitur, & accenditur tunc: & generatur tũc lac malum ex materia mala, & in hora uacuitatis stomaci a cibo attrahitur materia mala ad mamillas, quare infans nutritur eo, & leditur. MOTVS lentus uel suauis ut resoluantur superfluitates, & uiuificetur caliditas naturalis: Iuuamentum uero cantilenæ est, quia ipsa remouet tristitiam, & angustiam, & letificat animam, & delectat eam: & hoc quidẽ fortificat cõplexionem uel confortat cõplexionẽ spirituum. Et experientia testificat illud, qm̃ puer, cũ plorat, aut accidit ei res nociua, aut motio, quiescit, & sedatur, & q̃nq; dormit pp̃ cantilenam: & illud, qm̃ musica est uehementer cõueniens cõplexioni animę sensitiuæ, sicut scientiæ sunt cõuenientes animæ rationali. Et q̃n accidit uel accurit armonia delectabilis, tunc soluitur anima a re tristi ledente: uel nociua, Et pp̃ contractionem animę, & spirituum ad interiora in hora quietis, accidit somnus. Quòd aũt motus lentus adducat somnũ est ppea, q̧ elleuantur uapores ex resolutione humorũ ad cerebrum, & repletur cerebrum ex illis uaporibus, vnde causatur somnus, & propterea q̧ motus lentus, & cantilena delectat, pp̃ illud medici ingeniosi pręceperunt administrationem amborum post lactationẽ infantis. REcipiendi hæc duo, s. motum, & cantilenam, immo quodlibet illorũ: si enim recipit primum, tunc membra sunt obidientia motui, & inclinantia ad motum, & non patiũtur ab eo immo corpus eius delectatur eo, & quiescit, & alleuiatur, & dormit pp̃ ipsum, & fortificatur digestio et fit aliud ab ea. Ex secundo uero, s. ex cantilena puer letatur, & non patitur, & ex ea causatur quies, & tranquillitas SCIETVR quantum &c. & intentio p̃ hoc scire seu per hanc cognitionem est, ut p̃ quantitatẽ, quam puer tollerat de exercitio, & cantilena, fiat gradatio i additione ipsorum. ¶ Consideratio de electione nutricis. INTER eam & partum inter eam idest inter ipsam nutricem, & partum, FVERIT REPERTA. s. nutrix. VT EIVS NVTRIENTIA bonificentur seu fiot bona & summa horum uerborum est, quòd nutrientia ipsius nutricis sint bona, & conuenientia lacti cum cautella, & abstinentia a cibis malis ledentibus lac, & corrũpentibus ipsum, sed cũ distinctione, et in pticulari loquendo sermo Auicennæ est, quãdo dicit, ET fiant ex tritico bono. triticum enim bonũ nutrimẽtum præbet bonum, & impinguat corpus, & confert tussi, & sputo sanguinis, & asperitati pectoris, et cãnæ pulmonis, & augumentũ facit in spermate, & lacte augumento ultimo. ET CANdarusio Candarusiũ est species frumenti romani: & eius magnitudo uel quantitas est inter ordinem, & frumentũ: & eius quantitas est magis pxima ordeo, & non habet corticem: & plurimum de eo reperitur in regione Italiæ, & romaniæ grecæ: & eius complexio est magis ppinqua complexioni frumenti, & est boni nutrimenti, generat sanguinem conuenientẽ, & augumentũ facit in lacte, quoniã stringit naturã. & PISCIVM quorum caro non est dura &c. ita ut sit cibus subtilis declinans ad humiditatẽ, proportionatus cõplexioni infantis, vnde cum eo facilis fit nutricatio. LACTVCE Albadarugi seu badarugi quid sit scribitur in libro Ebenebitar, quod est species zimi habentis folia lata, & de eo scribitur etiam in secũdo Canonico. & alio nomine appellatur alhuch uel hanch. QVOQVE &c. quia multiplicant lac, et generat bonũ sanguinẽ. & AMIGDALE. s. dulces sunt etiam laudabiles. & AVELANE & fistici sunt et medullis laudatis pp̃ declinationem earum ad caliditatẽ, & humiditatem. ERVCA est herba nota aqua est cauendũ. & ALBEDARVGI dixit Rasis, q̧ ppriet as albedarugi est exiccare lac. & IN MENTA est eius virtus pp̃ exiccationẽ fortẽ. & COMPLEMENTI Non oportet, ut nutrix sit iuuenta, nisi ut eius complexio sit fortior, & sanior: Nam sanitas senis, & infantis, uel puellæ declinat, uel est remota a cõplemento, & perfectione: de infante quidẽ est manifestum, sed de sene pbatur, quia uirtus eius tendit ad diminutionem, & caliditas eius ad minorationem, & resolutionẽ: cõsistens uero seu etas primi senii est propinqua senectuti: in etate pueritiæ dominatur humiditas super caliditatẽ. IN FIgura per figuram intelligitur hic color, & forma corporis in matie, & raritate, & spissitudine ipsius, & soliditate, & lenitate, & asperitate, & pinguedine, macredine eius. et COMPOSITIONE eius intentio per compositionẽ est cõpositio corporis ipsius nutricis, quæ cõpositio debet esse bona. BONI coloris quoniã bonus color sequitur æqualitatem cõplexionis eius, & illud quando color est splendidus habens albedinem pmixtam cũ rubedine, & q̧ cutis sit mollis cũ bona statura corporis, & lineamẽtis eius, et extrema sint subtilia: hoc quidem est iudicium figuræ ex parte coloris, et quę ei uicinantur. Quæ uero iudicantur ex parte formæ corporis nutricis est, ut ipsa sit ęqualis ita, ut non sit nutritũ extenuatum habens corpus rarũ, neque spissum, solidum, quia ista significent corpus lapsum a temperato. Iudiciũ uero ex parte cõpositionis corporis eius est, q̧ oportet, ut nutrix habeat collum forte, et pectus amplum, et reliqua. PECTVS amplum qm̃ illud sequitur fortitudinem cerebri, et cordis, et sanitatem instrumentorũ anhelitus. qm̃ pectus strictum est pręparatũ ad catarros, et sputum sanguinis. MVSCVLOSAM etc. idest; habens musculos magnos, qm̃ illud fit pp̃ perfectionem uirtutis augumentatiuæ, et ex vberatiuã caloris naturalis. DVRAM habens carnem qm̃ illud est propter paucitatem humiditatis superfluæ, quare corpus est magis sanum ppea, q̧ parũ recipitur de putredine. MEDIAM inter pinguedinem etc. hoc enim fit pp̃ æqualitatẽ cõplexionis. CARNOSAM qm̃ multitudo carnis pfectior, et cõuenientior est ad generadũ lac, q̃ multitudo adipis pp̃ illud, q̧ sciuisti de carne, q̧ ipsa fit ex sanguine spisso, q̃re pinguedo, et adeps fit ex aquositate et unctuositate sanguis. Et iterũ qm̃ multitudo adipis, et pĩguedinis nõ fit nisi cũ debilitate caliditatis naturalis, præcipue multitudo

Puto q̧ caddarusiũ sit granũ, quod Veneti farro apellãt & in ferculis administrãt.

tudo pinguedinis,& adipis in corpore toto: Multitudo.n. ipsarum appropriata alicui membro non denegat virtutem caliditatis naturalis,& propter hoc fit adeps iuxta cor multus:& vltra hoc oportet, ut sit adeps carnosus moderatę,qm̄ superfluus nocet multis modis,quorũ vnus est,quoniam mulier fit grauis per ipsum , & prohibitur ab operationibus,& motibus necessariis in regimine infantis:Nocet etiam,quia pinguedo superflua grauat virtutem,& prohibet ab eis,quę fieri,& operari debent ab ipsa:& non est dubium,ꝙ ex hoc generatur malitia lactis. Nocet etiam pinguedo superflua,siue sit carnosa, siue adipina,quia ad ipsam sequitur frigus,&congelatio caloris,& hoc causat paucitatem lactis,aut eius malitiam, SECVNDVM MOres vero idest condictiones vero in moribus nutricis.E T LAVdabilium quoniam mores mali significãt malitiã complexionis extra temperamentum , aut a radice seu a generatione , aut acquisitam , aut propter consuetudinem malorum morum,aut propter aliquid aliud,& illud corrumpit complexionem lactis , & lac postea corrumpit complexionem infantis. ET FORTASSE per mutatur vel transeunt contagiose ad infantem lactentem,idest omnes illi mali mores per mutantur,& transeunt contagiose ad infantem: ęgritudines autem contagiosę , sicut scabies,lepra, & pestis &c. transeunt ad alium hominem sibi vicinum : sed qualiter transeant mali mores ex nutrice ad infantem sugentem lac eius dicendum,quod hoc non fit,nisi propter cibationem lactis propter vehementem dispositionem , quã lac nutricis causat in infantem:ET PROPTER hoc prohibuerunt quidam idest quia mores,& ęgritudines transeunt de lactante seu nutrice ad infantem vel puerum lactẽtem,prohibuerunt quidam,ne STOLIDA lactet scilicet ne eius stoliditas transeat in infantem causa nutricationis cum lacte ipsius. PARVAM habeant solicitudinẽ & parum blandiatur scilicet propter malitiam morum ipsius nutricis stolidę CONDICTIONES vero quę in forma mamillarum &c.ipsas esse solidas,idest habentes partes vnitas,quoniam illud causatur propter paucitatem humiditatis superfluæ. MAGNAS vt capiant de lacte quantitatem maiorem:Paruitas enim mamillarum non est nisi propter paucitatem materię,ex qua sunt generatæ,& propter debilitatem virtutis,& quodlibet horum est malum. NON sint laxę,quia significet multitudinem humiditatum superfluarum. EXTENSAE vel superfluę magnitudinis,quoniam hoc non fit, nisi propter superfluitatem in multa materia quam operatio caliditatis naturalis in ipsis mamillis magnis est , debilis absque dubio,quoniam etiam lac in mamillis magnis valde, existens in extrema parte ipsarum mamillarum est valde remotum a corde,quia etiam est remotum a calore naturali. INTER duritiem & molitiem mediocres quoniã istud sequitur mediocritatem in humiditatibus,cum lenitas vehemens fiat propter multitudinem humiditatum mollificantium,& durities vehemens propter melancolicam cõplexionem. SECVNDVM qualitatem non lactis &c. idest condictiones vero in qualitate lactis nutricis, q̃ sunt verum fundamentum in ellectione nutricis , quandoque enim nutrix est iuuenis, & sanum habens corpus,& cõplexio mamillarum eius est debilis,aut mala corrumpens lac,quod est cibus infantis : & quandoque nutrix est debilis,& tamen complexio mamillarum eius est fortis valde,quare generant lac conueniens. IPSIVS substantia sit moderata vel ęqualis,quoniam hoc causatur ex completa digestione aquositatis , & caseitas ipsius lactis, quoniam caseitas significent dominium partium casearum super ipsum lac,& sequitur hoc malitiam digestionis,& defectum virtutis a digestione,& a sua conuersione.& iterum quoniam spissitudo substantiæ significat dominium frigoris,aut partium melanconicarum in eo: & subtilitas substantiæ lactis significat multitudinem aquositatis,& dominium eius super ipsum lac:& ex hoc sequitur inflatio,& rugitus æqualitas autem substantię lactis significat ęqualitatem complexionis scilicet mamillarum in caliditate,& frigiditate, si enim esset complexio calida ingrossaret lac pp resolutionẽ subtilẽ : & si esset complexio mamillarum frigida , tunc lac fieret tenue propter priuationem digestionis. ET QVANtitas eius sit ęqualis lac enim modicum valde fit propter siccitatem complexionis,& debilitatem virtutis agentis in eum,lac vero multum est dispositum,& pręparatum ad corruptionem,quoniam talis multitudo lactis non fit,nisi propter superfluitatem humiditatis,quare est præparatum ad putredinem. ATTINEAT albedini propterea, ꝙ mamillę alterauerunt ipsum lac perfecte:Albedo enim lactis significat perfectam digestionem , quę confert ad albedinem. NON SIT fuscus quoniam significat frigiditatem,& melancolicitatem, NEQVE viridis quoniã illud est propter multam melancoliam,aut congelationẽ, quę non peruenit ad hoc,vt faciat nigrum,neque diuersificatur in eo digestio in adustione,& cruditate causante illum calorum scilicet viridem, NEQVE citrinus quoniam illud est propter multitudinem coleræ. NEQVE rubrus quoniam illud est propter defectum virtutis alteratiuę vel transmutatiuę a dispositiõe sanguinis ad albedinẽ EIVSQVE odor sit bonus quia significat ꝙ ipsum est liberum a putredine , & non est ita, nisi propter bonam digestionem,completam,naturalem,& priuationem dominii humoris fetidi super eum. NEQVE a credo,neque ponticitas quoniam illud fit propter flegma,aut propter dominium humoris frigidi,sicut flegma , aut melancolia aut propter defectum caliditatis naturalis, & dominium frigoris in natura sua. DVLCEDINI idest declinet ad dulcedinẽ,quoniam illud causatur ex bonitate sanguinis & ex optima digestione,& priuatione dominii humoris alterius super eum,& fuit necessarium,ut ita esset: quoniam natura inclinatur ad dulce,& tunc bona fit nutricatio infantis,& contrarium fit,quando lac non est dulce. NEQVE salsum quoniam illud fit propter dominium flegmatis permixti cum colera amara. NEQVE acetosum qm̄ illud est propter flegma acetosum,aut melancoliam acetosam. ET VT declinet ad multitudinem aliquam quia significat fortitudinem membrorum generantium nutrimentum. SINT similis vt sit actio naturæ in eo similis: & illud fit propter similitudinem partiũ materię in recipiendo digestionem. ET TVNC scilicet quando lac est substantię ęqualis, & habet partes similes. NEC multum grossum quoniam ambo scilicet subtilitas & grossitudo multa negant ęqualitatem substantię: & significat primum scilicet subtilitas, & fluxibilitas priuationem digestionis: & secundum scilicet grossitudo vehemens lactis significat multam resolutionem partiũ subtilium. NEQVE multę spumę quoniam diuersitas partium,& multitudo spumę negant ęqualitatem digestionis,vel ęqualem digestionem in partibus:manifestum est enim,ꝙ diuersitas in partibus significat diuersitatem digestionis in partibus lactis,multa vero spuma significat multam permixtionem ventositatis causantem spumam,quoniam ipsa existens in quibusdam partibus, & in quibusdam non , significat priuationem similitudinis partium in recipiendo digestionem : & iam manifestum est ex eis,quæ diximus,ꝙ sermo ille,& tunc non dependet ab ęqualitate partium tantum, secundum ꝙ sonant

& rugitus s. in vẽtre infantis sugentis tale lac.

verba, quoniam subtile,& grossum quandoque habent ptes similes:immo sermo ille & tūc &c· depēdet ab equalitate substantiæ.QVOD SI fluit idest spargitur,& nō stat SVPER vnguem inclinatam,tunc est subtile:si vero stat SVPER vnguem inclinatam,tunc est spissum: si vero fluit,& efficitur sicut granum margaritæ preciosæ,tūc est temperatę substantiæ:& si non sic fluit,tunc est spissum,pręcipue quādo est viscosum apud tactū. AQVOSITAS ipsius,& caseitas si enim partes caseales erunt in eo plures,tunc lac est spissę substātiæ,& si partes aquosę erunt plures,tunc erit subtilis substantię:& si ista erunt in moderata quantitatę,tunc lac erit substantiæ ęqualis.

Consideratio in eo,quod oportet fieri, si nutrix fuerit malę conditionata,& curatione nutricis.Lac nutricis aut est grossum,aut subtile,aut ęquale,& secundum hanc diuisionem aut est multum,aut parum,aut mediocre: & scdm hanc diuisionē vel scdm quālibet partē huiusmodi diuisionis aut est odoriferū,aut horribile,aut nō est ita:& scdm hanc diuisionem aut est boni saporis,aut mali saporis, aut non:& sic secundū hanc diuisionē vel computationē sunt triginta sex species lactis: Et q ex eis est bonū est illud,quod est mediocris quantitatis,& substantię,boni odoris,& saporis,& quod est aliud ab hoc est,non naturale.Et dicitur,q lac malum aut est grossum,aut subtile:& quodlibet eorum aut est multum,aut modicum:et quodlibet istorum quatuor aut est feridum:aut non feridū:& quodlibet istorum octo aut est mali saporis: aut non mali saporis.Istæ ergo sunt species sexdecim lactis mali:& secundum diuisionem primam sunt triginta quinque species lactis non naturalis.Et qualitercunque sit, quęlibet species lactis non naturalis,& mali habet regimen sibi proprium.& iam dixit Auicenna regimen quarundā specierum,& est possibile medico ingenioso dicere ex his regimen reliquarum specierum.EX PARTE porationis idest ex modo exhibendi in potu lac infanti.AERI expositum fuerit, vt ab eo expolietur odor malus, quoniā aer remouet ab eo qualitatem malam : neque sit contentus hoc,immo cibetur nutrix cibis bene odorificantibus lac eius:& exhibeatur in cibis eius cinamomum,& mastix:et in quibusdam horis administretur vinum odoriferum permixtum cum aliquibus aquis letificantibus, sicut est aqua buglossæ,& nenufaris, & rosarū,& alchalef:& consideretur in eo quantitas,& eius complexio,& hora administrationis:& si misceatur cum eo in quibusdam horis parum croci,est magis vltimum, & magis iuuatiuum in extinguendo lac eius,& letificando ipsum : & prohibeatur nutrix a cibis mali odoris,sicut sunt alleum, & cepe,& rafanus.q si cum hoc regimine non remouetur odor malus a lacte,tunc rectifica cibos nutricis,& tribue ei,quod euacuat materiam putridam : & in die potionis medicinę prohibeatur infans a lacte eius,quoniam lac ipsius in illo die,secundum q scitisti, est malus causa motus materiæ,& agitationis eius.VT NVLLO modo in ieiunio detur,quia caliditas eius augetur propter vacuitatem stomaci,quoniam fames excitat,& commouet caliditatem.ET ORIGANVM montanum,quoniam illud subtiliat grossitiem humorum eius,& tribuatur ei scilicet nutrici ALTARIHC vecum cibo sit subtiliatio humoris crudi,& flegmatis : Altarihc autem est spēs piscis parui curti ad quantitatē palmi,qui piscatur in lacu ciuitatis achalat in regione persiæ,qui pisces saliuntur,& exsiccantur,& in diuersas regiones asportant:& melior altarich prędicta est illa,quæ est antiqua,& est calida sicca, soluens uentrem, & parum ex ea subtiliat melancoliam in febre quartana,& est nocens spleni,& eius rectificatio fit cum oleo plurimo.IN CIBO quoque ipsius imponatur aliquid rafani,vt subtiliet cibum eius,& incidat superfluitates flegmaticas viscosas.ET precipiatur ei scilicet nutrici.VT VOMAT,sed hoc debet fieri in balneo, vt mundificentur membra eius , & expellatur materia grossa retenta in mamillis,& attrahatur ad ipsas materia subtilior,quam prima.ET TEMperato vtatur exercitio,vt temperentur,& ęquentur humores eius,& pręparentur ad expulsionem.CVM vino subtili vt contemperet complexionem eius.VT QVIESCAT scilicet vt ęquetur substantia lactis eius,quoniam ociositas,& cibatio,quam dixit,generant sanguinem grossum,& lac grossum.ET AB exercitio remoueatur,quoniam exercitium subtiliat humores,pręcipue si fuerint humores calidi,quare nocet tunc exercitium,& subtiliat cibum,& rectificat eum tranquilitas,& quies.ET INgrossatio cum cibis q sanguinē generāt grossum .i. generāt san. digestū moderatæ sustātiæ in quo exiccata est eius superfluitas,pcipue aquosa. & p sanguinē grossum intelligit hic sanguis,qui arabice dicitur sanguis almetin , & est sanguis digestus moderatę substantiæ,in quo superfluitates aquosę sunt cōsumptę Sanguis vero grossus absolute est sanguis,in quo dominatur vnus duorum humorum grossorum scilicet aut flegma,aut melācolia,aut ābo simul·QVOD prohibet sicut febris,aut timor generatiōis oppilationū. AVT mustū coctū idest sapa ita,vt fiat sanguis,immo lac metin idest moderatæ substantię.VT DIV dormiat vt perficiatur digestio prima,& secunda causa somni , & fiat sanguis metin idest moderatę substantię. Si vero lac cum sua subtilitate fuerit mali odoris,tunc multiplica odorifera aromata in cibis eius,& multiplica potum vini dulcis,& prohibe ipsam nutricem a comestione allei , & cepe.QVOD SIT in ea calor vel caliditas scilicet prohibens naturā a generatione sanguinis,& conuersione eius, secundum q oportet,tunc exhibeant permutantia complexionem,siue sit malitia complexionis comprehendens totū corpus, siue sit appropriata mamillis. ET QVAB illis simulantur scilicet declinantia ad humiditatem temperatam.FRIGIDITAS complexionis exhibeantur calefacientia ex cibis,& potibus AVT oppilatio scilicet in meatibus mamillarum,tunc exhibeantur , quæ aperiunt oppilationes, sicut decoctio ysopi , & feniculi , & anisi dulcorata cum syrupo acetoso de seminibus,aut syrupo acetoso simplici:& sint cibi aperientes oppilationes sicut zirbagi,& sechbagi,idest cibaria ex carne pręparata cū aceto & aromatibus:& cibus cum limonibus,& aromatibus.& olera eius sint,sicut endiuia,& asparagus,& feniculus.AVT DEbilitas virtutis attractiuæ scilicet in mamillis,idest illud nutriēs qđ ē declinans ab caliditatem SVBTILE idest id quod est subtile declinans ad caliditatem·SVB mamillis ita,vt attrahatur sanguis ad mamillas,& sit causa aduentus nutrimenti ad eas,quamuis violenta,absque labore,seu absque multa violentia,ne commoueatur caliditas supra id,quod oportet. AD HOC quoque confert idest ad hanc paucitatem lactis,præcipue cum fuerit ex debilitate attractiuæ mamillarum. HAVSTIAE propter euaporationem earum causantem ascensionem sanguinis ad mamillas.MVLTVM prosunt secundum q diximus de ipsis,quoniam generant sanguinem,in quo est caliditas fortis,& apertio moderata,quare facit causa illius perueniet lac mamillas velociter. Q đ SI CAVSA eius scilicet lactis paucitatis dispositio nutricis iam ante consueta . ET ALEguminibus ita vt sit declinans ad humiditatem proportionatā complexioni mamillarum.FENICVLI ita vt subtiliet sanguinem, & prouocet eum versus mamillas. ET NIgella omnia ista propter subtiliationem,& prouocationem, quę causant

quantitas i. vini.

Cibaria aperitia oppilatione.

Herbe aperientes oppilationes.

sant exuberationem lactis. & si fuerit cum paucitate ipsius malitia saporis, euacuetur humor proportionatus ei in sapore post digestionem eius, & exhibeatur id, quod ei opponitur in complexione, & substantia sua. QVOD in eis scilicet vberibus. CONFERT ad hoc idest vt multiplicetur lac: & illud fit capiendo vbera cum eo, qđ in ete est de lacte, & excorriatur cutis ab eis, & ligetur extremum earum, & in caldario proiciantur. ET SIMIlitudine scilicet causantæ propter velocem conuersionem ad lac causa vehementis dispositionis: IN EIS scilicet vberibus, & est forma eius specifica exigens velocitatem conuersionis eius in lac: & si hęc causa non satisfacit, dicatur, ꝙ illud est ex proprietate sua. VT. .s. alarde & est animal habens caput paruum corodens ligna, & dicitur alarde lignorum, idest tinea seu vermis lignorum, aut CARATIN & sunt vermes rubei, qui extrahuntur ex terra, cum foditur, aut aratur. ET REpierunt optimum & illud propter proprietatem. IN AQVA aneti & hoc ẽt propter suam proprietatem VNCIAM. vnam idest ʒ. x. PVRVM vinum vt faciat peruenire illud ad mamillas, vt lac. exuberet, quia proximum est complexioni eius. AVT sysamum mola tritum hoc etiam est proximum complexioni eius CVM fece nardi. idest CVM fece olei nardin, & est quod ex ipso residet NARDIN idest spica romana cum oleo scilicet oliuę, quoniam subtiliat sanguinem ad mamillas. ET LAC asine quoniam disponit ad generationem lactis exuberanter. AVT ex eo quod est in interiore PARTE MEL ongens. hęc omnia quæ dicuntur usque ibi, & in potu sumatur, conferũt faciendo penetrare velociter sanguinem plurimum ad mamillas propter multitudinem nutrimenti, & vehementiã prouocationis. & quando lac nocumentum fecerit sui multitudine, multitudo lactis nocet quatuor modis, quorum vnus est, ꝙ multitudo lactis remanet retenta in mamillis vnde adueniens ei frigus extrinsecum nocet, & corrumpit ipsum. Secundus modus est, ꝙ propter sui multitudinem opprimitur caliditas mamillarum, & debilitatur in transmutatione sua, & permutatur ab eo, quod oportet: Tertius modus est, ꝙ multitudo lactis causat nocumentum eo, quia ex multa quantitate lactis infans sugit de lacte plusquam, oportet, vnde accidit ei inflatio, & rugitus: Quartus modus nocumenti est, ꝙ multa quantitas lactis extendit mamillas, & nocet seu causat dolorem, & huius causa non est occulta: & si cum multa quantitate lactis fuerit malitia odoris, tunc exhibeantur ea, quę bonificant odorẽ eius. CIMINO cum aceto ita ut inspisset meatus, & exicet. LVTO libero cum aceto, vt prohibeatur prouocatio, & exiccetur. LENTIBVS decoctis cũ aceto quoniam operatur illud etiam. ET POST ipsum bibatur in potu aqua salsa, idest post illud, quod assumpsit de bis, quę minorant nutrimentum eius, vt exiccetur cibus adueniens ab eo, vnde causatur paucitas sanguinis immo ex hoc minoratur cursus eius ad mamillas, vnde minoratur LAC. MENTE multe quoniam causat exiccationem sanguinis, immo paucitatem eius, & paucitatẽ lactis. MVLTVM fricare lactis efficit multitudinem, quia excitat caliditatem, quę causat exuberationem lactis. VINVM boni odoris quoniam est optimum iuuamentum in rectificando qualitatem corruptam propterea, ꝙ confortat complexionem mamillarum, & est propinquum sanguini. VT PARTVS sit propinquus quoniã quãdo fuerit remotus, tunc natura nõ generat lac, quia puer quando est magnus, excusatur a lacte. NON TAmen valde quoniam in tempore partui valde propinquo multiplicantur in lacte supfluitates. MENSIS vnus &c. ita vt stabilis fiat eius complexio, & contemperetur per

Alarde q̃d sit.

Alcaratin q̃d sit.

hoc lac eius. QVEM peperit masculus ita vt lac ipsius sit magis proximum temperamento. ABORTVM fecit quia significat malam complexionem matricis, quæ per transit ad mamillas propter communicationem, quę est inter eas, vnde propter illud corrumpiẽ lac. EXERCITIO temperato ita vt contemperentur humores eius, & chimi ita, vt sanguis eius contẽperetur. COMMOVET sanguinem menstruum & commouet matricem motibus diuersis causantibus permixtionem sanguinis grossi cum subtili, qui est materia lactis: & illud est ex eis, quæ adiuuant, & causant malitiam odoris lactis, & saporis eius vel corrumpit odorem lactis. ET IPsius minuit quantitatem quia facit peruenire materias ad matricem causa motus spermatis. propter INDIGENTIAM quam alter habent de lacte, & expositio est, ꝙ de vnoquoque eorum aduenit minus, quam debet, quoniam quod aduenit embrioni est parum subtile, & quod aduenit puero lactenti est parum grossum: ET IN tota pręterea &c. Consideratio in reliquo sermone est de regimine infantis, quousque fiat puer vel transeat ad etatem pueritię. VT FLVAT scilicet vt expellatur quod est spissum, & caseatum in papilla vel extremo mamillæ ET IVuetur scilicet infans vel puer in lactatione cum COMpręssione scilicet super mamillam. COCLEArium mellis vel parum mellis erit iuuatiuum, quoniam mel abstergit superfluitates flegmaticas existentes in meri, & stomaco, & incidit eas. CVM PAVCO vino erit bonum vt possit fieri resolutio uentositatis, & inflationis, & fiat incisio. ET ALbedo vrinæ & illud causa debilitatis digestionis propter multum cibum causantem omnia pręd:cta. SI ERGO accidit hoc scilicet tensio, & alia prędicta propter superfluitatem in stomaco indigestam propter causam multi cibi. TER LActet causam huius iam diximus. ERIT melius tã eius causam etiam diximus. VT ALIA idest vt alia nutrix, vt non nutriatur lacte corrumpto causa malitię complexionis. DONEC. sanet scilicet nutrix. DOMINANTEM vt non cibetur cibo habente qualitatem medicinę, vñ Lactatio soluat ventrẽ infantis: IMMO suauiter vt descendat paulatim paulatim cibus ab ore stomaci, & adiuuetur digestio. EI CONfert propter expullionem superfluitatum causa motus fletus a meatu cibi, cumque sit peruenerit ei lac, sint meatus vacui, & mundi, & causa huius velox fiat digestio. DVORVM annorum hoc. n. secundum legem Maumethi, & secundum naturam est tempus conueniens NON TAmen ei violenter vt virtus non violenteẽ, & ledatur causa sue debilitatis. MOVENDVS erit ordinate propter aduentum instrumenti masticationis significantem horam exhibendi rem masticabilem, aliter essent frustra: & in natura non est aliquid frustra. RES DVRA ad masticandum res quidem dura ad masticandum non prohibetur, nisi vt dentis non ledãtur, & rumpantur propter debilitatẽ ortus ipsorum causa lactis. MASTICAVIT nutrix vt digeratur digestione completa ex masticatione, sicut dictum est in primo libro: & hoc modo assimiletur nutrimento lactis CVM aqua & melle, vt sit subtilis causa aquę & sit velocis digestionis propter auxilium caliditatis mellis. SIT mixta vt sit fortior in hoc capitulo, vel in hac intentione AVT CVM lacte quoniam est magis proximum cibo consueto: & propter hoc est velocioris digestionis. PARVM. aquę propter necessitatem subtiliandi, & faciendi, penetrare cibum grossę substantię. CVM pauco vino sit permixta ita, vt cum subtilitatione, & penetratione sit cibatio abscindẽs superfluitates ex aqua aggregatas. AD REpletionem scilicet cibi, vt non corrumpatur digestio causa illius repletionis. QVOD si ebede superuenerit idest

tosanda quoniam hoc minorat sanguinem, quare minoratur lac, & minoretur etiam cibus, nam indiget cibatione subtili. NATVRAM cōstringere si natura fuerit saluta, stringatur, quoniam solutio eius est ex eis, quę minorant lac minorando materias, ex quibus generatur lac. AVT soluere si natura fuerit constricta, lenificetur, quoniam retentio naturę ē ex eis, quæ retinent materias, & cōmouet vapores, & hoc est ex eis, quę alterant lac. A CAPITE si fuerint in corpore eius materię ascendentes, & vaporantes, prohibeantur illi vapores ab ascensione administrando ea, quæ euacuant materiam vaporis, aut administrando confortantia stomacum, & os eius: prohibeantur ergo vapores ab ascensione, quoniam illud est ex eis, quę alterant lac ab eo, quod conuenit, pręcipue quia mamillę, in quibus generatur lac, sunt in loco alto situatę. MEMBRA hānelitus si fuerit lesa, curetur nocumentum illud, quoniam hæc membra quotiens sunt lesa, alteratur lac ab eo, quod oportet, quoniam mamillę sunt eis vicinæ. MEDICANDVM erit scilicet nutrix medicabitur. per EA QVAE comeduntur aut bibuntur siue sit cibus, siue medicina. ALIA lactet quoniam humores eius in illa die sunt commoti, quare id, quod de lacte generatur non est complete digestum, neque est habens partes consimiles, immo humores sunt commoti, permixti: alia ergo lactet, vt non proueniat illa virtus medicine ac lac, & ne perueniat huiusmodi ad infantem, ET SPASMVS & causa in hoc est, quia natura facit declinare materias ad gingiuas, & ad partes mandibularum, vt dentes ex eis generent, quare remanet ex eis superfluitas apostemans. & SPASmās spasmus aūt est ęgritudo neruosa, in qua lacerti vel nerui mouentur ad suum principium, quare rebelles vel inobedientes fuerit in dilatatione CVMQVE hoc scilicet apostemata, & spasmus SVPER eū idest super apostema vel super cordas spasmatas. DIGITO scilicet vt rarificetur substantia membri, & subtilietur materia, & resoluatur SVAVIS compræssio nam cōpręssio facta non suauis, neque cum facilitate auget apostema. FRICANDVS vel vngendus scilicet ille locus. ORIGINIS dentium sicut oleum, & adeps gallinę, & cerebrum leporis, quoniam resoluunt & mollificant membrum, & cum eius mollificatione remouetur spasmus, & disponitur membrum ad scissionem, & exitum facilem dentium. ET EX melle propter abstersionem, quę est in eo. OLEO camamelino propter resolutionem virtutis camomillę, & mollificationē, quæ est ex ipso oleo. CVM terbentinę quoniam subtiliat, & maturat. CAMOmilla & anetum quoniam sunt resolutiua, & cum hoc sedant dolorem, & maturant apostemata, & somnum adducūt, & embroca super caput fit, vt adueniat molificatio, & resolutio illuc per communitatem aut vt resoluantur materię dispositę, vt effundantur a capite ad partes dentium, & dispositę ad augendum apostema, aut vt resoluantur materię, quę sunt in principio neruorum, & cordarum mandibularum, VNDE REmoueatur spasmus. uentris solutio propter illud, quod accidit eis ex malitia digestionis, & corruptione cibi propter ingluuiem vel gulositatē ipsorum, & motus ipsorum corrumpentes vel in ordinatos post cibos ipsorum: Aut propter debilitatem virtutis retentiuę ipsorum propter dominium humiditatis super corpora ipsorum, aut propter debilitatem retentiuę, ex qua debilitatur digestio, quę indiget tempore, donec digestio fiat in cibo, quem retentiua retinet. SALSAM saniosam & causa huius saniei est solutio cōtinuitatis gingiuę, quando ipsi sugunt lac, & hoc causat solutionem uentus propter abstersionem superfluitatis saniosæ prędictę baurachię, & propter corruptionem eius, quod de lacte fugitur. Salsedo autem in eis fit propter cineritatem materię adueniens ex coarctatione, & humiditatem dominantem super ipsorum complexiones. Saniositas vero propter defectum naturæ a resoluendo materias corruptas, quas retentio corrupit, & digerit vel pręparat ad expulsionem, & facta est sanies NATVRA impedita in generando membrum. s. dēt. NON BEne digerit quoniā natura cum conuertitur ad aliquam partem corporis, dimittit alias: & propter hoc cum conuertitur natura ad expellendum materiam per solutionem uentris, retinet alias species euacuationis, sicut urinam, & sudorem propterea, quod eas natura dimisit, vel propterea quod natura ad eas non conuertitur. ET PROPterea quod dolor existente enim dolore debilitatur digestio, & retentio, & accidit uētris solutio: dolor etiam commouet caliditatem extraneā cōtrariā digestioni IN DEbilibus corporibus dolor. n. absolutę non debilitat digestionem, nisi in corporibus debilibus, sicut sunt corpora puerorum, nam dolor debilis non prohibet digestionē in corporibus fortibus. NON EST de eo tibi curandum: veritas huius loci est cum distinctione, quoniam aduentus huius solutionis ventris si fuerit causatus ex suctione saniositatis, tunc sine dubio nō oportet ipsam restringere, aliter enim sequeretur ex illa restrictione retentio materierum virulentium, & saniosarum in corpore simul cum lacte corrupto causa illarum materierum: Si vero fuerit aduentus illius solutionis ventris ex occupatione naturæ in generando dentes, aut ex debilitate digestionis causata ex dolore, tunc non est dubium, quod oportet talem solutionem ventris curare confortando digestionem, & stomacum. Pars vero prima commendatur vt sit adiutorium naturę in aduentu perfectionū, vel vt adueniant perfectiones corporis: Sed pars secunda cōmendatur, vt non aggregentur in corpore duo, quę debilitant scilicet dolor, & ventris solutio: & oportet, vt medicinę, quibus curatur, habeant cum stipticitate calefactionem, quoniam calefactio adiuuant digestionem, & stomacum. DE EO idest de curatione eius. SVCCVRENdū cum his, quæ bonificant digestionem, & abscindunt fluxū ventris, & illud cum fomentationibus, & emplastris, cum non sit possibilis curatio secura cum his, quæ per os assumuntur. SEMINE rose &c. quoniam stipticat confortans stomacum. Sciendum quod in medicinis connumeratis in istis curationibus considerandi sunt canones prędicti, qui sunt, quod oportet medicum administrare leuiores curationes: quod si non conferunt, gradatim perueniatur ad fortiores: & quęlibet medicinarum ante prędictarum debilior est, quam illæ, quæ secuntur. AVT SEmine apii quoniam calefacit stomacum, & confortat digestionem, & prohibet solutionem ventris, ACETO quoniam omnia ista sunt stiptica, leuia, experta, prohibentia solutionē ventris ipsorum. EDI scilicet debilem quantitatem, & est medicina debilis, quoniam virtus pueri nō tollerat fortiorem ea. CVM aqua frigida vt stipticet, quoniam proprietas coaguli est coagulare dissolutum, & dissoluere coagulatum: primum quidem abscindit solutionem ventris, secundum vero dissoluit lac caseatum in stomaco. ET tunc scilicet hora, qua datur in potu coagulū. ET EST etiā cū eis scilicet infantibus accidit CONSTRICTIO ventris propter viscositatem lactis, quare aggregatur viscositas in intestinis, & retinet fecem, quę non ęgreditur. & hoc etiam accidit propter debilitatem virtutis expulsiuæ ipsorum, quę non expellit superfluitates propter dominium humiditatum in eis, & etiam propter paucitatem acuitatis colerę effusę ad intestina ipsorum, quare excitatur virtus expulsiua minus, & debilius, quā oportet. Et in huiusmodi hora oportet ingeniari in leniendo naturam

cũ eis,quorũ virtutes sunt descriptæ,aut ꝑ viã intestinorũ,
aut ꝑ uiã oris:& primũ exprimitur eũ dicit̃,quibus suppo
sitoriũ:secundũ vero exprimitur,cũ dicitur aut ad comedē
dum detur parum mellis.STERCVS muris madefaciē-
do illud cum oleo,sicut oleo sisamino verbi gratia,&sup
ponatur eis.SICVT est idest non addendo ei aliquid,
aut non adurendo.AVT combustis vel adustis quoniam
est ex eis,quę soluunt,& remouent constrictionem ven-
tris ipsorum,& illud propter abstersionem, quę est in eis,
& mordicationem,quam facit in extremo intestinorum
ex qua quidem mordicatione excitatur expulsiua ad ex-
pellendum superfluitates . A D C O Mmedendum pa
rum mellis vt incidantur viscosæ superfluitates pro-
hibentes egestiones, & facilis postea fiat earum egressio.
TERBEN TInę quoniam operatur illud etiam , & ter-
bentina quidem est gummi arboris producentis fructum,
qui dicitur granum viride.FRICANDVS subtiliter ita
vt mollifierentur superfluitates,& descendãt. Dixit che-
mel alsana,q̃ si pueri ungantur cum oleo sysamino est
melius,qm̃ oleũ oliuæ confortat,& stipticat,vnde prohi-
betur egestio:In oleo vero sisamino est mollificatio,& leni
ficatio,& hoc adiuuat ad egestionē,& ventris lenitionē
ET BVtyrum coniunctum quoniam ista soluunt eos,& remouēt
constrictionem naturę.IN GINgiuis scilicet in gingiuis
pueri.MORDICATIO vel acuitas hoc quidē aut est
apud ortum dentium,& tunc causa est manifesta,quę est
solutio continuitatis gingiuę:si autem est accidens in alia
hora,aut accidit propter id,quod descendit de flegmate
falso ex cerebro ipsorum ad hunc locum gingiuarum,aut
propter coleram rubeam effusam illuc,quę mordicat : q̃
si fuerit primum,tunc iungantur gingiuę fricando eas
cum oleo,& cera,ut remoueatur mordicatio , & facilis
fiat exitus dentium:Si uero fuerit secundum scilicet mor
dicatio a flegmate salso descendente a cerebro , cuius si-
gnum est hebetudo sensus,& fuscedo coloris , & in suma
apparet dominium flegmatis,tunc cura eius est,ut exhi-
beãtur puero abstersiua,& alleuietur, vel exicetur cibus
diebus multis,postea embrocetur caput eius cum deco-
ctiōe camomillę,& mellilotí,& fenugreci ,altęę, & semi-
nis maluę,& nō cesset regere hoc regimine,donec alleuiet
vel minoretur causa,& mundificetur cerebrũ: Si autem
fuerit tertium scilicet mordicatio a materia acuta calida,
tunc cura eius est, vt fricentur gingiuæ cum oleis prędictis
& dentur in potu quædam potiones repercutiētes,& sit ci
bus mala granata,aut ferculum conueniens,aut ius pullo
rum.ET CARO salsa putrida per hanc carnem intel-
ligitur caro piscis salsi secundum q̃ expositores affir-
mant : alia littera habet aqua carnis salitæ confert eis ,
idest confert mordicationi gingiuarum . Dixit Auicen-
na secundo canõ. de simplicibus cap. de pisce , q̃ aqua
piscis salsi confert ulceribus putridis,& sahanr,& alia ge
nera piscium paruorum salsorum conferunt medicationi
vlcerum putridorum . CVM EST origo dentium vel
apud originem dentium intelligitur hic hora alia ab ea, in
qua dentes nascuntur,quia de illa hora dictum est prius.
Q VI plurimum idest plurimum quod accidit de spas-
mo in hora alia ab ea,in qua dentes nascuntur. DIGE-
stiuæ corruptionem quę accidit eis plurimum,quare mul
tiplicatur in eis flegma,quod membra ipsorum recipiunt
propter eorum debilitatem.GRASSVM humidum quo
niam superfluitates in eis multiplicantur, & nerui ipsorũ
sunt debiles.OLEO irino idest oleo de yreos, quod est ra
yreos. dix lilii celestis ita,vt ungatur corpus eius, vt resoluantur
superfluitates grossæ spasmantes.AVT OLEO keirino
si fuerit vnum eorum fit resolutio prędicta , & remoue-
Alcuzeg. tur spasmus accidens eis propter flegma. ALCVzezi est:
extensio accidens in lacertis prohibens motus currētes se
cundum cursum naturalem: & differentia inter ipsum, &
spasmum est,q̃ alcuzezi est spasmus duplicatus. CV-
CVMER asumitur ita vt resoluatur illud , & reducatur
ad locum naturalem,AVT CVM oleo violaceo & il-
lud cum materia faciens spasmum fuerit minus grossa,
quam illa.POST febres scilicet resoluentes materias,qa
dominatur siccitas,& aduenit spasmus. FLVXVS ven
tris laboriosus causat siccitatem & spasmum. PAVLA-
tim paulatim quia humiditates,quæ sunt in vacuitatibus
neruorum resoluuntur hora post horam , vel successiue,
& accidit siccitas paulatim paulatim:Spasmus vero hu-
midus repletionalis accidit subito propter effusio-
nem humiditatum ad Lacertos subito. CONQ VAS
SATO si necessaria fuerit fortior humectatio,vt rema-
neat super corpus longiori tempore ceram , quam si
oleum solum applicaretur , & reliqua ab istis scilicet
oleis humectantibus.VEHEmenter ita vt humectetur ra
dix neruorum spasmatorum,& augeatur humectatio ꝑ
multam effusionem super eum,quare perueniat hume-
ctatio ad neruos,& remoueatur spasmus.ET SIM ili-
liter faciendum &c.idest & similiter humectetur ungen-
do iuncturas,& effundendo super cerebrum ea,quę dixi-
mus.CVZEZI siccum. Verum tale cuzezi siccum ra-
ro valde accidit,& illud propter multam humiditatem
corporum ipsorum,& fortitudinem virtutem naturaliũ
& propter illud secundum plurimum eius aduentus fit a
repletione cordarum,& neruorum.TVSSIS & coriza
& plurimum eius accidit in ętate infantiæ propter multi
tudinem catarorum accidentium ex multa humiditate ce
rebrorum suorum,& nocumentum eorum a frigore ex
trinseco post impressionem vel assuefactionem calidita-
tis matricis.quare teneantur materię ipsorum,& descen
dunt ad partes pulmonis , aut nasi , & descensio ma
teriarum ad pulmonem causat tussim , & descensio ea
rum ad nasum causat corizam . Q uod si fuerit illa
tussis cum coriza , tunc manifestum est , q̃ causa est
catarrus,& propter illud curatur cum effusione aquæ ca
lidæ super caput,vt remoueatur frigus,quod accidit sup
caput eius,& resoluantur materiæ retentę secundum q̃
dictum est.CVI eorum hoc accidit effundendo frequen-
ter intra balneum , & caueatur a frigore post exitum a
balneo,& eius caput cooperiatur,præcipue quando fue-
rit tēpus hyemis.EVOMAT Iste uomitus cōfert plus,
quãdo est propter catarrum,quoniam mundificat stoma
cum a flegmate,quare minoratur illud,quod ascendit de
humiditatibus euaporando ad cerebrum,& quoniam ex
motu prædicto calefit cerebrum, & instrumēta gutturis,
quare resoluuntur materię ad ea peruenientes.Si vero nō
fuerit tussis cum catarro, tūc causa est propria instrumē
torum gutturis,& tunc cura erit cum eis,quę sunt sicut
medicina facta ex eis:quæ dicuntur in sermone eum dici-
tur,aut fumatur gũmi arabicum &c.PENIdii scilicet te
rantur,& dissoluantur &c.PARVM scilicet ex medica
mine composito.CVM lacte illico mulcto & oportet vt
sit illud lac ex lacte nutricis , quia est conuenientius ei.A
NHELITVS malitia & illud qñ descēdit flegma ad pe
ctus ipsorum,& plurimum eius fit propter debilitatem
pectorũ ipsorũ.VT radices aurũ q̃ ambo radicēs sunt
duæ amigdalę gutturis.cũ oleo vt eã eius vomat.CVM
cōpressione linguę.s. cōprimēdo cũ oleo ꝓdicto. Q VO
NIAM uehementer confert scilicet in vomitu, & mundi
ficatione.IN OS quoniam causat nauseam, & vomitũ,
& mundificat , quod est causa malitię anhelitus , aut
uomitu,aut resolutione.CVM melle vt incidat flegma
viscosum,& extrahat ipsum.ALCOLA est ulcus pa-
ruum

ruũ, quod accidit in pãniculo oris, & linguæ: & quod est ex eis putridũ nominatur ꝓprie corrosio: quod vero nõ
quid sit alcola. est sic, nominatur ꝓprie alcola. ET alcola accidit quia lac in eis vehementer abstergit, & apud incessum uel trã sitũ p̃ supficiẽ oris abstergit superficiẽ eius, & puenit talis abstersio ad hoc, vt excoriet aliquid ex ea superficie oris &c. & facit cadere in vlcus prędictũ. Sciae q̃ ęgritudines supficiei oris, & linguæ sunt malæ difficiles sanari ꝓꝓ quoq; rationes, quarũ prima est lenitas cutis earum,
quare ulcera oris & linguę difficulter sanantur. & susceptibilitas corosionis: Secunda ratio est ꝓꝓ multã saliuã illic, quę ꝓhibet vlcera accidentia a veloci consolidatione: Tertia ratio est ꝓꝓ continuũ motũ oris, et linguę ꝓhibentẽ velocẽ consolidationẽ vlcerũ eius: Quarta ratio est ꝓꝓ incessum ciborũ incisorũ in contactũ eius, qm̃ tales cibi asperi sunt, & ledunt, & vulnerant, & ꝓhibent velocitatem consolidationis: Quinta ratio est ꝓꝓ breuitatem temporis, in quo medicina occurit supeeficiei oris, & linguę, & in quo moratur in ea, & illud qm̃ in eis currunt multæ humiditates de necessitate, quę humiditates alterant virtutem medicinarum, & debilitant. NIGRA quia significat vehementem adustionẽ, & multam melãcoliam. ET est mortalis ꝓꝓ elongationem a complexione ipsorũ humida vehementẽ. ALBA & rubea quia non est ex adustione, & ꝓpea q̃ sunt aut ex sanguine, aut ex flegmate, & nõ sunt multũ egredientes a cõplexione ipsorũ, quare ꝓꝓ hoc recipiunt curationẽ, & forsasse sufficiunt ꝓꝓ id, quod in eis est de digestione, & lenificatiõe. CVM rosia ꝓꝓ confortationẽ, quę est in eis, & hoc ꝓhibet, vt ad pãniculum oris effundatur aliquid, & digerit quod iam est effusum. CROco ꝓꝓ stipticitatẽ, & digestionẽ, q̃ est in eo, quare est cõferẽs duobus modis simul. ET xilocaratę ꝓꝓ stipticitatem, quæ est in eis, quare sunt iuuatiuæ in principio alcolę, aliter enim apud effusionem materię est necessarium administrare illud, quod mollificat. SVFFICIT. s. in principio colluẽdo os. SVCcus lactucę & reliq̃ ꝓꝓ repcussionẽ, et resolutionẽ aliquã, q̃ est in eis. TRITAE &c. Alia litera habet excorticatę istę medicinę conferunt alcolæ flegmaticę, qm̃ in eis est calefactio, & abstersio, quare resoluũt, & exiccant humiditatẽ supfluã, et quando administrãtur in principio oportet, vt addatur eis, quod confortat. CVM mellę quoniam confert alcolæ flegmaticæ in eius principio, & in aliis in augumẽto, quoniã in eis est repercussio, & mollificatio cum quędã in eis sint resolutiuę incisiuę flegmatis, quod est causã alcolę, & quędam sunt confortãtes exiccãtes, & ꝓhibentes effusionẽ materierum ad ipsam, quare ex hoc conuenit alcolæ. CVM eis sufficit rob de moris &c. & illud qñ materia fuerit colerica, subtilis, quare fiat oris colutio cũ eo in principio ꝓꝓ repercussionem, & confortationẽ, quę est in eo. EX desiccatiuis & illud cum fuerit materia flegmatica grossa, quoniã mel incidit, & mundificat, & abstergit, et exiccatio in eo est fortis: si ergo administramus in principio, abscindimus flegma, quod est eã eius, & mũdificamus sordiciẽ, q̃ est in vlcere. q̃ si administrabimus secundũ, cõfortabimus ita, vt non effundãtur materię ad ipsum post illud. FORTIVS. s. in exicatione. ET puluerizentur. s. in ore post administrationẽ aquę mellis, aut mellis, & moueatur lingua, & puluerizetur puluis p̃ totũ quare rectificat complexionẽ p̃ hoc, q̃ non expellitur aliquid de superfluitatibus diuersarũ substantiarũ ꝓꝓ diuersitatẽ virtutũ partium componentiũ, quoniã omnia confortant & abstergunt membrũ diuersę substantię. VEhementer est humidũ, & quãdo cõparatur ad hoc humiditas ętatis, et regimen, tunc est vltimatio in humiditate, quare aggregatur causa eius humiditas superflua, quę descendit ad aures ipsorũ, & fluit, & egreditur. LANA igitur in melle, vt incidat materiã fluentẽ, flegmaticã, grossam. ET vino vt faciat penetrare mel ad locũ flegmatis in quod agat. ALVMINIS vt confortetur mẽbrũ post expulsionẽ materię ita, vt non aggregaẽ post illud in ea. AVT croci quoniã operatur huiusmodi. ET mictenda. s. talis lana. IN auribus hęc curatio est in summa uel ĩ uniuersali: Curatio aũt distincta est, q̃ oportet in cura huius ęgritudinis administrare ea, quę calefaciunt, & abstergunt, & resoluunt, & stipticant: & calefaciẽtia sunt necessaria, vt calefiat cerebrum, & ꝓhibeatur a generatione humiditatũ superfluarũ fouentiũ fluxũ ex auribus prędictũ. abstergentia vero, vt adiuuetur egressio materię viscosæ, & grossę retentę: resoluentia aũt in hoc sunt necessaria, vt egrediatur vel extrahaẽ materia firmata in cerebro radicaliter. Stiptica autẽ conueniũt, vt confortetur substantia cerebri, & ꝓhibeatur quod est aptũ declinare ad ipsũ, & cõfortetur virtus alterãs cibũ, vel digerẽs nutrimẽtũ ei aduenientẽs secundũ q̃ oportet: Declaratio aũt aduẽtus iuuamẽti medicinarũ p̃dictarũ est, qm̃ in lana est calefactio, et cõfortatio, et mel calefacit, & incidit, & subtiliat: vinũ vero cõfortat ꝓꝓ aromaticitatẽ, quæ est in eo, et est resolutiuũ, subtiliatiuũ ꝓꝓ caliditatẽ, q̃ est ĩ eo. Alum̃ stipticat, cõfortat: Crocus vero calefacit, resoluit, lenificat, et in eo est stipticitas pauca: Et in vitro est calefactio, et abstersio: et oĩa ista p̃parãt materiã ad expulsionẽ, et facilitãt eius egressionẽ. ET est cũ sufficit. s. in cura illius, cũ materia fuerit pauca. LANA ꝓꝓ cõfortationẽ, & calefactionẽ, q̃ est in ea. PONtico ꝓꝓ calefactionẽ, q̃ ẽ in eo cũ cõplexione sua, et cõfortationẽ cũ sua põticitate. ET hũiditate ꝓꝓ multas materias hũidas, q̃ ad ipsas aures effundũẽ, & multã vẽtositatẽ, q̃ ex eis generãẽ. QVI medicãdus. s. ex his, q̃ calefaciũt, et stipticãt. EV sal tabarzet. i. sal gẽma IN oleo, vt sedeẽ acuitas eorũ uelocius. ET ĩ ipsas guttatim ꝓiciaẽ ĩ ipsas. s. aures ipsorũ, vt resoluaẽ hũiditas, et carmineẽ uẽtositas, et cõforteẽ auris, qm̃ oĩa ista calefaciũt, qđ ĩ ea est de caliditate, et cõfortãt ꝓꝓ stipticitatẽ, q̃ est ĩ eis, q̃r iuuamẽtũ eorũ fit ꝓꝓ resolutionẽ hũiditatis, q̃ effundiẽ, et vẽtositatis gnãtę, q̃ ambo causãt dolorẽ, et ꝓꝓ cõfortationẽ ipsorũ cõfortatur corpus auris ne recipiat, qđ ad ipsã effundiẽ. AD oculũ ꝓꝓ colligatiõẽ inter ea mediãte pãniculo cerebri, et neruo obtico. ET gutturis & illud ꝓꝓ materias nocẽtes, q̃ stillãtur ad ipsum, & ꝓꝓ ipsum leduntur lacerti anhelitus, qm̃ tu iã sciuisti, q̃ motus gutturis est a volũtate, & pricipiũ voluntatis. s. cerebrũ est lesum in hoc nocumẽto. FAcie citrina &c. & illud aut ꝓꝓ attractionẽ materierũ rubearũ, & aduentũ caliditatis ad ptes apostematis, quare citrinatur color, aut ꝓꝓ fortẽ caliditatẽ, quę adurit materiã sanguineam, & eã citrinat, aut propter fortem dolorem, & multitudinem coleræ, quoniã ad apostema colericũ antecedit secundũ plurimũ bothor in capite. Dixerunt quidã, q̃ est apostema leue sicut mesera, quod accidit extra craneum; uel extra os capitis inter duos pãniculos supra sincipur, & quandoque accidit intra craneum. EST infrigidandũ infrigidatio quidem est facienda, vt sedetur acuitas materierum causantiũ ęgritudinẽ, & fortificetur substãtia vel corpus cerebri, vt potens vel forte sit ad expellendũ a se materias ad ipsum declinantes, & vt sedetur malitia cõplexionis impediẽtis naturã, ne resistat materię. cerebrũ vero est humectandũ, vt mollificetur substãtia cerebri. & efficiatur susceptibile extẽsionis, & hoc adiuuat ad paucitatẽ doloris, & etiã vt frangatur acuitas materiæ: & quia oportet alienare medicinas fortis caliditatis, et frigiditatis ĩ cura membrorũ principaliũ, Ideo Auicenna connumerauit hic infrigidãtia leuia, sicut cortices cucurbitę, & reliquæ. ET portulacę proprie, quoniam eius humectatio maior est, q̃

humectatio reliquarũ medicinarũ, & in eis est aliqua resolutio. OLEO rosarũ quia in medicatione membrorũ principalium oportet miscere medicinas eorum cum eis, in quibus est aromaticitas, & stipticitas, quãuis ægritudo sit in hora declinationis: Stiptica quidem conueniunt, vt stipticetur, & confortetur substantia membri: aromaticitas uero etiam gratia confortationis membri cõuenit, & augumenti spirituum vel additionis spirituũ eius, quoniam odorifera aromatica addunt in cõfortatione ex hoc signo, ꝙ cũ super sincopizatũ approximãtur illa aromatica, tunc euadit asyocopi, & redit virtus eius, & viuificatur: & ꝑꝑ hoc dixerunt medici, ꝙ odorifera bona sunt nutrimentum spirituum: Cum ergo spiritus membrorũ principalium ita se habeant, Ideo Auicenna præcepit ad ministrationem olei rosati, quia ipsum aggregat confortationem, & aromaticitatem. ACETO quoniam acetũ facit penetrare. ASSIDVE mutetur, et illud ꝑꝑ timorẽ, ne calefiat, & postea calefaciat cerebrum, & retineat vapores, & qñq; tale medicamẽ dimissum longo tempore putrefit, & putrefacit cerebrum, & iterum quoniam cerebrum assuefit ad illud, quare nõ operatur in eo aliquid, de quo sit curandum. OCVLI eius ita, ut difficilis sit motus eorum: & hæc dispositio appellatur alurdanagi, et causa euentus eius in pueris est multitudo humiditatum, quæ currunt ad oculos eorũ ex cerebro ꝑꝑ superfluam humiditatem ipsorũ, & vehementem oculorum susceptionem ꝑꝑ eorum debilitatẽ ꝑꝑ illud, quod ab intra, & extra accidit eis. LICIVM vt confortet oculos, & ꝓhibent eos a receptione illius humiditatis, quę ad oculos apta est currere. CVM lacte ꝑꝑ id, quod in eo est de abstersione, & mollificatione, & lenitate, quæ ambo minorant dolorem, & minuunt lesionem, & oculus quidem hoc indiget ꝓꝑea, ꝙ est membrũ sensibile ꝑꝑ dominium neruorum, & panniculorum indiget curatione prędicta: & melius illo est vitellũ oui cum oleo rosarũ ita, vt vnũ eorũ cum altero misceatur, & emplastretur cum eo oculus. DEINDE cum aqua &c. idest post linitionem vel epithimationem oculorũ prędictam. DECOCTA camomilla &c. ꝑꝑ resolutionem, & confortationem, quę est in ea. ALBEDARVGI ꝑꝑ mundificationẽ, & confortationẽ in eo existentem. ALBEDO in suis pupilis & causa quidẽ illius est resolutio humiditatis subtilis vuealis vel vueæ, tunc enim albificatur pupilla, sicut albificãtur segetes, quando siccantur: & dicitur ꝙ causa huius ægritudinis est debilitas oculi, ꝑꝑ quam oculus recipit, quod ad ipsum fluit: & non est dubium, ꝙ fletus pręcipue vehemens attrahit materias ad oculum: & qñ attrahuntur materię ad oculum, qñq; deficit oculus in expellendo id, quod ad ipsum est attractum, quare retinetur in eo, & facit accidere albedinẽ, & alias impressiones malas. CVM succo solatri: non uult Auicenna, ꝙ cum eo fiat collirium; quoniam hoc non confert ęgritudini prædictæ omnino; immo fortasse auget densitatem, & duriciem, & causat in oculo duriciem frigiditate sua, & aggregationem, sed intentio Auicennę in oculo est, vt cum illo succo emplastrentur palpebrę, & frons, & hoc vt ꝓhibeatur effusio aliarum materierũ ad oculum, quoniam succus ꝑdictus est de fortibus repercutientibus. SILACH & est grossities accidens palpebris cum rubedine coloris, & qñq; cadunt pili palpebrarum: & plurimum aduentus in eis est ꝑꝑ multum fletum, & multam præparationem palpebrarum, vt ad eas effundantur materię causa motus, & ꝑꝑ hoc ingrossantur palpebræ post fletum, & in hora fletus. Amplius materię effusæ ad ipsum calefiũt ꝑꝑ motũ eorũ, quare acuitur cõplexio ipsarũ materierũ, & declinat ad bauracitatẽ, & ꝑꝑ hoc facit accidere corrosionem aliquã vel pruritum, & casum pilorũ palpebrarũ. FEBRES & plurimum ipsarum sunt effimeræ ꝑꝑ subtilitatẽ spirituũ ipsorũ, & vehementiam lesionis a causis primitiuis: ꝙ si fuerit febres nõ effimeræ, tũc aũt ex generẽ sãguinis, qm̃ sunt plurimũ, ꝙ de materijs ẽ in corporibus eorũ, est sanguis ꝓꝑea, ꝙ in hac ętate multũ indiget sanguine ꝑꝑ ꝑfectionem, & augumentationẽ corporis. ET ei etiã idest nutrici nam ly et refertur ad nutricem ꝑꝑ duas rationes, quarũ vna est ꝑꝑ sermonem eius, cum dicit, sicut aqua granatorum cum syrupo acetoso, & melle: quoniam melius est, vt puero lactenti non exhibeatur in potu aliqd acetosum, ne lac in stomaco caseet, et fiat sicut venenũ: & nõ aggregatur syrupus acetosus cum mellę, nisi vt sit cũ infrigidatione solutio flegmatis, sicut aggregatur succus cucumeris cum zucharo: Secunda ratio est ꝑꝑ sermonẽ eius, cum dixit, & sicut succus cucumeris cũ modico cãforę, & illud quoniam tu sciuisti, ꝙ medicinę fortes in earum administratione requirunt necessario, vt considerẽt virtus infirmi: quando enim ipsa virtus infirmi fuerit fortis, tunc administramus de medicis fortibus quantitatẽ, quæ nobis necessaria videtur absq; timore, sed cũ virtus infirmi fuerit debilis, tunc supersedebimus in administratione medicinarũ prędictarũ, vel timebimus administrationẽ medicinarũ prędictarũ, qm̃ infrigidantia fortia, & calefacientia fortia non excusantur cũ operatione sua in ledendo, quin etiam operentur, & imprimãt in virtutẽ, & calidicatem naturalẽ: & hoc ꝗuis non appareat in forti virtute in hora præsenti, sed in futuro, tamen non est dubium, ꝙ virtus canforæ est fortis, & virtus pueri est debilis, et ꝑꝑ hoc oportet, vt detur vel exhibeatur in potu cãfora nutrici, & non puero lactenti, & illud quoniam si fuerit administrata secundũ hunc modum, tũc virtus nutricis agit in eam, & frangit nocumentũ eius uel minuit nocumentũ ipsius, & debilitat virtutẽ eius. Verũ qualitercunque sit, est necessariũ, vt canfora prædicta infrigidet lac: cumq; puer assumpserit ex eo lacte, tunc post eius sumptionem remanet in eo virtus cãforæ aliqua, quę sufficit ad sedandum malitiã cõplexionis. SVCCVS granatorum ad repercutiendũ, & leniendũ naturã, & sedandũ calidi tatem, & sodã. CVM syrupo acetoso ad incidendũ, & subtiliandũ, & sedandũ sodam, & repercutiendũ materias calidas. VT sudet. s. infans febriens. SVꝑ uerticẽ. i. suꝑ mediũ capitis: ET sudor accidit ex ꝓprietate cãnæ. Dolor vẽtris ĩ arabico magas. i. dolor uẽtris pũgitiuus, et ẽ lesio vel dolor accidens ĩ intestinis, absq; ꝙ in eis retineãtur supfluitates egestionũ, sicut retinetur in colica. STERnutationes: sternutatio est motus cerebri ad expellendũ ꝙ ei nocet, & plurimũ eius est ꝑꝑ frigus aduenĩẽs capitibus ipsorũ ꝑꝑ eorũ debilitatẽ, & vehemẽtiã nocumẽti ipsorũ a frigore ꝑꝑ assuefactionẽ ipsorũ in caliditate matricis, qr̃ cerebrũ ledit, et mouet ad expulsionẽ nocumẽti. IN pdibus cerebri ꝑꝑ caliditatẽ apostematis faciẽtẽ euaporare hũiditates plurimas existẽtes ĩ cerebro, qr̃ mouet cerebrũ ad expulsionẽ nociui. ET si fuerit ita. i. ꝑꝑ apostema cerebri. EX succis sicut endiuia, et semꝑuiua. ETolets sicut oleũ rosarũ, violarũ. EX apostẽat ę imo fuerit a frigorẽ eis accidẽte, aut ex supfluitatibus aggregatis in cerebro. IN naribus ita, ut ꝑueniat ad ptẽ añriorẽ cerebri, et remoueat sternutatio cã cõtrarietatis cõplexionis ad cõplexionẽ, ꝙ est cã illius. BOthor ĩ corporẽ et illud sicut uariolę, et morbili, et ꝗ eis similanẽ: et cã illorũ aut est multitudo hũiditatũ in sanguine ipsorũ, qr̃ accidit ei ebulitio, et expulsio supfluitatũ ad cutim, et plurimũ eius fit ĩ ęstate occurẽtẽ hũiditatibus sanguinis, quæ recipiũt ebullitionẽ caliditatis, quare facit illud, aut est virtus naturalis, et expulsio eius, ꝙ accidit in uẽtre de materiis malis ad exteriora corporis.

Signũ ꝙ odorifera augent virtutem.

EX

EIS.s.bothor MORTALE propter vehementē adustionem longinquam valde a complexione ipsorum naturali. QVOD ex eo est album qm̄ est minoris caliditatis, & acuitatis. ESSET mortale pp debilitatem complexionis, & acuitatem materię. CVM profundatur.s.in corpore. MVLTA. vtilitas propterea q natura expellit materiā malam ad loca ignobilia, quæ sunt cutis: & per hoc saluatur corpus amulta malitia. ET IPSE quidem secundū omnem dispositionē.i. siue sit bothor nigrum, siue album aut rubeū, siue sit bothor a multa materia, aut ab expulsione a natura: in illa enim, quæ est ab expulsione naturę non conceditur admīstratio exiccātium, quia contrariantur operationi naturę, quia repercutiūt, et retro pellūt materias ad interiora. DONEC maturentur qm̄ materia salubris est paucæ malitię, & nocumenti, quia non sequitur vel nō timetur eius nocumentū si stat in membro, quousque digeratur: econtrario est illud, quod non est salubre qm̄ materia eius est mala vehementis nocumenti in mēbris, vel vehementer ledens mēbra, & ppea non conceditur, vt postponatur, & dimittatur vsq ad tempus digestionis, immo qñq erumpitur, & egreditur, quod est in eo de materia ante illud, deinde post eruptionē inungatur locus eruptionis cum oleo rosato, & similiter fit in materia salubri apud eruptionem illius. ET SI ulcerati fuerint scilicet bothor. EX CERVSA vt consolidentur. LAVARE.s.bothor vlceratū. NITRO & illud si fuerit bothor sordidum post eius vlcerationem, & eruptionem, vt incidantur, & remoueantur superfluitates ab eius superficie, & abstergantur, & mundificentur, vt bothor prędictum magis suscipiat consolidationē. ET SIMIliter.s.curetur ALCHOLA qñ vlceratur, & illud fiat io modo, q abluatur cū his, quæ abstergunt humiditates eius, & remoueant sorditiē eius, postea administrētur, quæ requiruntur p cōsolidatione ipsius. SPISSA.i. bothor spissi multi ulcerati, spissi dico propterea, q ipsi sunt situati, unus sup alterū, uel iuxta alterū, et ppea quod sic sunt situati, sunt addentes in malitiā, & sorditiē, ut TOLLERARI possit.s.a puero, qm̄ lac frangit acuitatē eius, & abstersionem ipsius vehementē: & si hoc non esset, puer non posset tollerare eius acuitatē, & abstersionem eius vehementē. CVM AQVA in qua decocta sunt mirtus &c. qm̄ exiccat illud, & rectificat. NVTRICIS nutriens vt digeratur, & generetur ex eo sanguis, & lac conueniens p curatione &c. IN VMBIlico & illud propterea q fletus vehementer expellit materias ad vmbilicum, qui facile suscipit eaa pp debilitatem ipsius vmbilici, quia de proximo incisus est. IN QVO quidem.i. sup scissuram uel super locū rupturę ita, vt adhereat ei pp albumē oui, & remaneat sup eū, & exiccet, & cōstrigat porrositates eius ita, vt ad ipsum locū non expellantur. vel non effundantur materię alię. CVM PANNO lineo ita, vt cōseruetur sic. SVBTILI vt puer nō ledatur sua grossitie. LVPINI vt sit exiccatio fortior. IN VINO vt magis penetret pp penetrationē subtilitantē. DESVp ponatur.s.pānus infusus sup rupturā, & locū rupturę. CALIDA stiptica.s.quę sunt vehemētioris caliditatis, quā prædicta ET ACAtia & ipsa quāuis nō sit calidę naturę, tm̄ pp vehemētē stipticitatē apponitur cū illis stipticis calidis: accipiatur quodcunq pręsens fuerit, & dissoluatur cū aqua mirthi, in quo infusum fuerit glutē pisciū, & ponatur sup locū pdictū, & phibeatur cū hoc a fletu, & vociferatione cū omni ingenio, qūtū sit possibile. IN CAPITVLO rupturę.i. qđ dictū est ibidē de exiccatiuis fortibus, & stipticis vehemētibus, & ruptura quidē deterior est illa, quę est infra cōcauitatē, & illud qm̄ grauitas uiscerū amplificat orificiū rupturę, quare indiget operatione, quæ cū ligatura sup eā conseruetur, ne augeatur foramē rupturæ. CVM umbilicus inciditur apostema & illud cā debilitatis eius, sicut apostematur mēbra qbus accidūt vulnera. ALSENCHAL vel alsechar alia litera habet alsengiar & est Lactuca asini, quod est ALFENGIVō vel alsengenus, quidā dicunt, q est syrupus factus cū succo [tuiubarū] cū medicinis stipticis, bulliat ebullitionibus, donec fiat spissius & INFANTI exhibeatur in potu qm̄ cōuenit apostemati io vmbilico pp vehementē eius stipticitatē, & ęqualitatē acqsitā ex succo [tuiubarū] ET LINeatur cum eo vmbilicus qm̄ resoluit pp termentinā additā ei, quare cōuenit apostematibus oībus. VAGIENDO moueat idest sit inquietus vociferando, et causa illius accidentis est corruptio lactis in stomaco ipsius, & conuersio eius ad qualitatē malā, quia pp caliditatē euaporant ad caput eius vapores mali mordicantes ipsum, quare accidit uigilia: Io quietudo vero est pp mordicationē oris stomaci, pp quā accidit ei cū vigilia uagitus, & inquietudo. VT DORmiat pp tres vtilitates.s.ut sedetur acuitas materiæ pp quietē sequētē ad somnū, & bonificet digestionē, qm̄ qñ ipsa aduenit, tunc generanē materiæ, secundū q oportet, & tunc qualitas materiæ efficietē bona non mordicatiua: Tertia vtilitas est, q si dormit puer tunc excusatur ab assumptione lactis supra lac. PAPAueris scias q oleū de papauere fit duobus modis, qrū vnus est, vt teratur semē eius in mortario, aut mola, sic fit in sisamo, deinde aspergat sup eū parū aquę calefactæ, et exprimat sicut exprimitē sisamū mola tritū: Secūdus modus ē, vt sumat papauer, dū est viridis, terat cū seminibus in eo existentibus tritione bona, & effundat sup eū aq, & decoquat lento igne, quousq dissoluat, deinde confricet & coletur, & proiiciatur super id qđ est colatū, oleū de sisamo recens vel nouū, & decoquātur omnia simul igne lento, donec consumatur aqua, & remaneat oleū. Et similiter oleū de lactuca fit duobus modis, quorum vnus est, vt terratur semē lactucę, & fiat sicut diximus de oleo seminis papaueris: Secundus mudus est, ut terrantur folia lactucæ, & sumatur succus eius, & addatur ei oleū sisaminū recens, & decoquātur omnia sicut diximus de oleo papaueris secundo modo facto. ET VERtici idest medietati capitis. ET ERIT conueniens.s. vt adueniat somnus absque stupefactione. FORtius istis aut propter fortem causam inducentē ploratum uel fletum, & uagitum, aut qm̄ quod pręmissum est, non iuuat inducendo somnū, secundum q oportet. SEMEN alsemne vel granū ALSEMNE alsemne est herba ex genere lacticiniorū, & granum eius nominatur shedanegiberi, idest canapis siluester, & forsitam facit dormire pp unctuositatem, quę est in eo. ET NVX henden. confert & inducit somnum, propterea q in eo est unctuositas, & impinguatio. PAPAVER album inducit somnū duobus modis.s. ingrossando substantiā spirituū io modo, q difficulter incedūt p mēbra, & difficulter penetrāt p meatus, & qm̄ sua frigiditate inspissat uias, coarctat uias, & phibet spiritus a penetratione: Et papauer quidē nigrū in hoc est magis ultimū, q̄ album & papauer citrinū intendit p hoc papauer nigrū, qm̄ apud nos non habeē papauer citrinū. SEMEN plantaginis quia in eo est infrigidatio, & humectatio, & sedatio caliditatis vel acuitatis materiæ & pp hoc est adducens somnum. ET SEMEN feniculi, anisi: cimini intentio in his tribus est rectificare, & corrigere medicinas prędictas timendo earum stupefactionem, & ut faciant penetrare virtutes ipsarum: torefiant omnia, ne mollificetur stomacus, & causetur solutio uentris, pcipue cū puer ad hoc sit dispositus. SEminis psilii tosti, qa infrigidat, et humectat, & pp hoc inducit somnū, et psiliū debet eē torrefactū, ne

Bothor.i. uaciolę.

Alia litera vux.

Alia litera vug.

medula nocet, immo qñq; interficit, secundum q dicitur CVM tanto zucharo vt remoueatur horribilitas saporis, & abominatio, quoniã puer conuenientius hoc accipit, & natura magis inclinabitur ad ipsum & magis operabitur in eo qm cũ natura non operatur in eo medicamine, tunc ipsum medicamen non operabitur in corpus. s.ii. scias, q hęc medicina inducit somnum secundum qualitatem totius aggregati, qm cum compositione acquirit formam faciendi dormire puerum, & confert occupando naturam in expulsione nociui: simplicis vero ipsius medicinę sic se habent, q quędam faciunt dormire, & quędã impinguant: & propter illud facit dormire: & quędam rectificant qualitates illarum. VT HOC scilicet medicamen compositum somniferũ sit fortius, ponatur cum eo scilicet medicamine pędicto quantum est tertia &c. SINGVLTVS per singultum intelligitur hic singultus repletionalis. & mordicantiuus, non singultus sequens euacuationẽ, quia duę primę species singultus accidunt puero: Singultus vero repletionalis accidit puero propter multam quantitatem, quã de lacte assumpsit: Mordicatiuus vero singultus accidit propterea, q lac cõuertitur ad qualitatẽ mordicantẽ, quę mordicat os stomaci. ET NVX inda confert manifeste primo singultui propter calefactionẽ, & resolutionem, quę est in ea: confert autem singultui mordicatiuo pp eius unctuositatem, & lenitatem, qm unctuositas nucis indicę intermediat inter curpus stomaci: & inter materiam mordicantem: ex vnctuositate sua ẽt sedatur acuitas materię, & frangitur eius mordicatio. VOMITVS fortis plurimum huius accidit infantibus propterea, q nutrix multum de lacte exhibuit infanti, vnde in stomaco ipsius corruptum est, & stimulata est natura ad ipsum expellendum. GARIOFILI propter aromaticitatem, quę est in eis, & resolutionem. Verum non debet administrari gariofilus, nisi cũ causa. vomitus est materia grossa viscosa. CONSTRIGENTIVM vomitum debilium & illud cum causa est debilis, & debilitas virtutis eius est etiam, quare non tollerat medicinas fortes retentiuas, & medicamẽ conueniens est, vt madefiat fauich cum aqua rosata: & aquę mirti, & aqua agrestę, & cum ea emplastretur stomacus. DEBILITAS stomaci & plurimũ huius accidit infantibus pp humiditatem complexionis ipsorum radicalem, & humectationem lactis, quare frequenter accidit eis nauseatiua facietas causa gulositatis, & multi lactis exhibiti, pręcipue cũ stomacus ipsorum non sit consuetus digestioni ciborum extrinsecorum a corpore matris. MISVSEN idest syrupus de liliis compositus cum aromatibus. ET AQVA rosata ita vt confortetur stomacus, & calefiat aliquali calefactione, & adiuuetur virtus eius. AQVA mirthi quoniam ipsa etiam confortat, & stringit stomacum, & excitat eius virtutẽ SOMNIA terrefacientia plurimum hoc accidit infantibus, sicut dixit Galienus pp corruptionem cibi in stomaco, & euaporationem vaporum corruptorum, qui faciunt imaginari ymaginationes terrefacientes: & Auicenna conuenit cũ Galieno dicẽs causam illius esse corruptionẽ cibi, sed posuit cãm adducẽtẽ timorẽ, & terrorẽ esse nocumẽtũ stomaci, qd peruenit ad virtutes sensitiuas, & ad virtutẽ formatiuã, & ymaginatiuã, quare causantur huiusmodi somnia terrefaciẽtia. NE SVPER

chede.

chede: chede idest repletionẽ in modo q cibus sit ad huc in ore stomaci, nã quotiẽs dormit scdm hanc dispositionem, tunc cibus propinquus cerebro euaporat ad ipsum vapores pdictos: ecõtrario est, cũ cibus descenderit a stomaco ad mesaraicas, aut ab ore stomaci ad fundũ eius, qm tunc nõ aduenit ex eo illud, & si accidit, illud est parũ, debile. ET DEponat hoc ydẽ nõ oportet administrari, nisi post descensionẽ cibi ex stomaco, qm si qñq; remanet aliquod vestigiũ chili in stomaco, timetur ex eo, ne euaporet vapores malos, aut mollificet stomacũ, & debilitet eũ a cõuersione cibi, scdm q oportet: Si ergo occurit ei, qd calefacit, & abscindat, quod est in eo de supfluitatibus, sicut mel, tunc est magis iuuantiuũ, & cõfert digestioni, & facit descendere id, qd de chilo remanet in stomaco. APOSTEMA gulę intẽrio p hoc est apostema duarũ amigdalarũ, qd nominatur pfocatio, & plurimũ euentus eius est in ętate annorũ 13. vel. 14. qm caliditas tunc fortificatur: & facit fluere humiditates a cerebro ipsorũ ad inferiora, & facit accidere illud accidens. VSQVE ad musculos. i. musculos spondilũ pp cõitatẽ, & uicinitatẽ. EST SOLuendus vt descendat materia ad cõtrariũ eius. ET EIS sibi similibus. s. de repercussiuis, & molificatiuis, & resolutiuis, & cõposita ex eis sint scdm horas apostematis. s. principiũ, augmentũ, status &c. OREGMON cũ dormit, cã huius est multitudo humiditatũ in pulmone ipsorũ pp eorũ debilitatẽ, & propterea q pulmo ipsorũ recipit, qd desup effunditur ad ipsum, & qd eleuatur ex partibus inferioribus, & proprie in hora somni ppea, q tunc aggregantur humiditates ad interiora, quare coarctatur anhelitus in eius egressione, & pprie in eis, qui sunt habẽtes corpus pingue, qm meatus anhelitus in eis sunt stricti, & pp illud accidit eis asma etiam, quod est constrictio in anhelitu similis anhelitui defatigati corporis: & in huiusmodi hora oportet, ut administrẽtur, vel exhibeantur ea, quę calefaciũt, & resoluunt, & abstergunt, vt resoluantur, & incidantur illę humiditates: & huiusmodi sunt, sicut mel, & semẽ lini, & ciminum: teratur quodlibet illorum, & misceatur cum melle, & lambat illud puer. RIHA alsabian idest ventositas puerorũ: Quidam per riha alsabiã exponunt, & intelligunt ventositatem grossam intra caput, quę ipsum replet ita, vt comissurę capitis aperiantur: Et quidam alii exponunt in libro cañ. q est magnitudo capitis causata ex apertione comissurę propter ventositatem, & humiditatem in eo aggregatã: Quidam vero intelligunt per riha alsabian speciem epilensię, quę proprię accidit pueris in diebus vel ętate puerilię: & quidam nominant hanc ęgritudinem sarha alsabiam, & est, q puer mouetur motu epilentico: & quandoque torquentur mandibulę, & oculis accidit sachus. idest dispositio, qua oculi continue aperti inueniuntur semper in vnum locum: & causa aduentus huius ęgritudinis in pueris est multitudo humiditatum in corporibus eorũ, aut cerebris ipsorum. TRIVM granorum ordei q hęc medicina sit vehementis iuuamenti, est verisimile, quoniam in ea est calefactio, & resolutio: origanum enim resoluit, subtiliat: & similiter ciminũ. castoreum vero calefacit, & exiccat. Et scias, q Auicenna non administrat hoc medicamẽ, nisi in flegmatica, qm cõtrariatur causę facientis ipsam accidere, & qñq; remouet eam, si non est cum materia multa. INTEstinũ vel anus egrediatur pp eius molificationẽ pp debilitatẽ neruorum & musculorũ ligantiũ ipsum, ad quę multa fluit humiditas: & qñq; cã ęgressiõis eius ẽ corruptio cibi aduenientis ei cõtinue, & q cibus aduenit, nocet intestino, & accidit ex eo solutio ventris mala: & hoc est ex eis, quę adiuuant ad egressionẽ intestini pp multum tenasmonẽ, vel pp multũ conatũ in exprimendo cãtũ ex mordicatione materię. MIRTHI recentis nõ elligitur mirthus recens supra siccũ, nisi qm in eo est humiditas, qua fit velox operatio. VIRTVS egrediatur. i. decoquat vehemẽter: donec egrediat virtus stiptica, cõfortãs. cogat. s. puer TEpido qm cõfortat intestinũ, vel sicteri, & cõstringit pp simplicia stiptica confortantia. PROPTER frigus quod eis superuenit &

cũ oregmenis.

Riha alsabian.

plurimum

plurimũ illius eſt ex frigore aduenientе ꝑtibus inferiori-
bus ipſorũ ꝑꝑ ſeſſionẽ ipſorum ſuper terrã frigidã abſq;
ſtrato ſub eis,& leditur ſicteri ipſorũ a frigore. Et qñq; ac
cidit illud ex humore colerico effuſo ad ſicteri ipſorũ cau-
ſante illud,ſicut fit in ſolutione uentris calida eis acciden
te:ꝙ ſi fuerit cauſa eius prima,tunc curetur cũ eis, quę di
xit Auicenna,qm̃ in eis eſt calefactio,& reſolutio, ſecun-
dum ꝙ quidã dixerunt: Si vero fuerit a cauſa ſecunda.ſ.
a materia calida,tunc exhibeantur infrigidantia ex cibis,
& medicinis. CVM aqua frigida cuius cauſa eſt conſide-
randa VERMES pui ſicut vermes genarati in in
teſtino recto:& cauſa paruitatis ipſorũ eſt contraria ei, quã
diximus de cauſa magnitudinis ſerpentũ, ideſt vermium
longorũ:& qm̃ cũ egreſſione fecis aſſociatur materia ip
ſorum. LONGI & nominantur ſerpentes,& generãtur
in ꝑte ſuperiori inteſtinorum,& ſunt magni,quorũ quã-
titas vel longitudo qñq; prouenit uſque ad cubitũ: & cã
ſuę magnitudinis eſt ſua materia,qđ eſt flegma,qđ nõ ſe
paratur ex attractione epatis,neque ea putrefactione fe-
cis. LATI procreantur in ipſo,qm̃ materia ipſorũ eſt de
clinans ad ſiccitatem:& ꝑꝑ hoc declinãt tales vermes ad
latitudinem,& rotunditatẽ,qm̃ de natura ſicci eſt aggre
gare,& de natura humidi fluere:& ꝑꝑ hoc uuę lõgę vel
grana uuę lõga ſunt humidiora, ꝙ̃ rotũda,& ſimiliter cu
curbita,& reliqui fructus.ſ.eũ in vna ſpecie eſt fructus
rotundus,& longus. EX AQ VA ſceha &c. ſecũdũ eius
fortitudinẽ qm̃ ſceha interficit vermes cũ amaritudine ſui
ſaporis,ꝑcipue ſceha coraſeni,quod eſt illud,quod dama
ſci appellatur aluchſizech:latine vero ſemẽ ſantũ. verum
oportet vt ſcias,ꝙ via curationis vermiũ in pueris eſt,
vt prohibeatur puer primo a cibis,quibus vermes dele-
ctãtur,deinde exhibeat lac nouiter mulctũ aliquibus die
bus,aut pręcipiatur,ꝙ puer,ſi eſt aliqualiter magnus, ſu-
gat carnẽ maſticatã aliquibus diebus ita, vt videatur ver
mibus,ꝙ quotiens exhibetur cibus,ſit ſecundũ formã,&
diſpoſitionẽ prius exhibitã.ſ.cibi delectabiles,deinde poſt
illud exhibeatur in lacte prędicto,quod interficit vermes,
& eos ſoluat,& extrahat etiã ex corpore timendo,ne ver
mes retenti poſt mortem ipſorum euaporent ad cerebrũ
vapores malos,venenoſos,nocentes cerebro, & cordi. Et
non oportet,vt ſis audax in adminiſtratione medicinę for
tis in medicando,quę vermes interficiunt puerorum, &
illud quoniam virtus puerorũ eſt debilis: & propter hoc
pręcipit Auicenna,vt medicinę interficientes vermes, q̃
ſunt fortes,in ętate pueritię adminiſtrentur deforis empla
ſtrate,quoniam ſic adminiſtrando earum impreſſio eſt
debilis per cõparationẽ ad impreſſionẽ earum,cũ per os
exhibentur,& qñ ingrediuntur corpus: & hoc voluit
Auicenna,cum dixit,& fortaſſe neceſſarium erit ventri
ipſius emplaſtrum. COLLOquintidę pulpa vt ſua ama
ritudine interficiat vermes, & eos ſoluat, vel educat ex
corpore ſua proprietate. CVM AQ VA calida quoniã
reſoluit humiditates cauſantes illud,& expellit eas ad in-
ſtrumẽta vrinę,& prouocat,quare remouetur cauſa eius
illud. IN COXA & ꝑcipue cum ſunt propinqui natiui
tati ipſorũ,& ꝑꝑ illud eſt ſuperflua lenitas cutis eorum,
quare ipſa excoriatur a qualibet debili cauſa ita, vt ſudor
excoriet ſua abſterſione:& plurimũ talis excoriationis fit
apud coxas propter vehementem lenitatem cauſa multę
carnoſitatis ipſarum,& propter ligamenta,quę illic ap-
plicantur,& alia:& propter illud accidit plus iſta excoria
tio in parte anteriori corporis,quia lenior eſt,quã pars po
ſterior:& cura quidem iſtius accidentis eſt adminiſtrare
ea,quę confortant membra, & exiccant eorum made-
factionem,vel humiditatem.

Nota quã liter semen ſandi: ap-pellat ara bice ab Auicenna

Capitulo quarto de regimine infantium

MEliorando,& moderando,mores pueri & illud
quoniam plurimę ęgritudines,& leſiones, quę
pueris accidunt,fiunt cauſa mali regiminis in con
ſideratione morum ipſorum,quoniam puer propter debi
litatem corporis,& diminutionem conſilii cum hoc, ꝙ in
hac hora excitatur ad cognitionẽ rerũ, & ſolicitudinem
in appręhenſione ipſarum,& accidentia animę ſuper eũ
magis dominantur,& propter illud oportet vt ſit tota
intentio in meliorando mores puerorum, quę melio ratio
eſt ipſorum moderatio. ET HOC quidem.ſ. moderatio
morum. NE FORTIS ira quoniam in infirmo quãdoq;
iuuat,quoniam mouet caliditatem,& eam excitat. NE-
Q VE fortis timor quoniam qñq; iuuat prohibendo pa-
tientem,ne moueatur ad ea,quę nocent. NEQ VE vigi
lię dicunt quidam expoſitores,ꝙ in quibuſdã libris non
inuenitur iſta particula neq; vigilię:& ſic littera eſt me-
lior,quoniam ſermo hic non eſt niſi de accidentibus ani-
malibus: vigilię vero eſt accidens corporis, quare &c.
HABITVS fiat nã perſeuerantia ſuper hoc cauſat habi
tum firmũ. IN CORPORE ipſius quę eſt conſeruatio
a malitia complexionis,quę ſuccedit ad paſſiones anima
les,quoniam unaqq; earum paſſionum,cũ vehemens fue
rit,ſicut Auicenna conditionaliter ponit,relinquit in cor
pore malitiam complexionis illi proportionatam: Ira.n.
vehemens calefacit corpus,quia excitat caliditatem, &
eam ſpargit: Timor vero vehemens infrigidat conſtringẽ
do calorem,& ſuffocando ipſum. MALI mores malitiã
complexionis quoniam ad malitiam complexionis cali-
dam ſequuntur mores leonini, & velocitas irę,& animę
malignitas percutiendo hunc vel illum: Ad malitiam ve-
ro complexionis frigidam ſequitur quies vel pigritia, &
timor,& amor ſolitudinis,& alia. ET TRIſtitia multũ
exiccat ſcilicet per viam accidentis,quia diuertitur natu-
ra a comprehenſione cibi,vel ab applicatione ipſius ſu-
per cibum,& digeſtione ipſius,ſecundum ꝙ oportet, &
quotiens accidit illud,tunc non nutriuntur membra,ſecun
dum ꝙ oportet, & tunc exiccantur: pręterea ex vehemen
ti triſtitia debilitatur caliditas naturalis,quę eſt inſtrumẽ
tum cuiuſcunque virtutis in complemento operationum
eius. ET PIgritia,dicitur,ꝙ intentio per hanc pigritiam
eſt quies corporis,& quies animalis,quoniam vnũqdq;
eorum.ſ. corporalis quies propterea,ꝙ retinentur ex ea ſu
perfluitates,quę opprimunt caliditatem naturalem, Ani-
malis vero quies,quoniam ipſa extinguit vel ebetat calo
rem innatum,ſicut facit timor: & in hoc eſt conſideratio,
quoniam manifeſtum eſt,quòd vult per eam pigritiam
animalem,non corporalem,quoniam altebelid.ideſt hebe
tudo animę ſequitur albelade ideſt pigritiam corporalẽ,
quoniam altebelid eſt animalis hebetudo,& non corpo-
ralis. pręterea hic ſermo Auicenne eſt de accidentibus ani
malibus. ET CORPORIS ſimul: Nam tu ſciuiſti, ꝙ
ſuperfluitas in eis cauſat malitiam complexionis ſimi-
lem eis,& dimiſſio earum hebetat virtutes animales, &
facit declinare complexionem ad flegmaticitatem: & ex
hoc ſcitur, ꝙ accidentia pędicta quotiens fuerint debi-
lia,aut temperata, non ſunt nocentia, immo quandoq;
ſunt iuuantia: & propter illud Auicenna conditionali-
ter dixit, de nocumento ipſorum,cum ſunt vehementia
&c. VT BALneẽtur qm̃ balneũ ſua caliditate reſoluit ſu
ꝑfluitates retẽtas in interioribus corporis apud ſomnũ,&
exiccat hũiditates,& excitat calorẽ:& hũiditas balnei ꝓhi
bet caliditatẽ a ſupflua reſolutiõe. DEinde.ſ. poſt balneatio
nẽ. DEinde dimittẽdus ẽ ludere oportet, vt iſte ludus fiat
cũ ęquali,qm̃ ſi fuerit cũ minori eo,tũc nõ faciet motũ ei

quando vero fuerit virtus debilis, oportet vt exercitiū ſit puū: Ex ſuperfluitatibus vero cognoſcitur, quia qñ fuerint ſupfluitates exuberantes, tunc oportet, vt exercitium ſit paruū: ex conſuetudine ſcitur, qm̄ homines qui ſunt aſſueti exercitio alicui, melius eſt, ut adminiſtretur exercitiū cōſuetum, quod eſt melius aliis ſpeciebus exercitiorū, qm̄ mēbra ſunt illi aſſueta. Dixit. n. Hip. 2. afforiſmorū aſſueti aſſuetos ferre labores &c. & cā illius ē, q̄ inſtrumēta q̄ adminiſtrātur in illo motu laborioſo, ſicut mēbra, & ligamēta, ſunt obediētia illi motui pp̄ reſolutionē ſupfluitatū ipſorū, & non eſt hoc ꝓprium mēbris, immo etiā hoc contingit ſimiliter in virtutibus animalibus, qm̄ qui conſuetus eſt cogitare, fortis eſt eius cogitatiua: & qui cōſuetus eſt mādare memorię fortē habet memoratiuā uirtutē. ET in hora ſua, q̄ eſt apud horā digeſtionis cibi primi, ideſt qui fuit adminiſtratus in die imediate præcedenti, quādo iam quærit natura cibū alium, & cognoſcitur hoc ex colore vrinę, quoniā ſi fuerit alba, tunc cibus in epate & venis ad huc nō eſt digeſtus, q̄re tunc nō debet adminiſtrari, ſed debet adminiſtrari exercitiū, q̄do color vrinæ eſt alteratus ad citrinū, qa ſignificat digōnē cibi p̄teriti. Et alienari debet etiam exercitiū in aliis diſpoſitionibus, quarū vna eſt ſtipticitas ventris, & retentio vrinæ, et ſecunda eſt, qñ in corpore exiſtit repletio timendo, ne effundatur materia ad quędam membra: Tertia diſpoſitio eſt, quando in ſtomaco eſt repletio timēdo, ne cibus deſcēdat non digeſtus: Quarta eſt poſt balneum, & flebothomiam timendo, ne aggregentur ſimul duæ euacuationes: Quinta poſt iram & gaudiū ſuperfluū pp̄ id, quod dictū eſt. Sexta eſt, cum fames adeſt ſuperflua. NVLLO indiget &c. quoniā in exercitio cum iſtis conditionibus prædictis bonificatur digeſtio, & cōſeruatur ſanitas, & viuificatur caliditas naturalis, & adiuuatur reſolutio ſuperfluitatum. E T q̄ accidunt ex eis. ſ. materiis, ſi enim pp̄ exercitiū reſoluitur materia, quæ eſt cauſa ęgritudinis, & malæ complexionis, oportet vt pp̄ ipſum etiā præſeruetur corpus ab ægritudinibus naturalibus, & a malitia cōplexionis, quæ ſequuntur materias tanq̄ cauſam. ET hoc quidem. ſ. excuſatio ab omni cura, & q̄ nullo indigeat medicamento nō ſit, niſi cum exercitio adminiſtrato ſecundū modū æqualitatis, & in hora ſua. REGIMEN. ſ. ſex rerū non naturalium neceſſariarū. CONVENIENS. ſ. exercitio adminiſtrato ſecundum æqualitatē, & in hora ſua. E T rectū. ſ. conſiderando cōditiones exercitii. ET huius quidē declaratio. ſ. q̄ exercitiū adminiſtratum, ſecundū q̄ oportet, excuſat ab omni curatiōe etc. IN QVANTITATE ita, vt non ſit quantitas nutrimenti maior, quam ſit virtus digeſtiua. ET qualitate ita, vt in eo non ſit qualitas dominans ſupra complexionē ita, vt digeratur, & non cauſet qualitatē nocentē. MVTATVR in effectu pp̄ elongationem ab aſſimilatione nutriti complete, quia eſt in ſpecie alia. ET impreſſio aut ꝓpea, q̄ natura non applicatur ad ipſam pp̄ ſui paucitatē, aut quia diuertitur ab ea, aut pp̄ occupationem naturæ in re alia ab ea, aut pp̄ debilitatē expulſiuæ, cum nō ſit conueniens, & præparata expulſioni pp̄ ſubtilitatē eius, aut eius groſſitiem, quare diuertitur natura ab ea, quouſq; digeratur, & præparetur ad facilem expulſionē eius. C V M Q V E hoc. ſ. hęc impreſſio iterabitur cum iteratione ciborum aſſumptorum. ACCIDENTIA repletionis prędictæ, quæ ſunt repletio vaſorū, & meatuū, & oppilatio earū, & ꝓhibitio cibi, & ſpirituū a penetratione, ſecundum q̄ oportet. EVACVANT ex humiditatibus naturalibus pp̄ pmiſtionē boni cum malo; & ex neceſſitate euacuationis humoris mali euacuatur cum eo humor bonus, & euacuantur etiam ſpiritus, qui ſunt ſubſtantia vitę. DIMISSA fuerint, aut cum euacuabitur, qm̄ ſi dimittantur, tunc accidit ex repletione, ſicut grauitas, & coarctatio, & oppreſſio caliditatis naturalis, et accidit oppilatio, et putrefactio, et calefactio mēbrorū, et ꝓhibitio nutricatiōis, et aduētus apoſtematū in membris debilibus, ſi membra erunt debilia: Si uero euacuabitur, accidet ex medicina nocumentū, quia euacuabitur ab ea humor bonus, & conueniens, & ledentur membra, & debilitabitur virtus membrorum principalium, & mēbrorū eis ſeruientium. QVAE magis ꝓhibet. Intentio eſt, q̄ exercitium eſt fortius, & efficacius ꝓhibens repletionē, quoniā ipſum euacuat materiam paulatim cum conditionibus, q̄ reliqua regimina, quæ cum eo adminiſtrantur, fuerint cōuenientia: aliter. n. quādo fuerint non conuenientia, tunc quando reſoluit aliquid de ſuperfluitate per exercitium, aduenit aliquid loco ipſius cum regimine non conuenienti. Amplius hoc, quod aduenit, quandoq; eſt minus, qñq; æquale, & qñq; plus, q̄ ſuperfluum, quod fuit reſolutum: Quòd ſi fuerit minus, aut æquale, defaticabitur natura cū continuo motu: & ſi fuerit plus, tunc aggregabitur illud, quod fuit additum ſupra reſolutū ſucceſſione dierū aliquid poſt aliq̄d, & faciet accidere ęgritudines. QVO calor naturalis pp̄ reſoſolutionē eius, quod illi contrariatur, et pp̄ reſolutionē ſuperfluitatum, quæ ipſum opprimunt. ET cordas. ſ. cum reſolutione ſuperfluitatum mollificantium. IN ethicam. i. in macilentiam membrorum, & eorum arefactionem: dimiſſio quidem exercitii cauſat illud ꝓpea, q̄ debilitaſ uirtus digeſtiua cibi pp̄ frigus adueniens ex priuatione caliditatis, quę per motum inducitur: quare dominatur frigus, & debilitatur virtus attractiua pp̄ illud, et pp̄ multas ſuperfluitates. quare tunc natura deſiderat conſeruare illud, quod eſt nobilius, & carius: Et iterum, quia caliditas debilitatur pp̄ priuationem viuificationis, quæ fit per motum, ideo ex hoc natura debilitatur in diſtribuendo cibum ad mēbra corporis, propter quam debilitatem diſtribuendi ſequitur extenuatio corporis.

Nota qđ memoratiua uirtus fortificat ex frequēti uſu ipſius.

Capitulo ſecundo de ſpeciebus exercitii.

HOc quidem capitulum cōpręhendit duas cōſiderationes, quarū prima eſt de diuiſionibus exercitii vniuerſalis: Quodlibet enim exercitium aut eſt proprium vni membro, ſicut intueri literas tenues cum oculis, & audire voces delectabiles, aut graues, ſeu horribiles cum auribus, & fortiter inſufflare titillantia cū naſo, & vociferatio fortis cum gutture: & multitudo ſermonis, & diſputatio, & maſticatio rerū glutinoſarum cū facilitate in ore, & lingua, & dentibus, & quę eis ſimilātur, & nominatur exercitium particulare: aut non eſt ita, & nominatur exercitium vniuerſale, & eſt illud, de quo nunc loquimur. ALICVIVS humanarum operationū & illud ſicut artem aliquam exercere, & terram arare, et portare onera grauia, & deambulare in negociis ꝓficiendis, & quę illis ſimilantur. Et iuuamenta quidem iſtius exercitii ſunt tria, quorum vnū eſt, q̄ ipſum adminiſtramus, vt ex eo adueniat lucrum. Secundum uero eſt, vt addiſcamus, vt per talem cognitionem fiat iuuamentum in eo, q̄ volumus poſtea facere: Tertium autem eſt, vt fiat iuuamentum ex eo, ſecundum quod eſt exercitium. QVOD habet differentias exercitium quidem, ſecūdū q̄ eſt exercitiū, licet habeat vnā intētionē, uel declarationē, tñ ſecūdū q̄titatē, et q̄litatē ipſius habet res, q̄ ipſum in diuerſas ſpecies, & differētias diſtinguit. NAM exercitiū. ſ. purum. METARACH eſt exercitium cōpoſitum ex debili, & tardo. LVCTARI eſt exercitium notum, & eſt forte. ALMEBATHASE, eſt ex ſpeciebus exercitii

fortis uelocis, & de eo dicemus infra. & ALMELACHEZE est percussio adherēdo. uel approsimando pectus vnius super pectus alterius & est exercitium forte, & uelox. ET Aladar & in hoc loco Aladat est prosequi equū currentem, et cū baculis ipsum percutere, cum gradū seu cursum resistere uoluerit: & est exercitium forte. ET proiicere cum arcu est species excercitij fortis vehementis: ALCHAFAZI est saltus sursum ad rem, vt cū ea saltens suspendatur. et est exercitium uelox, vehemens.

Almethacale. Et similiter est exercitium saltendi super pedem vnum. ET equos equitare & ē etiā exercitium uelox, verum primū est per se, & hoc est accidentale. ET est species exercitij nobilis pp motum totius corporis, & partium eius: & est exercitium velox fortis pp stationem super extremitatem pedum, et extensionem manuū motu veloci ambarum. IN alargiha Alargiha est numeri pluralis istius

Alargiha. nominis alargiuha, et est funis seu corda suspensa, in qua pueri sedent, & mouentur: verum hoc exercitium diuersificatur, secundū q fit aut stando, aut sedendo, aut iacēdo. IN nauicula parua & talis quidem motus est supra motū, & fortior, q̄ motus, qui fit in corda suspensa supradicta. ALHAMARIAT est lectica quędam parua cooperta super camelum alligata, in qua mulieres arabum uehuntur. ET in plaustris uehi iste quidem motus est uehementior, q̄ supradictus, quoniā corpus cum eo cōmouetur fortiter. ET incesanter spatium a duobus lateribus VMBRAM suam & est vt homo assumat ensem, aut lanceam, & ludat cū ea: et vmbra sit loco aduersarij pugnantis cum eo. ET altefasich cū manibus idest manus ad inuicem percutere vel manus percutere super spatulas percutiendo spatulā sinistram cum manu destra, & pcutiendo locū subascellæ dextræ cū manu sinistra, aut econtra. ET althafara idest saltre de loco ad locum transeundo in saltu spatium notabile. ET alzegi idest ludus qui fit cum vnus homo conatur percutere socium cū zagi, idest baculo in cuius extremitate positū est ferū lācee in pte inferiori ipsius, Et qa in tali ludo vnusqsq; ludēs mouet fortiter, et velociter, vt se deffendat a percussione ferri prædicti, Ideo talis ludus est exercitium forte. ET ludere cum alsulegian idest ludere cū virgis retortis in extremitatibus ipsarum, seu cum virgis habentibus additamē tum paruum in vna extremitate per transuersum situatum: Et talis quidem ludus fit equester, aut pedester percutiendo cū virgis prędictis pilam ligneam magnā, aut paruam proiiciendo ipsam cum dictis baculis versus aduersarios ludentes, & econtra aduersarij prædicti repellūt eam cum virgis prædictis: Et huiusmodi qdē ludus vsitatur in Syria, & in Egipto, & in Persia apud principes, & apud milites suos eqtando equos, et ex hoc ludo equi fiunt aptiores ad motū facilē ad diuersas positiones ptes: & iuuenes etiam sic super equos ludētes fiunt magis apti ad pugnam cum ense, & lancea super equos equitantes: Et in regionibus supdictis pueri ludūt pedestres currēdo, et percutiendo pilam prædictam cum uirgis suprascriptis: Et exercitium suprascriptū siue sit equester, aut pedester quando fit cum pila magna, est exercitium forte, et velox: Si vero fiat cum pila parua, est exercitium velox tantū. ET zached alchaul idest eqtitando equos curentes, & pcutiendo eos cum pedibus, cū tardant cursum: & talis eqtatio est exercitium forte, velox, quia in ea mouentur pedes motu forti, & frequēti, dum percutitur equus currēs cum pedibus absque calcaribus. Et in huiusmodi percussione commouetur etiam reliqua pars corporis: ALMEBATASE est genus exercitij fortis, et comuot ad species luctationis. ET ex eis est impulsio. s. vt quisque duorum luctātium a loco remoto curēdo ad se inuicem cū pectoribus occurrant ita, vt vnus percutiat cum pectore suo pectus alterius, & cum hoc conatur impellere socium ad terram, & ipsum superare: & hoc quidem exercitium est vehemens, forte. ACVS subselliorū idest acus longę, quibus construentes sellas equorum vtuntur. CVM exercitijs suauibus ita, vt virtus non resoluatur cum exercitio forti, & veloci, & vt adueniat seu intermediet modus qetis inter motus fortes, vt natura non aggrauet. SECVNDVM diuersos modos & illud vt sit eius iuuamentum comune omnibus iuncturis, & dorsis lacertorū. NON secundum vnum modum ita, vt fiat naturę consuetum, vnde minoretur eius impressio: iam enim sciuisti, q processio secundum vnum modū, cuiuscunque rei sit, efficit naturæ consuetū: & cum ita fuerit, non facit impressionē in corpore, & fit contrariū eius, q queritur ex exercitio. Consideratio de exercitijs particularibus VNVM quod que præterea mēbrum &c. NON est res oculta & sunt species motuum diuersę, et artes diuersæ ex operationibus hominis. ET inter eas mixta idest inter vocem acutā, & grauem pp illud, q sciuisti de vtilitate diuersitatis exercitij. Et hoc etiam exercitiū est ori Et hoc sequitur ex emissione aeris cum voce. ET vuulæ pp extensionē ipsius. ET linguæ exercitium quidem non aduenit linguę cum voce, de quo sit curandum, nisi cum in tali voce sit dearticulatio literarum, & nisi moueatur in ea lingua, sicut in sermone. ET decorat colorem. s. exercitium factū per vocem bonificat colorem pp id, quod ex uoce & cantu sequitur de retentione anhelitus, & motu sanguinis, & spirituū ad exteriora, & subtiliatio sanguinis, et præcipue cum in cantu sit variatio uocis, & vnus in sermone resistit alteri, sicut fit inter duos disputantes. ET mundificat pectus. & illud pp calefactionem causantem dissolutionē superfluitatum, quare facilis fit earū egressio associatarū cum aere ęgrediente cum fortitudine, cum fit uox fortis. ET retentione anhelitus. Sciēdum, q indi medici pro cōfortatione caloris, & pro apertione oppilationum administrant retentionem anhelitus longam non respirando p os, neque per nares, tamen in tali retentione anhelitus tenent nares apertas. DILATAT cannales pp retentionem anhelitus, & pp illud est exercitium toti corpori. Timorosum. quoniam magnificatio uocis, et eius prolongatio fit ex retentione anhelitus, & retentione materiæ, & expulsione aeris plurimi, & assiduatione motus instrumentorū anhelitus, ex quibus omnibus timetur ruptura in quibusdā meatibus, & vijs. MVlta aeris attractio, vnde fit timor. quoniā quādoq; extinguitur caliditas cordis ex attractione multi aeris: & in magna voce etiam expellitur aer plurimus MAGNVS existit timor pp egressionem multę ventositatis cum eo. VOX ordinate quoniam tu iam sciuisti, quod omne, q administratur cū gradatione, non nocet corpori. PONENDVM erit temperatum vt non noceat nocumento prædicto: Si enim longum solum est nociuum, quomodo erit si fuerit cū vehementia & magnitudine? QVOD eius tempus plongabitur idest tempus vocis vehementis, & magnę. TIMOR erit temperatis & sanis quoniam addit in resolutione humiditatum ex membris anhelitus cum hoc, q superfluitas in sanis est pauca, q̄re nocentur per illud pp egressionem ipsorū a temperamēto causa illius. VNVSQVISQVE præterea homo quoniam vnusquisq; homo distinguitur ab altero, aut in ętate ipsius, aut in complexione, aut in figura, aut in regimine pręcedenti, aut in arte sua, aut in aere regionis suæ: & vnumquodque illorum est ex eis, quę diuersificant exercitium, quare vnicuiq; indiuiduo secundum ipsum appropriatur exercitiū: & cum fuerit ita, non oportet, vt credatur, q retentio anhelitus

helitus noceat vnicuiq; indiuiduo, quoniam confert frigidis, & habentibus aerẽ frigidũ: et cõtrariũ illis nocet, et hęc fuit intẽtio eius in hoc sermone, ET cõualescẽtibus quoniam in istis non est possibile administrare motus fortes per se, sicut administrantur motus debiles accidentales conferentes ipsis, quoniam huiusmodi motus accidẽtales resoluunt materias existentes in corporibus eorum, & indigentes resolutione, & excitant virtutes eorum. ET quæ sunt sicut ipsum idest quæ sunt ex medicinis fortibus solutiuis, & illud, quia soluunt humiditates aut ex stomacho, aut ex alijs ad partes membrorum, super quæ dominatur exicatio IN diafragmate quoniam in istis nõ debet fieri motus magnus, causans, vel requirens anhelitũ magnũ, quare cõmotio in cneda pendẽte, aut in cuna resoluit, quod existit in diafragmate obediens absq; hoc, ꝙ ad ipsum trahatur alia materia, quoniam non fit nisi post mundificationẽ corporis ab his, quæ sunt in eo, & non administratur hoc, nisi in fine ęgritudinũ diafragmatis. CVM autem suauiter fiet, dormire faciet, quia facit fluere humiditates, & eas subtiliare, quare euaporant, & ascẽdunt ad cerebrum, & causant somnum: & ꝓp quietem virtutis ex resolutione superfluitatũ natura q̃rit somnũ, & quietem. ET ventositates dissoluet. s. subtiliando materias earum, & aperiendo porrositates: & hoc totũ fit cũ viuificatione caliditatis naturalis facta per motum.

AEGRITVDINVM capitis ꝓp minorationẽ materię causantis lesionẽ: cũ enim lesio est i superioribus, tũc motus in inferioribus cõfert, cũ uero lesio, & ęgritudo est econtra, tunc motus contrario modo factus iuuat. Et nõ est dubium, ꝙ in motione facta in vasculo super cordam pendentem prius mouentur membra inferiora, q̃ superiora, & ꝓp illud talis motus iuuat reliquiis ęgritudinum ꝑtium superiorum. Et tu quidem iam sciuisti, ꝙ ægritudines ipsorũ sunt secundũ duas species: ex eis enim sunt, quarum materia est frigida, & in istis motus prędictus iuuat: quibus vero materia est calida, tunc motus non iuuat, sicut in frigida. Motus ergo prædictus confert duobus modis, quorum vnus est, ꝙ resoluit residuum materierum illarũ ꝓpterea, ꝙ motus excitat caliditatem, & apit porrositates: Secundus modus est, quia talis motus trahit materiam in contrarium, secundum ꝙ sciuisti. ET commouebit vel excitabit desiderium uel appetitum ꝓpterea ꝙ motus prædictus viuificat calorem naturalem. ET excitat naturam. s. ad suas operationes, quia ab ea expellitur, quod ei est nociuũ. CVM autẽ sup lecticã cõmotio corporis quandoq; fit in alargiha, & quandoq; fit in cuna, & q̃nq; fit super lecticam suspensam in cordis: Et non est dubium, ꝙ commotio leuior naturæ est illa, quæ fit super lecticam supradictam: & ꝓp hoc dixit, erit conuenientius ei &c. ET febres compositas. s. quæ sunt a materia frigida, & calida: cũ igitur febres huiusmodi habeant materiam sic dispositam, manifestum est, ꝙ motus superfluus nocet ratione materiæ calidæ: & quies nocet ratione materiæ frigidæ: sed motus temperatus confert, quoniã subtiliat flegma, & resoluit absq; calefactione nocente calido humori. ET flegmaticas & in hoc est consideratio, quoniam flegmata indigent motu forti non temperato, nisi dicatur, ꝙ motus super lecticam quandoq; est leuis, & quandoq; fortis, quare motus leuis administrari debet in febribus compositis, & fortis motus in flegmaticis, secundum ꝙ Auicenna videtur innuere. & habenti ydropisim confert, sicut habentibus febres flegmaticas, & ægritudines renum, quoniam ipsi nocentur per hoc, ꝙ calefiunt ex forti exercitio attrahente materias ad ipsos: in dolore vero podagrico confert, quoniam in forti exercitio mẽbra extrema ꝓp suam debilitatẽ recipiũt materias: Aegritudinibus renum vero confert, quoniam motus prædictus expellit superfluitates, & ꝓp hoc tingitur vrina apud laborem: Et hoc quidem exercitium subtiliat materias, & facit eas fluere, & pręparat ad expulsionem cum operatione naturæ. EI quę est fortior idest exercitium lene seu debile conuenit materiæ, quæ est lenis, facilis expulsionis: Et exercitium forte conuenit illi materiæ, quę est magis rebelis resolutioni. EORVM impressio idest impressio, quæ fit in plaustris, & motus in eis, est laboriosus, velox per comparationem ad motum factum in lectica. MAGNVM confert iuuamẽtum dicitur ꝙ causa in hoc est, quod illud, super quod cadit visus, continue elõgatur, q̃re indiget ad hoc, vt videatur subtili intuitu, & aspectu vehementi, quare aggregantur duo exercitia. s. motus plaustri, & intuitus fortis, quare causa ipsorum resoluuntur superfluitates inducentes illam ægritudinem: & per illud, quod sequitur de eradicatione materierũ ab anteriori parte capitis ad posteriora ipsius ꝓp commotionem capitis qualibet hora ad posteriora, & illud ꝓp grauitatem plaustri seu curcus, & commotio ipsius continue est ad partẽ anteriorem: cum igitur manifestum sit, ꝙ dorsum eius, q vehitur in plaustris situ ꝓdicto declinat ad hanc partẽ, Ideo conueniens est, ꝙ attrahatur materia ad huiusmodi partem, quare tunc attrahitur materia a parte anteriori capitis ad posteriora ipsius, & cum fuerit ita, ideo cõfert debilitati visus, et obscuritati eius iuuamento manifesto. IN nauibus vero magnis & paruis &c. Modus quidem cũ quo isti motus cõferũt ægritudinibus prædictis, est, q̃a huiusmodi motus commouent materias, & resoluũt eas, aut faciũt eas egredi per uomitũ: & tales quidem motus in nauibus commouent materias, siue feratur in naui iuxta litus siue i mari ꝓfundo remoto a litore, q̃m ex primo sequitur, ꝙ humores moueantur ꝓpterea, ꝙ anima diuersificatur, & timet cum videt diuersitates ꝓportionũ totius mundi cum hoc, ꝙ corpus suum est quietum, quare opinatur, ꝙ mundus cum totalitate sua moueatur, quare timet anima, & terrefit ab illo, quare commouentur humores, & declinant ad partem superiorem, præcipue si ipsi fuerint in radice colerici: qui vero ex eis sunt grossiares, mouentur versus subtiliores cum consecutione ipsorum vel consequendo ipsos. s. ne detur vacuũ. Ex motu vero secundo in naui remota a litore sequitur, ꝙ materiæ non mouentur, nisi ad partes immaginatas, & ad partes, ad quas anima est ꝓp timorem intenta, & quas comprehendit cum visu, vnde ꝓp hoc materiæ petunt ad superiora: & ex hoc commouetur vomitus superfluus, & nausea superflua. Quod si dicatur, qualiter ergo in cecis nauigãtibus commouẽtur materiæ ad superiora, cum ipsi non videant aliquid? Dicendum, ꝙ cecis prædictis accidit commotio materierũ uersus supiora ꝓp imaginationẽ supradictam circa timorem, & similia, et non ꝓp ipsum motũ, aliter enim accideret illud ex motu corporis extra nauim cum esset conformis motui hominis nauigantis in mari: Ideo dicendum, ꝙ illud sequitur ex imaginationibus, & ex visionibus timorosis ipsi animæ, & ex cõmotione materierum in corpore, & motibus spirituum in girũ seu in inordinate, quæ perturbant, & subuertunt animã. Quidam dixerunt, ꝙ ex imaginationibus, & motu spirituũ supradictis cõmouẽtur nerui reuersiui, qui ad os stomaci perueniunt, vnde agitatur & leditur os stomaci, & causatur nausea, & vomitus. Cum igitur ita sit, non est mirandum, ꝙ ferri, & motus in naui conferat ęgritudinibus ꝓdictis, quoniam materiæ ipsarum grossæ sunt fixe membris, quare non eradicat neq; cõmouet eas, nisi motus ꝓdictus, & confert frigiditati stomaci etiã, & inflationi eius, quoniam calefacit ipsum, & resoluit ventositatem eius

pp humorē colericum, qui effunditur ad ipsum: & hoc innuit Auicenna cum dixit, & confert lepræ. CVM cōmouebitur ex eo idest ex motu in naui ppe litus. CONFERENS stomaco quia significat resolutionem humoris, et mūdificationē stomaci. LETICIAE et timoris cōmouentur enim ex hoc materię aliquando ad interiora, & aliquando ad exteriora, vnde preparantur ad expulsionem causa motuū diuersorum, vnde remouentur, & eradicātur illę ęgritudines: & non eradicat diuersitas motuū ppe litora, nisi quoniā letitia illic est maior, q̄ timor, aut tristitia continue, & diuersitas proportionis totius mundi supradicta non causat commotionē materierum, & uomitu in illis, q nauigant in mari magno, sicut in nauigantibus propre littus. PARTIVM corporis quoniam ipsa sunt situata in lōgitudine corporis quare mouētur ad motum corporis de necessitate, & aduenit eis exercitium cum motu ipsius corporis, & non dixit de membris anhelitus, quoniam ipsa exercitantur exercitio pectoris, & manuum, & spatularum, & cum exercitio totius corporis: & in uno quidem membro non est conueniens aggregare exercitia diuersa. INSPICIENDO res minutas quoniam est operatio propria secundum modū conatus, & pp hoc est ei exercitium. LEVITER intueatur vt assuescat eis, & non resoluatur ex hoc velociter. AVSCVLTANDO occultos idest sonos submissos, vt fiat conatus, quoniam conatus in operatione sua est ei exercitium. MAGNOS aut pp assuefactionē, & vtilitatem prædictum, aut quoniam exercitium cum huiusmodi vocibus administratur, cum materia dominans in auribus est grossa. CAVERE debet idest cauere debet a vehementia exercitÿ, & calefactione ipsius super mēbra sua, vt non attrahantur ad ipsa materię, quando calefacta fuerit cū exercitio causa vehementis operationis suę pp debilitatem cum raritate sua & amplitudine meatuū suorū. SECVNDVM modum consequendi pp illud, q scis, q quædam membra non possunt quiescere apud motum totius corporis, sicuti pedes, cum in eis accidunt ęgritudines, sicut uarices, oportet vt non moueantur per se, sed motu accidentali consequente ad motū aliorum membrorum: Qui quidem motus accidentalis debilior est, q̄ motus per se. OPORTET vt sit debile, vt nō resoluatur virtus eius. VT sit forte vt resoluantur superfluitates ipsius, ET similiter dens, & auris: Nam dentes exercitantur in masticando res viscosas, & aures in audiēdo voces magnas.

Capitulo tertio de hora exercitÿ.

CIBVS hesternus Auicenna appropriauit hunc sermonem cibo hesterno, seu cibo diei præcedentis, q̄uis etiam post cibum hodiernū vel aliqua hora huius diei assumptū nō licet administrare ea exercitiū, nisi post digestionem ipsius, quoniam nocumentum motus post cibum hesternum non adhuc digestum est magis nociuum, q̄ nocumentum motus vel exercitÿ administratū post cibum hodiernum non digestum: & illud quoniam nocumentū adueniens ex administratione exercitÿ prędicti est ex hoc, q ipsum facit penetrare materias crudas ad partes membrorum: sed materiæ crudæ aduenientes ex cibo hesterno non digesto plures sunt, q̄ illę, quæ adueniūt ex cibo hodierno vel in hac hora assumpto non digesto, quoniam ad cibum hesternum adduntur superfluitates aggregatæ ex quiete, & frigore noctis constringente, vel coarctante superfluitates, & ex aliÿs causis: econtrario vero est cibus hodiernus vel in hac hora assumptus, quoniam non additur ei res alia: quia igitur cum cibo hesterno non digesto multæ superfluitates adduntur, & non sic est in cibo hodierno, vel in hac hora assumpto, Ideo Auicenna specificauit sermonem suum de cibo hesterno, & non de hodierno. IAM sit digestus quoniam cum administratur exercitium, & in stomaco, & epate, & venis sit cibus non digestus, tunc talis cibus vel tale nutrimentū pp exercitium penetrat, uel vadit ad membra crudū, & indigestum, & causat oppilationes: & hoc quidem est contrarium eius, quod intenditur de exercitio, quod aperit meatus, et porros &c. CIBI alterius &c. ET hoc quidem declarat &c. hic Auicenna respondet tacitæ obiectioni: dicet enim quis, q hora, qua cibus hesternus est iam digestus tribus degestionibus prędictis est ignota, quare &c. Respondet ad hoc dicens, q talis hora cognoscitur, & declaratur ex vrina. s. q cibus hesternus sit digestus secundum digestiones tres. MATVRATIO vrinę secundum substantiam, & colorem: quoniā digestio eius significat digestionem illius, cum quo associatur: Iam enim sciuisti, q aquositas vrinalis acquirit substantiam, & colorem ex permixtione humorū cum ea: & sciuisti eam, q est moderatæ substantiæ, & coloris: Cum egreditur vrina, quæ sit digesta in colore, & substantia, significat digestiones tres iā esse cōpletas, et pfectas. et priceps Auicēna pmisit digestionē substantię ad digestionē coloris qm vidit, q operatio naturæ in digestione secundum substantiā dignior est, & prior. ET erit hęc. s. digestio vrinę in colore, & substantia. ISTIVS digestionis. s. completæ. VIRTVTEM deÿciet. s. resoluendo calorem naturalem, & quod remanebit, acquiret ex eo acuitatem, & malitiam: & illud quoniam calor naturalis, quando non inuenit, q resoluat ex superfluitatibus, conuertitur ad humiditates naturales, & eas resoluit: et pp earū resolutionē resoluitur caliditas naturalis, q̄ in eis fūdatur, uel substētat: ex resolutione vero caliditatis debilitatur virtus, quare &c. immo sit in eo paucum nutriens, & hoc est verum pp duas rationes, quarum vna est, vt non acuatur caliditas naturalis, deinde finiatur cum resolutione, quoniam ignis, quādo ei applicatur continua insufflatio, inflammatur vel accenditur fortiter, & postea extinguitur: Secūda ratio est, vt nō debilitētur uirtutes, & arefiat corpus. PAVCVM nutriens vt sit eius digestio velox: Aliter enim remanebit in sua cruditate, & administratio exercitÿ post ipsum faciet penetrare ipsum ad membra non digestum, & tunc causabitur oppilatio in viÿs, & meatibus. IN hieme sit grossum quoniā caliditas in hieme est exuberans in interioribus, & est potens super digestionem, et maturationē: Resolutio preterea, quæ accidit ex exercitio, tardatur in tempore hiemis pp dominium frigoris in exterioribus inspissantis, vel constringentis porros, quare non timetur q velociter attrahatur cibus grossus ad partes membrorum ita, vt accidat oppilatio in meatibus: In estate vero dispositio est econtra, quia cibus subtilis est melior grosso. SI est plenus melius est &c. & illud pp tres rationes, quarum vna est, q in exercitio super repletionem necessarium est remouere aliquid existens, sed in exercitio super vacuitatem necessarium est existeret aliquid, quod non est. s. priuatiuum, et primum quidem facilius est, q̄ secundum: nocumento enim, quod accidit ex repletione, succurretur faciliori modo, q̄ succurratur nocumento accidenti ex exercitio super vacuitatem facto. Secunda ratio est, q qn̄ administratur exercitium super repletionem, necessarium est, q membra attrahant de cibo exhibito aliquid loco eius, quod fuit resolutum: et ex eo aliquid superfluit: econtrario est, cū administratur exercitium super uacuitatem: Tertia ratio est, q resolutio, quę accidit ex exercitio super repletionem, non sit tanta, sicut fit ex exercitio

super

super vacuitatem, quoniam caliditas naturalis, & virtutes naturales, qualitercunque sit, in repletione declinãt ad interiora versus cibum, quare operatio eius tũnc est in distributione cibi, et in eius digestione, et cum hoc porrositates corporis tunc sunt magis strictæ, q̃ sunt in dispositione vacuitatis, quare corpus tunc non est præparatum ad resolutionem pp exercitium, quare porrositates tunc nõ sunt apertę: sed in hora vacuitatis caliditas est imprimẽs in interioribus, & exterioribus non occupata in interioribus circa digestionem alicuius cibi, & porrositates tũc corporis sunt amplę, quare resolutio fit maior. DVM est frigidus, & siccus, & illud quoniam corpus, quando fuerit calidum in exterioribus, est in interioribus paucæ caliditatis, quare non apparet nocumentum exercitij fortis mult': Cum vero corpus fuerit frigidum in exterioribus, est in interioribus multę caliditatis: si ergo tunc additur caliditas exercitij, tunc velocitatur in eo resolutio superflua causans deiectionem virtutis, & sincopim: Et sicut quando corpus est humidum melius est, q̃ vt sit siccũ; & hoc est manifestum, quoniam exercitium exsiccat humiditatem, quæ opprimit caliditatem naturalem, sed in corpore sicco augetur siccitas, & extenuatio pp exercitium, unde causatur nocumentũ. ET ex horis quidem ipsius idest horæ, in quibus corpus vti debet exercitio. ÆQVALITAS inter ea ambo idest inter dispositiones cõtrarias. s. calor, & frigus, & repletio, & vacuatio ita, vt appareat vtilitas exercitij absq; nocumento. AD ęgritudines causa vehemẽtis resolutionis debilitantis, causantis ægritudines. SANABITVR quoniam humiditates, quæ per exercitium prius resoluebantur, per quietem aggregantur, & humectant complexionem eius; & declaratio huius est, q motus est contrarium quieti, & cura fit per contrarium, quare impressionem factam per motum remouet impressio accidens ex quiete. V T superfluitates in intestinis expellat, deinde exercitetur pp duas causas, quarum vna est, vt corpus alleuietur, & facilis fiat in eo motus: secunda causa, vt ad membra non attrahantur superfluitates, quę sunt in intestinis, & vesica, quare consumpantur cibus ipsius, et humores, & illud, quoniã pp resolutionem factam a motu membra indigent, q ad ipsa attrahatur id, quod eis vicinatur, sed id, quod est in intestinis, & vesica, est cõtinuũ ei, quod uicinatur ipsis membris, quare tunc attrahitur ad membra aliquid de humiditatibus superfluis, & sequitur nocumentum, quod diximus. ET portos dilatet pp duas causas, quarum vna est, vt præparentur membra ad motum cum lenificatione iuncturarum, & gradatione ipsarum de quiete ad motũ fortem: Secunda causa est præparatio materierum corporis ad resolutionem per exercitium: & pp hoc talis fricatio nominatur fricatio præparationis. DEINDE idest post exercitium. oleo in vngatur dulci, & hoc vt oppilentur porrositates, & prohibeantur materiæ a resolutione: & oleum quidem dulce est illud, in quo non est stipticitas, & illud fit, vt adiuuetur in lenificatione membrorum: & hęc fricatio nominatur fricatio reductio- ductionis, de qua infra videbitur. DONEC membrorũ & hoc fit, ut fiat permutatio ad motum fortem ex dispositione quietis cũ gradatione, ne superfluat resolutio post motum: Alia littera vt eius permutatio ex motu forti ad quietem cum gradatione, ne superfluat resolutio post motum. NON vehementis penetrationis vt non superfluat resolutio eius, quod cuti appropiquatur, ne accidat ei, quando administratur motus secundus, exiccatio cum additione resolutionis, & vt nõ mollificetur supra q̃ oportet. ET sit hoc. s. fricatio MAnibus multis idest, multotiẽs reiteretur fricatio nõ multis vicibus numero factis secundum vnum modũ, sed illud fiat ponendo vnam duarum manuum super dextram trahendo versus sinistrum, & aliam econtrario: & ponatur vna ipsarum supertius trahẽdo ipsam infertus, & aliam econtra. VT hæc. s. fricatio. AD superficies omnium musculorum. s. qui sunt in diuersis sitibus. DEINDE dimittatur id est post fricationẽ dimittatur fricatus quiescere. POSTEA fricatus idest post dimissionem fricationis, & post quietem, si indiget moueri secunda vice, tunc incipiat exercitari. IN domo temperata, vt tẽperatus sit aer, ne frigus sit nocens, mortificãs, neque calor sit resoluens, debilitans. IN ęstate sit in principio diei, & illud quoniam intentio istius sermonis est, vt sit exercitium in hora tẽperata, aut cum hoc non sit, phibens ex parte cibi. In vere quidem digestio est fortis, & corpus in principio diei est vacuum a cibo, & pp illud oportet, vt tardetur in vere exercitiũ vsque ad meridiẽ, & comedatur in principio diei veris cibus subtilis, & non tardari debet exercitium usq; ad finem diei, quoniam illa hora est etiam hora vacuitatis a cibo, quoniam plurimi homines administrant cibum in vere, & hyeme in principio diei pp fortem digestium in eis, quare appetitus cibi in principio diei est fortis: sed non sic est in æstate, quoniã digestio in eo est debilis, & nox est breuis, quare non est fortis appetitus in principio diei æstatis, & proprie quia caliditatas debilitat appetitum: & pp illud oportet, vt sit administratio exercitij in eo in principio diei. Amplius pp debilitatem digestiuæ, & breuitatem noctis aggregantur in corpore superfluitates, quæ indigent resolui: q si post ponatur motus ab hora prædicta, destruitur id, quod est conueniens: & si administratur cibus in illa hora cum dimissione exercitij, tũc post attrahitur nocumentũ aliud SED alia prohibentia quæ sunt frigus illius horæ, HOC vetant idest vetant post positionem vel tardationem vsq; ad illam horam, quia ipsa prohibet: talis enim frigiditas inspissat, vel cõdensat neruos, & lacertos, vnde nõ sunt obedientia motui: & ex hoc scitur, q cum fit exercitium, & corpus est calidum, melius est, q̃ fiat exercitium, dum corpus est frigidũ, quãuis indigeat in illa hora exercitio. ET temperate calefieri, vt remoueatur nocumentũ aeris frigidi, q condensans neruos, & lacertos facit inobedientes motui, quare aer frigidus impedit motum. ET expulsione superfluitatum, Et intentio est, q oportet, vt cõsideretur hora, quam ratio exigit secundum digestionem cibi, & expulsionem superfluitatum. ET calefactus sit locus, vt frigus eius sit contẽperatũ, & illud qm̃ hæc hora, de q̃ hic loqtur, est tẽpus hyemis. s. i tpe hyemis fortis frigoris. BOnitas eius. s. coloris rubei. EST ad huc hora et illud, quoniam significat, q mouetur sanguis ad exteriora pp eius subtiliationem, & calefactionem, & illud cum nõ superfluit in calefatione, cum resoluitur, quia tunc color citrinatur. DVM leues perseuerant idest dũ [motus sunt leues nõ graues super eum, qui mouetur,] ADhuc est hora: quoniã illud non est sic, nisi cum non accidit ex motu superfluo exiccatio: motus enim sunt leues pp multum de sanguine, & spiritibus transmissum ad membra, & hoc fit, cum caliditas non est propinqua termino resolutionis superflue, [ex qua resolutione superflua corpus extenuatur.] SVDOR vaporalis: scias, q sudor egreditur duobus modis, primus est ex fluxu materię cuti propinquæ, & talis sudor est eueniens ex quocunq; motu in principio exercitij: Secundus modus est pp calefactionem corporis facientem euaporare humiditates eius, qui vapores peruenientes ad cutim conuertuntur in sudorem a frigore exteriori: Et fluxus quidem istius sudoris secundi indiget, vt exercitium dimittatur, vel terminetur, & non sudor primo modo eueniens, quoniam finis exercitij non est ad-

Nota q infra dicetur, q corpus infrigidatũ in exterioribus ab aere frigido hẽt neruos et lacertos cõdẽsatos a frigore, vnde sunt in obediẽtes motui, q̃re exercitiũ melius fit corpore calido in exterioribus q̃ frigido.

Vnde denominat fricatio p̃parationis.

Alia litera sũt ij motus, est agilis [illegible] nõ grauis defatigatus.

Alia litera neq; apparẽtes in corpore extenuatio.

uentus sudoris primi: & propter illud dixit sudor uaporalis. DIMITTENDVM erit.s.exercitium. AD oleum almagarach & oleum, quod copiose in vngendo administretur, vt prohibeantur materiæ a resolutione oppilando porrositates, & vt leniantur nerui, & lacerti, & vt humectentur membra sua penetratione in porrositates, quæ per exercitium sunt dilatatę, & vsque ad interiora membrorum, vt ipsa humectentur, & vt succurratur exiccationi exercitij, & vt per fortem inunctionem resoluatur, quod remansit ab exercitio iuxta cutim. SI anhelitum sui & illud, quoniam ille, qui tali motu mouetur, cum quærit vel vult exercitari, qñq; retinet anhelitum suum, quousque quiescat, & retentio fiat anhelitus secūdum mensuram caliditatis in ventre, & illud causat sudorem multū propter multitudinem vaporum, qui eleuātur ex intrinseco ad exteriora fouentes vel causantes sudorē, vel qui sunt materia sudoris causati ex resolutione humiditatum in vapores multos: & propter illud indiget multa vnctione cum oleo, vel indiget, q; fiat vnctio cum multo oleo, vt mediante oppilatione porrorum prohibeatur multa resolutio. NIL in secunda die, quoniam mutatio rei, quæ est secundum quod oportet, est mutatio eius ab eo, quod currit cursu naturali: & hoc multum alterat naturam.

Nota q; ista est corrupta, sed actius ist;. est, q; si quādo hora exercitii cōtinuerit anhelitum suū, vnde calor fuerit magis fortis interius, et magis dissoluēs humiditates in vapores, vnde sudor copiosus postea secutus fuerit, tūc post tale exercitiū debet fieri vnctio p̄dicta copiosa, vt porrositates oppilētur, & prohibeat sudor, & resolutio superflua.

Capitulo quarto de fricatione.

FRIcatio alia est dura, q̄ inspissat vel cōstringit pp forte cōpressionem mēbrorū, & aggregationē partiū eius & resolutionē superfluitatū relaxantiū ea: & fricatio lenis mollificat, quod ex eis est rarum, cum calefactione, & subtiliatione materierū suarum: & fricatio multa, quæ est fricatio administrata multis vicibus, macrescere facit pp multam resolutionem: Temperata uero fricatio ingrossat, uel impinguat pp attractionem sanguinis ad membra absq; resolutione. & qñ componūtur istæ tres species fricationis. s.dura, lenis, & temperata cum speciebus tribus, quæ sunt fricatio pauca, multa, & temperata, tunc resultant nouem species. ET alia est multa & illa, quę administratur vicibus cōtinuis. CVMQVE hęc.s.hæ, quas diximus cum pauca, & multa, & temperata. QVAE sanguinem aggregat, quoniā attrahit, & non resoluit: ET in membro retinet, quoniā rarificat superficiem eius, & constringit porrositates eius propter additionem quantitatis aduenientis ex rarefactione: & propter illud retinet sanguinem in membro, & non obedit resolutioni. QVOD autem ex fricatione quęritur. Intētio in fricatione aut est præparatio materiæ ad resolutionem, aut acquisitio humiditatis, aut sedatio lesionis, & nominatur fricatio pręparationis, qm̄ præparat materiā ad resolutionem: Et huiusmodi quidem species fricationis administratur ante motum: & propter hoc dixit, quæ est ante, vel quæ fit ante, q̄ fiat exercitium. ET incipiat fieri lenter, vt nō fiat processio de extremo ad extremum. s. priuatio compressionis, & compressio fortis causans nocumentum. deinde cum existimatur, q; approximatur hora. SVRgēdi ad exercitiū, vt fit [virtus imprimēs] proxima horę, in q̄ fit exercitiū, ut possit fieri resolutio superfluitatū, et expulsio earū ex corpore. ET ex ea est fricatio alastardad. i. reductionis: Scias q; intētio fricatiōis alastardad. i. reductionis est duę res, quarū vna est, q̄ dixit princeps, & nominatur hęc species fricatio sedans, vel quietans, quoniam ipsa sedat, & quietat lesionem illarum superfluitatum cum resolutione ipsarum: & secūda res est retentio humiditatum, super quas timetur resolutio ex superfluo motu: Et huiusmodi quidem species fricationis oportet, vt administretur cum oleo humectante, vt sua viscositate oppilentur porrositates, & sua humiditate humectentur membra: Et hęc fricatio est illa, quæ vere nominatur fricatio alastardad idest reductionis, quia ipsa reducit, vel redire facit humiditatem membrorū loco eius, quod per exercitium fuit resoluta. VT fiat euaporatio seu sparsio earum seu earum resolutio, idest vt separent, & spargantur illę superfluitates, & resoluant. ET nō accidat lassitudo propter tensionem earū ad membra, imo ad lacertos factam ab ipsis superfluitatibus retentis in mēbris, vel lacertis. MOLLITER et moderate idest absq; labore: MODErate. s. in quantitate, & qualitate. CVM oleo idest cum oleo rarefaciente porros, non cum oleo oppilante. AB augumento, quoniam indurat membra ipsorū, quare non remanent obedientia extensioni, & receptioni augumenti, & debilitatur caliditas naturalis cum superflua resolutione, quare non potest extendere membra, & ipsa augumentare, quoniā ipsa caliditas naturalis est instrumentū omnium virtutum in operatione ipsarum perfecta. IMPEdimentum est minus propter duriciem membrorum suorum prohibentem resolutionem plurimā: ecōtra vero si habent pueri. AD partem duriciei: duricies accidit in ea cum resolutione vehementi ab eis, quæ corpori adueniunt, de nocumentis intrinsecis, & extrinsecis, sed lenis fricatio contrarium facit, et facilius est succurrere nocumento primæ fricationis, quod est resolutio fortis, q̄ nocumento secundę. i. fricationis lenis, quod nocumentū est pręparare corpus ad receptionem passionum a quolibet sibi aduenientę, primum quidem salubrius est: sed hoc secundum non est absolute in omnibus hominibus, quoniā lenis fricatio in pueris est salubrior, quia nocumentū accidens eis ex resolutione est magnum propterea, q; prohibet augumentationem pp resolutionem materię augumēti, & extensionis membrorum pueri. ET tu quidem inuenies Alia litera habet & tibi quidem dabo terminum, uel mensuram post, sed ista litera non est conueniens, quia Auicenna non assignat terminū, neq; mensuram. PARS ultima exercitij: scias q; fricatio alastardad idest reductionis diuiditur, secundum q; in ea est intentio, quandoq; enim intenditur ex tali fricatione resolutio materierum, quæ remanserunt ab exercitio, & quandoq; intenditur ex ea retentio humiditatum timendo earum resolutionem: & illa quidem fricatio alastardad, quę fit secundum primam intentionem; est pars, vel species exercitij, vel species eius, vt quidam dicunt: Illa vero, quę fit secundum intentionem secundam, est sicut pars exercitij: & est modus partialis eius, quia similatur quieti, quę est pars exercitij: primum quidem, quoniam fricatio prędicta affert quietem, & prohibet a resolutione, sicut quies: secundū vero, qm̄ tu scivisti, q; exercitium est motus temperatus secundum indiuidua ipsum administrantia, & ipsum quidem nō est nisi qñ intermediat quies: si enim esset motus continuus, non esset tunc exercitium temperatum: & quoniā similatur quieti, Ideo dixit, quod est sicut pars exercitij, & nō dixit, q; sit pars eius. IN qua cum oleo &c. idest in fricatione alastardad, ex qua intenditur retentio humiditatum timendo resolutionem earum. CVM oleo vt leniantur membra, vt sint obedientia fricationi, & motui. ET fortitudine vt expellantur superfluitates remanentes ab exercitio velociter, & vt proportionetur exercitio: Aliter fieret permutatio ab ipso exercitio ad fricationem debilem permutatione vituperanda, quia fieret permutatio de extremo ad extremum absq; medio. AD mediocritatem timendo superfluam resolutionem, ne resoluantur humiditates radicales. NEQVE est dimittenda idest non est dimittenda secundum suam fortitudinē timendo, ne accidat frigus,

Sedatio lesionis, quā si sit materia ledens p fricationē resoluitur, & sic sedatur lesio.

Alia litera fortis eius impressio.

frigus,aut res nociua:qñ.n.fit fricatio fortis resoluẽs mẽbrũ,& fiat susceptibile uelociter eius qđ ad ipsũ aduenit. MVLTAE super eã, vt cõtinueẽ opatio cũ operatione, vt facilis fit expulsio supfluitatũ, & vt nõ occurrat loco discopto frigus,cũ fit fricatio.et oportet ut sint manus applicatę in locis et sitibus diuersis,ut adueniat fricatio oĩbus ptibus mẽbri. VT ab eis supfluitates,& egrediãtur extra corpus q̃si ipsę.exprimãtur inter duo,quorũ vnũ est manus fricãs,et alterũ est mẽbrũ extẽsum,qa in extẽsione fit aliqua expressio. ET sumat fasciam vel mandile,vt remaneant mẽbra in sua figura, & conseruentur in suo situ.

AD partem membrorũ omnium, vt adueniat fricatio omnibus partibus membri. TVNC idest tempore extẽsionis membrorũ. QVANTO plus poterit,qm̃ quanto plongatur tempus eius,tanto magis augetur expulsio superfluitatum. SI facile fuerit,& illud vt expellantur materiæ ad partem membrorũ prædictorum,et pecia vel pãnus retineat eã, & addat in membris magnitudinẽ. ET inter hoc & hoc idest inter retentionẽ anhelitus,& tensionẽ musculorũ,& eorũ mollificationẽ. ET pedes suos etc, PEDIBVS sui cõparis,& totum illud , vt expellatur, quod retinetur de superfluitatibus, & vt expellantur superfluitates ab omnibus mẽbris ęqualiter pp diuersitatẽ motuũ. INTER ipsorũ exercitia ita,vt fortior sit in expulsione. IN medio:exercitij: totũ illud, vt fortificentur membra , & vt magnificentur. QVI vult fricationem alastarda.i.i. FRICAtionẽ reductionis, qm̃ minuit superfluitates absq; necessitate pręmittendi fricationẽ, nisi fuerint membra remota a præparatione minutionis pp aliq̃ causarum. A QVO non negatur idest est sanæ complexionis non habentis defectum,& oportet, vt sit fricatio eius diuersa a fricatione aliorum corporum: & est vt temperata sit in quantitate,& qualitate:& illud quoniam intentio fricationis eius non est, vt adueniat corpori supra id,quod est,neq; mollificatio,immo intentio ex eo est, vt conseruetur,secundũ q̃ est: verum in quibusdam horis indiget fricatione p̃parationis. ad id, qđ est magis declinãs a temperato , & illud secundũ q̃ administratur de cibo , quoniam loco eius,quod resoluitur, remanet superfluitas eius,& expellit eas a corpore, & excitat virtutem, & eã confortat. FRICATIO est augumentãda.s.cũ oleo,vt attrahantur humiditates ad illum locũ,& remoueatur siccitas causa illius, & redeat ad ęqualitatem . CORPVS alleuiat pp resolutionẽ superfluitatum remanentiũ in lacertis ab exercitio. PROHIBET fluere,& illud causa induratiõis mẽbrorũ ꝓhibẽtis effusionẽ materię ad ipsa.

Capitulo quinto de balneo.

CApitulũ de balneo postponit ad capitulũ de exercitio,qm̃ hora administratiõis balnei est post exercitium,ut resoluãtur superfluitates,quas exercitiũ resoluere non valuit. HVIC autẽ homini: per hominem quãdoq; intelligimus hominẽ perfectissimæ cõplexionis, sicut dixit excellẽtissimus Gal. in capitulo de cõseruatione sanitatis,qm̃ sermo medicorũ secundũ plurimũ nõ est, nisi de huiusmodi corpore,deinde p cõparationem ad ipsum de reliquis corporibus:et qñq; intelligimus hominẽ, qui administrat exercitiũ,& fricationẽ, secundũ q̃ oportet: & nõ est dubiũ,q̃ non remanet superfluitas in corpore amborũ: Nam hoc in corpore pfectissimæ cõplexionis est manifestũ: In alijs vero corporibus non remanent superfluitates,quia ipsę resoluũtur p exercitiũ,& fricationẽ. RESOlutionẽ faciẽs,qm̃ in istis nõ administratur balneũ resoluẽs,sicut administratur in corporibus humidis, & patientibus ydropisim:in huiusmodi enim corporibus patiẽtibus p̃cipitur mora in balneo,p̃cipitur in domo eius calida,vt supflua fiat resolutio humiditatũ supfluarũ: et in istis magis administraẽ aer balnei,q̃ balneũ aq̃.Corpora de quibus hic loquiẽ Auicẽna sunt mũda,Ideo nõ indigẽt balneo resoluenti sicut indigẽt ydropici. CAlorem subtilẽ.s.ab aere ipsius balnei. ET humectationem.s. ab aqua . IN ipso non multũ,vt nõ supfluat resolutio facta ex caliditate balnei , & nõ accidat contrariũ eius , quod q̃ritur ex balneo. VTANtur tina . Tina est vas lõgũ secundũ mẽsurã lõgitudinis hominis I balneo uel in thermis positũ,et repletũ aqua,& in eo homo infirmus iacet , & sedet:et tale vas fit ex ęre,aut lignis,aut re alia,et pmutatur de loco ad locũ secũdũ necessitatẽ:& eius latera sunt alta vel eleuata secundum mensurã, qua, cũ homo sedet in eo,caput eius remanet extra coopertoriũ eius: & coopertoriũ huius tinę est sic dispositũ,q̃ I medio eius est foramẽ, in quo collũ hominis sedẽtis in tina circũdaẽ ab eo,et caput hoĩs p̃dicti remanet extra illud coopertoriũ tinę:et secũdũ hãc formã homo potest sedere in tina coopta,et clausa,et caput hoĩs stat extra tinã. IN pricipio resolutionis,ut nõ exiccet,& resoluaẽ,et extenueẽ. HVMEctetẽ vel madefiat I circuitu.i.sup terrã balnei, vt multiplicẽtur vapores,& fiat humectatio aeris,et minoreẽ exiccatio humiditatũ corporis. ET egrediãtur timẽdo supfluitatẽ resolutionis,et destructionẽ vtilitatis balnei,q̃ est hũectatio,& calefactio. DOnec pfecte q̃escat,si.n.festinat ad balneũ antequã q̃escat ab exercitio,fortasse causabit illud fluxũ materierũ,et hũiditatũ ad iũcturas, et lacertos pp eorũ debilitatẽ factã ex labore,& calefactionẽ eorũ ex motu,et ꝓpriecũ hũiditas est subtiliata , fluida versus exteriora cã exercitij:sed cũ administraẽ balneũ post aduentũ q̃etis cõpletæ post exercitiũ, tũc redit virtus ad suũ principiũ,& iũcturę,et mẽbra,& in suma instrumẽta motua sunt fortia in repellẽdo a se materiã,q̃ ad ipsa effundiẽ : & pp illud dixit princeps,donec pfecte q̃escat. SECVNdũ ordinẽ balnei casas ita,vt nõ fiat p mutatio ab aere calido in vltimo ad aerẽ frigidũ in vltimo,neq; ecõtra,ne pp contrarietatẽ,& ꝓcessionẽ de extremo ad extremũ augeaẽ, & multipliceẽ nocumẽtũ. FAstidiũ vel angustia vel nocumentũ eis inferat , qm̃ si pp supfluã resolutionẽ incurrat fastidiũ, vel angustiã,qñq; accidit ex ea febris putredinis, & illud qm̃ mouet materiã quietã , et subtiliat substantiã eius,et p̃parat eã ad putredinẽ. A DEbilitate ipsum, qm̃ nõ debilitat,nisi qñ facit fastidiũ vel angustiã: et sensus litterę ẽ,q̃ fiat taliter, q̃ nõ inferaẽ eis fastidiũ et angustia. FEbriũ putridarũ, et est p̃paratio materiæ ad putredinẽ pp subtiliationẽ substãtiæ ipsius. NE oppilatiões pp attractionẽ cibi nõ digesti,crudi,hũidi ad mẽbra,et tũc humectãẽ mẽbra,et fiũt grossa,et pp illđ piguedo facta ex illa materia efficiẽ pinguedo adiposa:et si cibus fuerit I se ipso humectãs,tũc ẽ magis ingrossans corpus,et Ipinguãs: verũ ex alia pte nocet generãdo oppilationes I meatibus: et est possibile remouere hoc ab eo,et se custodire, ne accidãt oppilatiões,administrãdo syrupum acetosũ simplicẽ I corporibus calidę cõplexionis: In frigidis vero corporibus administrãdo diacalamentũ, & diatrium pipereum.

¶ Quòd si dicatur,q̃ pinguedo nõ accidit,& nõ fit,nisi ex sanguine,et nõ fit sanguis,nisi post digestionẽ epatis, quę nõ fit,nisi post digestiones stomaci, q̃e si nõ accidũt digestiones p̃dictę,nõ accidet pinguedo:et si accidet piguedo,vt dictũ est,nõ accidet oppilatio pp subtiliationẽ,et tenuitatẽ factã in ipso sanguine: Dicaẽ,q̃ cã oppilationis p̃dictę est,q̃ balneũ attrahit materias plusq̃ alia causa attrahẽs,quare ex hoc multiplicaẽ,et ingrossatur,& firmatur,et facit accidere oppilationẽ nõ ex hoc, q̃ attrahit indigestũ cibũ, sed pp causam attractionis multę materię, et sanguinis ad mẽbra. Amplius qñq; digestiua epatis est debilis,et virtus digestiua mẽbrorũ ẽ fortis:cũ igiẽ aduẽit

ad ipsa eibus nõ digestus, digerũt ipsum, et sibi eũ assimilãt loco deperditi, et resoluti. Sermo igitur ille videlicet ꝙ non fit, & non aduenit pinguedo, nisi post duas digestiones perfectas ex toto est sermo falsus. ET ibi multum morietur: quoniam aer balnei resoluet humiditates a cute, & non inuenietur, quod ex stomaco attrahi possit, quare attrahentur loco deperditi humiditates radicales, & sic dominabitur macies, & extenuatio in corpore. VT colera rubra ebuliat, & effundatur ad stomacum vacuũ. REM subtilem ex eis, quæ reprimunt coleram, sicut si bibatur aqua granatorũ muzorũ, & sugat citonium, aut pomũ: & in suma administret aliquid, quo stomacus sit occupatus, & quo colera reprimatur. HOC est ei necessarium. s. vt assumat aliquam rẽ subtilem ante balneũ, vt non dominetur colera pp resolutionem superfluitatũ, & stomaci vacuitatem. DOMVS balnei calidę timendo resolutionem plurimam, & dominiũ colerę in eo. IN aqua rosata, vt cum ea remoueatur furiositas colerę, & eius commotio, & effusio ad stomacũ. PORRI sunt aperti. s. a caliditate balnei, ET ipsorum corrumpat: & pp illud multotiens causat mortem subitã, si penetrauerit ad cor, & extinxerint caliditatem naturalẽ, & multotiens causat ydropisim, si penetrauerit ad epar, & extinxerit eius caliditatem. NE cito ad membra penetret pp suam subtilitatem. PTHISIS idest dissolutio mẽbrorũ, & eorum extenuatio pp fortem resolutionem humiditatis membrorũ principaliũ a forti caliditate. FRIGIDITATEM exponant timendo velocem penetrationẽ frigoris ad interiora pp dilatationem porrorum, & pp illud oportet, vt sit bene coopertus pannis, vt non penetret frigus ad interiora membrorum velociter. IN hora febris siue sit hora diei paroxismi sicut in periodica, aut in alia, sicut in cõtinua. SOLVTIONEM habet continuitatis, qñ mollificat extrema vulneris, & attrahit ad ea materias ꝓhibentes consolidationẽ. AVT apostema, qñ cũ effunditur materia ad ipsum, tunc facit eam fluidam, & subtilem, & præparat eã, vt effundatur ad ipsum apostema. Si vero fuerit apostema in exterioribus, tũc illic est causa alia, & est attractio materiæ ad exteriora corporis. ET tu quidem iam sciuisti. intentio huius sermonis est manifestare iuuamentum, & nocumentũ balnei. EST calefaciẽs caliditate sui aeris, & cõmotione materierũ colericarũ in corpore, si fuerint in eo existentes: INFRIGIDANS pp superfluam resolutionem, & commotionem materierum frigidarũ, crudarũ, si fuerint in corpore existentes: & est humectans balneũ, si fuerit administratum cum aqua plus, q̃ cum aere: Est etiam exiccans, qñ administratur balneum siccũ faciens sudare calore sui aeris. IVVANS qñ administratur cum debitis condictionibus, impediens vel nocens, qñ non cõsideratę sunt ante eius administrationem debitę cõdictiones. SOMNVM facere pp tres causas, quarum vna est, ꝙ corpus ex eo acquirit humiditatem, vnde humectãtur membra, & concauitas cerebri, & tunc difficultatur penetratio spirituum animalium, vitalium, & aliorũ spirituũ in eo ad extra: Secunda causa est, ꝙ per balneum resoluuntur humiditates superfluæ, quas oportebat resolui, vnde uirtus quiescit pp hoc, & quærit quietem, & reditũ ad suam mineram: Tertia causa est, ꝙ corpus in eo, & instrumenta virtutum omnia mouentur, vnde accidit ex hac lassitudo in minera ipsarum, & additur ad hoc difficultas penetrationis ipsarum. ET aperire idest aperire porrositates remouendo sordiciem, & leniendo cutim, & ipsam mollificando, quare ab ea remouetur spissitudo, q̃ facit accidere frigiditas: & siccitas. ET abstergere, & intendit per hoc ablutionem sorditiei, & remotionem eius a cute: & illud quoniam iam tu sciuisti, ꝙ fit attractio superfluitatum ad exteriora corporis, & earum egressio per sudorem: & has superfluitates, in quibus est sapor baurachus, balneum abstergit a superficie corporis, & abluit eas superfluitates, & sordities, quæ sunt supra cutem, & eas extrahit ex corpore: & adiuuatur balneum ad hoc pficiendum cum fricatione, et ablutione facta cum rebus abstersiuis, sicut sapo, & vsnen. ET resoluere: intendit p hoc subtilationem materierum, & præparationem ipsarum ad vaporationem: ipsum enim balneum extrahit residuum materierum, quæ remanserunt ab ęgritudinibus, & quę remanserunt a superfluitatibus digestionum in hora sanitatis, & resoluit ventositates: primum facit per sudorem, facit secundum per euaporationẽ. ET digere: intendit p hoc subtiliationem materierum grossarũ, & pp hoc adiuuatur natura ad earum digestionẽ. Et scias, ꝙ digestio qñq; fit cum eo, ꝙ rectificat, & pręparat, vt sit nutrimentũ: & qñq; fit cum eo, ꝙ præparat ad expulsionẽ extra corpus: primũ quidem fit in flegmate: Secundum vero fit, sicut in materijs malis. Et non est dubium, ꝙ balneum, cũ administratur moderate, calefacit sua caliditate temperata, & præparat sua humectatione materias, vt natura, & calor naturalis in eis operetur: quare accidit digestio ista cum hoc, ꝙ natura quiescit ex resolutione superfluitatũ, & mundificatione corporis a sordicie, & apertione porrorũ, & oppilationum: quare fortificatur virtus ex hoc, & pp hanc causam digerit materiam: & cũ res ita sit, sequitur, ꝙ balneum sit ex melioribus rebus in fine ęgritudinũ materialiũ frigidarũ. AD cutis superficiẽ trahere. s. cum caliditate aeris, & resolutione eius, quod cuti est proximũ, & attrahendo ad ipsum id, quod est lõginquum, ne detur vacuum: & continuatur attractio vsq; ad stomacum: et ex hac attractione quęrit natura assumptionem cibi. IN resolutione subtiliando ipsam. IN parte naturali, & illud, quia fit facilis expulsio mediante subtiliatione. ET retentione ventris, quoniã mouet materiã ad partem contrariam parti solutioni ventris, cũq; administratur balneũ in hora solutionis ventris, tunc ipsum resistit solutioni ventris, & facit retrocedere materiam: & operatio balnei adiuuat medicum, & operationem naturæ. FATIGATIONIS vel lassitudinis, & illud resoluẽdo materias effusas ad lacertos, & cordas cũ motu. DEBILITARE cor resoluendo caliditatẽ naturalẽ, & virtutem vitalẽ: tã enim tu sciuisti, ꝙ ipsum balneũ opat hãc opationẽ ab extra, & ab intra. SYNCOPIM resoluẽdo spiritus, & virtutẽ vitalẽ. ET nauseam, & illud qñ mouet materias, & eas agitat, & aliqd earũ effunditur ad ptẽ stomaci, & etiã ꝓpter vacuitatẽ stomaci effundit ad ipsum aliquid de materijs. HVMORES quietos mouere, quoniã resoluit materias cum sudatione, & tunc cõtinuatur attractio, vel puenit attractio vsq; ad materias quietas, quare attrahit ex eis aliquid, & commouet, pręcipue cum balneum subtiliat eas, & pręparat eas ad illud: & similiter balneũ nocet patientibus solutionẽ continuitatis, aut apostema. AD putrefactionem pręparare idest balneum præparat ad putredinẽ materias quietas, quas ipse mouit, & illud quoniam materiæ grossæ minus patiuntur a rebus nocentibus, quæ eis adueniunt: & non est dubium, ꝙ balneum subtiliat materierum substantiam, & tunc efficitur præparata ad operationẽ vel impressionẽ, quæ fit in ea. Amplius pp multã quãtitatẽ ipsarũ materierũ aduenientiũ vel motarũ pp earũ subtiliationẽ factam a balneo oppilantur porrositates, & retinentur vapores, & materiæ extraneæ rarefactę, quæ retrocedunt agendo in materiam operationem nõ conuenientẽ, quę est putredo. ACCIDVNT apostemata, quoniã mouet materias, & eas agitat, quare effunduntur materiæ ad mem

brum ipsas recipiant, quod est membrum debile. effundũtur ergo ad ipsũ, & causant apostema in eo, siue sit illud membrũ occultũ, vel interius, siue manifestum exterius.

Capitulo sexto de ablutione cum aqua frigida.

CONSERVATVR. s. si corpus ei est mundum a superfluitatibus, non oportet, vt aqua frigida retineat eas in ventrem: Cõtrarium autem fit, quãdo corpus non ita se habet, uel contrarium autem fit in eo, quod non habet corpus mundũ: Non enim est dubium, ꝙ regimẽ malum in eo, quod comeditur, & bibitur, est ex eis, quæ causant in corpore multitudiñẽ superfluitatũ: huiusmodi ergo corpus cũ balneatur cũ aqua frigida, retinentur ex ea superfluitates in corpore, & nocetur ab eis, & corrũpitur. Et oportet vt ille, qui vult balneari cũ aq̃ frigida, sit iuuenis, vt eius caliditas sit sufficiens ad resistendum aquę frigidę, vt non profundetur frigus eius ad interiora: & oportet, ꝙ virtus eius sit fortis in resistẽdo, vt aqua frigida non imprimat, & non faciat accidere maliciam complexionis frigidę, et ne accidant ęgritudines neruosæ. Oportet etiam, vt forma prædicti, qui vult balneari cũ aqua frigida, sit forma teperate carnosa: quoniã corpus extenuatũ uel macrũ patieẽ velociter a frigiditate aq̃ in interioribus, aliter qm̃ in corpore macro valde frigus penetrat in interioribus velociter: Corpus aũt pingue est frigidæ complexionis, pauci sanguinis, quare non resistit frigiditati aquæ: Et oportet, vt balneatio cum aqua frigida fiat in ęstate, vt sit aqua minus frigida, & caliditas corporis sit excitata, & fortificata, & humores eius incipiant ebullire, & sit in medio ęstatis, vt sit aer minus frigidus, & caliditas magis excitata, & humores magis ebulientes, & in hora ęstuosa. NAVSEAM iuuamẽ facietatem, quoniam frigiditas aquę causat retentionem materierũ corruptarũ, et facit ex eis accidere ęgritudines. NEQVE vomitum, quoniã frigiditas aquę retinet materiam in ꝓfundo, & hoc adiuuat ad vomitũ. NEQVE fluxum ventris, quoniam retinet materiam in interiobus, & est causa additionis fluxus ventris. NEQVE vigilias, quoniam vigiliæ rarificant corpus, qua facilis fit penetratio vel profundatio frigoris ad interiora, & ꝓprie cum vigiliæ infrigident corpus causa resolutionis caloris naturalis, & apertione porrorũ, quæ causat raritatem, & illud adiuuat vehementer ad penetrationẽ frigoris. NEQ reumathismos, qm̃ aqua frigida retinet materias ad interiora corporis, quare auget catàrros: & quia constringit porros, & retinet materiam, quæ vult resolui, & egredi extra corpus. NEQVE senex, quoniã virtus eius nõ sufficit resistere frigiditati aquæ. CORPVS est leue qm̃ leuitas corporis, & facilitas motus significant mundificationem iuncturarum, & lacertorũ et cordarũ a superfluitatibus, quoniam lassitudo, & fatigatio, vel pigritia in motu significãt superfluitates, & quando administratur ĩ hac hora balneatio cum aqua frigida, retinentur materiæ in iuncturis. ET est cũ hoc fit. i. administratio aquę frigidæ post administrationẽ aquę calidę. MVLTVM sit frigidę, vt non fiat permutatio de extremo ad extremũ sine medio, et vt non penetret virtus frigida ad interiora por ositatum apertarũ, ex quo sequatur extinctio caliditatis membrorũ. ET est qñ fit hoc. s. ablutio cum aqua frigida post exercitium. ANTE ipsum idest ante exercitium, & talis fricatio est fricatio præparationis. QVAM solebat, vt calefiat plus cũ exercitio, et spargatur caliditas ad exteriora, & indurẽtur mẽbra ꝓdicta, vt nõ possit frigus aq̃ penetrare ad interiora. ET sit exercitiũ. s. quod administratur ante ablutionem, & vnctionem temperatum. s. in quantitate, quoniam multa fricatio resoluit calorem naturalem, & rarificat porros, et hoc causat, vt frigus penetret, & fortiter imprimat: Pauca vero fricatio non calefacit, vnde debilitatur resistentia: In qualitate vero concedit, vt ipsa fricatio sit velocior parũ, q̃ moderata, vt sit calefactio, eius fortior, q̃ resolutio ipsius, & vt facilis fiat sparsio caliditatis ad exteriora, vnde resistatur frigori aq̃, & minorẽtur velocius sup̃fluitates. SIMVL accidat vel superueniat, ut membra ęqualiter fortificentur, et vt caliditas adhuc sit in motu, quare passio ab aqua frigida sit minor, & non oportet, ut aliquis faciat hoc, nisi ille, qui est fortis valde: alter enim timetur penetratio frigoris propter raritatem corporis factam ab exercitio. ANTEQVAM superueniat horripilatio: hic enim est terminus ablutionis cum aqua frigida, & est, vt corpori adueniat leuitas, & iuuamentum, & non accidat horripilatio: cũ enim corpus incipit horripilari, & infrigidari, tunc oportet dimittere ipsam ablutionem cũm aqua frigida. FRICETVR sicut nominabibus, vt calefiat corpus eius, et succurrat̃ infrigidationi aquæ, & ut resoluãtur etiã humiditates sub cute retentę, quas exercitium præcedens illic ad cutem remouit, & frigus aquę retinuit, & prohibuit earũ resolutionẽ. ET cibus eius augmentuum: aut quia eius digestiua iam est fortificata ꝑꝑ fortificationem caloris in interioribus ꝑꝑ frigus exterius, aut ꝑꝑ multam resolutionem superfluitatum factam ex fricatione, & exercitio. ET vini potus diminutionem: aut vt nõ superfluat calefactio, aut ut non cõuertatur in coleram causa aggregationis caliditatis, & fortificationis eius in interioribus, aut ꝑꝑ paucã indigentiã humectationis, et calefactionis, ꝑꝑ paucam indigentiam eius, quod replet stomacum & est pauci nutrimenti. EIVS mora fuit temperata, & ꝑꝑ hoc redit color ad exteriora velociter causa reuersionis spirituum, & sanguinis ad ipsa: & similiter ꝑꝑ priuationem vehementis ꝓfundationis amborum ad interiora causatę a frigore aquæ. QVAM debuit: & ꝑꝑ hoc nõ redit velociter ꝑꝑ ꝓfundationem spirituum, & sanguinis ad interiora ꝓfundatione vehemẽti. MENSVRETVR intentio est, ꝙ qñ scitur in die primo, ꝙ mora in aqua frigida fuerit moderata, verbigratia tunc die secundo obseruetur illa mensura, & illa quantitas, & nõ addatur, neq; minuatur: Si vero scitur, ꝙ in die primo mora prædicta fuerit maior, q̃ oportet, tunc in die secundo quantitas morę sit minor, q̃ fuerit quantitas prima, donec perueniatur ad ęqualitatem: & secundum hanc mensuram si fuerit quantitas morę minor in prima die, q̃ oportuerit, tunc addatur in secundo die, donec ad ęqualitatem perueniatur. ITERVM aquam. s. frigidam: & illud, cum necessaria erit reiteratio, vt confortetur virtus, & indurentur iũcturæ, & lacerti, & alia membra: & eius reiteratio acquirere facit humiditatem, & frigiditatem. SED qui hoc. s. secundationem vel reiterationem ingressus in aquam frigidam. GRADATIM in eo, vt non sequatur permutatio de contrario ad contrarium subito. HORA feruoris. i. hora meridiei, & excrescentię caloris, quoniã si fiet illud in alia hora, tũc corpus ĩfrigidabit̃ uehemẽter, & addet̃ illi frigiditas aq̃ administratæ vice secũda: sed qñ aeris frigus est paruũ, nõ est curãdũ de infrigidatione aq̃ vice secũda. NE vẽtus sit ibi: si. n. fuerit ibi vẽtus frigidus, tũc nocebit eius frigiditas: Si vero fuerit calidus, nocebit ꝑꝑ illud, qđ de fumis puluere ei associat̃, aut ꝑꝑea ꝙ diuersificat̃ a cõsueto talis uẽtus calidus, Ideo nocet, quia ingreditur in vẽtrem diuersificatus a consueto, quare nocumentũ eius est manifestum. POST coitum, quoniam coitus rarefacit corpus, quare præparat ad penetrationem frigoris, & ꝓuentionem eius ad profundũ, & quia coitus infrigidat ꝑꝑ

euacuationẽ spermatis, quare si tũc administraẽ aqua frigida, nocebit: & quia euacuatio debilitat virtutem, quare non remanet in ea virtus seu potentia resistendi frigiditati aquę: & quoniam caliditas tunc est debilis, ideo non est secura, quin extinguatur ab aqua frigida. CIBVM q non sit digestus, quoniam partes exteriores corporis tunc sunt frigidæ valde propter retractionẽ caloris ad interiora propter digestionem cibi. Cum ergo fuerit ita, si tunc administratur aqua frigida, tunc duplicatur frigus, & fortificatur, & nocetur ab eo: & quoniam virtus partis exterioris corporis tunc est debilis propter dominiũ frigoris, & parum nutrit, tunc pp paucitatem cibi, quæ tunc est illic in illa hora, & quoniam virtus exterioris partis corporis tunc est debilis, ideo deficit in resistendo infrigidationi aquæ frigidæ: & quoniam ablutio cum aqua frigida facit retrocedere caliditatem ad interiora, & facit eam exuberare in interioribus, & auget virtutem eius: Ideo pp illud magnificatur anhelitus, & fit frequens. Repletio autem stomaci coarctat cor, & pulmonem, et diafragma, & prohibet ipsum attrahere aerem necessarium, quare accidit ex hoc angustia. Quòd si dicatur, ꝙ ablutio cũ aqua frigida oportet, vt sit laudabilis valde post comestionẽ cibi, qm̃ ipsa aqua adiuuat eius digestionẽ fortificã do calorem in interioribus: Dicamus, ꝙ dato ꝙ iuuet secundum istum modum, tamen nocet secundum alios tres modos: & cum ita sit, oportet vt non administretur pp nocumentum prędictum accidens secundum tres modos, licet iuuet in re alia. NEq; vigilias iam sciuisti huius declarationem in principio capituli. NEQVE corporis debilitatem: quoniam cum administratur, & corpus fuerit debile, tunc non resistitur aquę frigidæ vincenti caliditatem naturalem: & pp illud tepescit caliditas, & additur debilitas. NEQVE stomaci: quoniam debilitas stomaci secundum plurimum est in corporibus debilibus, & iã sciuisti, ꝙ non est conueniens administratio balnei aquæ frigidę in corporibus debilibus. Ablutio præterea facit retrocedere caliditatem naturalem, & materiam ad interiora, & recipit eam stomacus debilis, quoniam in dispositione sanitatis eius, cũ stomacus est vacuus a cibo, effunduntur ad ipsum multæ materię, qualiter ergo fit, cũ stomacus est debilis: NEQVE post exercitiũ: quoniã exercitium rarificat corpus, & præparat, vt frigus velociter penetret ad ipsum, et imprimat in eum. VALDE sit fortis: qm̃ virtus eius ꝓhibet, ne frigus imprimat, sed nõ absolute, sed cũ cõdictiõibus pdictis. QVAM diximus: q sunt vt præcedat fricatio vehementior consueto, & fricatio vehemens cũ oleo, sicut solebat super exercitium tempera ta in quantitate, sed in qualitate velocior parum, deinde ꝓfundetur corpus in aqua subito, & moretur in ea quãtitate temporis, qua totum corpus ab ea circundetur: aliter & reuoluatur in ea secundum mensuram, qua totum corpus secundum partes cutaneas & exteriores ab ea circundetur, & patiatur: & illud post eius exitum: & augumẽtum fiat in cibo: & minoretur potus eius. Istæ sunt conditiones, quibus conceditur ablutio cũ aqua frigida post exercitium in corpore forti valde: Et neq; conceditur in debili absolute, neq; in forti absque his condictionibus. POSTEA cõlocetur ipsum: & illud causa reuersionis eius ad suũ principium. Et scias, ꝙ hoc est dubium, quoniam illud non est verũ, nisi secundũ eos, qui credunt, ꝙ frigus in exterioribus causat fugam caloris ad interiora: & princeps Auicenna iam reprobauit illud in sua philosophia: Immo non fortificatur calor naturalis ex administratione balnei cum aqua frigida, nisi pp duas causas: quarũ una est, ꝙ ex illa balneatione sequitur pauca resolutio pp inspissationem, & cõdensationẽ porrositatum factam a frigore: Secunda causa est, ꝙ aqua frigida indurat partes exteriores corporis, et eas solidas facit infrigidando ipsas, et ꝓhibet eas, ne recipiant actionem caloris in eis, quare exuberat impressio, et actio caloris naturalis in interioribus vel in partibus intrinsecis solum: & sequitur ex hoc, vt sit in eis operatio eius fortior, quare passum quanto est minus, tanto fortificatur impressio agentis in eo. Et cum ita sit, erit conuersio, & transmutatio humiditatũ in substantiam plus, & pp illud multiplicatur, & augetur substantia corporis.

passũ quãto est minus &c. patet hoc p experiẽ cameræ pu ue, quę a lido debilĩ calesit.

Capitulo septimo de regimine eius, quod comeditur, & bibitur.

ISTud capitulum cõprehendit considerationes cibi, qui debet administrari. NE cibi ipsius substantia: per substantiã cibi intelligitur essentia: & intentio est, ꝙ oportet, vt sanitatis conseruator studeat, ne sit essentia cibi sui alia ab essentia, quę conuenit pro nutrimento ipsius. MEDICInaliũ: per cibos medicinales intelligit cibos, qui in corpore imprimunt qualitatem additam supra eam, quæ corpori inheret: & huiusmodi sunt, sicut olera, et fructus: Omne enim alterans corpus est absq; dubio magis diuersum vel contrariũ substantiæ corporis humani, q̃ illud, quod non est ita: quare illud alterans prædictum minorẽ habet conuenientiam ad hoc, vt conuertatur in substantiam corporis, & difficilius conuertitur in eam, & laborat magis natura in conuersione illius in substantiam corporis, & sequitur ex hoc, vt sit nutricatio eius minor: Et pp illud quanto cibus aliquis est magis medicinalis, tãto est minoris nutricationis vel nutrimenti, quia cõtrarietas eius ad substantiam corporis est maior: & pp illud non inuenitur cibus, qui sit calidus, aut frigidus, aut humidus, aut siccus in quarto gradu, & præcipue siccus in quarto gradu, quoniã siccitas est contraria nutrimento, cũ nutrimentũ fiat cum humido: & etiam quia cibus medicinalis pp qualitatem, q̃ addit in corpore, extrahit ipsum corpus a suo tẽperamento: Ideo non est conueniens corpori sano, nisi esset corpus non temperamentũ, & esset qualitas cibi medicinalis temꝑans ipsum, tunc enim concederetur administratio illius per respectũ ad hãc intentionem, vel vtilitatẽ prædictã: & cũ non conceditur ꝑ respectũ, & consideratione, ꝙ cibus prædictus nõ restaurat illud, quod fuit deperditũ, neq; argumẽtat substantiã in tempore augumenti: apparet qualiter omnes cibi medicinales sunt nociui. Cibi.n. calidi, q̃uis sint iuuatiui ꝑ hoc, ꝙ subtiliãt, tamen adurunt sanguinẽ, & generant colerã: & cibus frigidus secundũ plurimũ est ingrossans sanguinẽ, & ipsum declinãs ad flegmaticitatẽ, & difficilius patitur a caliditate, quoniã frigus contrariatur digestioni, & caliditas adiuuat eã, dũ non superfluit: frigidus etiã cibus aggrauat corpus, qm̃ sanguis eius est crudus, quo mẽbra non vtilitur, immo [abhorẽt ipsum.] Ea vero quibus cibus rectificatur, & quę ꝑmiscentur cũ cibarijs, sicut semina, & species odoriferę, nõ administrãtur, neq; ꝑmiscentur cum cibis, vt restaurent loco eius, quod fuit resolutum, immo intentio permixtionis eorum cum cibis est, aut excitatio appetitus, aut calefactio stomaci, & bonificatio digestionis, aut resolutio ventositatis existentis in stomaco, & prohibentis stomacum a compręhensione cibi, vel a debita applicatione super cibũ. SICVT olera, et fructus: Auicenna non exemplificauit de fructibus, & oleribus, nisi quia substantia ipsorum remota, & longinqua est a substantia corporis humani, & hoc quia priuata est animalitate. QVOniã subtiliãtia. subtiliãtia quidẽ sunt secundũ duas species, quarum vna est, quæ generat sanguinẽ subtilem,

quãto cibus est magis medicinalis tãto minus nutrit.

Nocumẽta cibi medicinalis.

Alia litterã grauantur ab ipso.

q̃ species odoriferę miscentur cũ cibis.

subtilem, deinde cũ permiſcetur quod eſt groſſius eo, efficitur totum aggregatum tenue, & ſubtilius, q̃ prius erat: & hæc ſunt ſicut ius pullorum, & aliæ auium. Secunda ſpecies ſubtiliantium eſt eorum, in quibus eſt acuitas, & huiuſmodi habent ſubſtantiam groſſam, ſicut cepe, & raphani, & illa quidem ſubtilantia, quæ ſanguinem adurunt, ſunt de ſpecie ſecunda, ſed ſubtilantia primę ſpeciei ſunt remota ab aduſtione. HEDORVM & vitulorum Sciendum q̀ bos, & capra ſiccæ ſunt complexionis, tamen vituli, & edi ꝑꝑ ætatem ipſorum humidam propinquam natiuitati ſunt ex carnibus temperatis: Verũ caro edorum conuenientior eſt ocioſe viuẽtibus, q̃ caro vitulorũ: ſed caro vitulorum ecõtrario. ET triticum ab excrascia. ſ. quę alterant naturam, ſicut lolium, & ſunt duæ ſpecies, quarum vna eſt ſicut frumentũ, ex quo fit panis, & non eſt tantæ malitiæ: & eſt alia ſpecies, quæ in leguminibus reperitur: Et hęc eſt mala in ebrians. ET res dulcis conuenientes complexioni, ſicut dulce factũ de zucharo: & per hoc excludit dulcia, quæ non ſunt conuenientia cõplexioni. VINVM bonum odorem hoc eſt temperatæ ſubſtantię clarum, ruſſi coloris, cuius ſapor declinat ad paucam dulcedinem, & eſt bonum habens odorem, non vetus, neque nouum temperatę eſt complexionis. Et qñ adminiſtratur hoc vinum conſeruat ſanitatem, & cõfortat virtutẽ, & excitat appetitũ, et auget ſanguinẽ, colerã per vrinam educit, & contrariatur melancoliæ, & ſubtiliat flegma, & ipſum calefacit, & viuificat caliditatem naturalem, & lætificat. ALIA autem ab iſtis ideſt a cibis veris, quæ ſunt ſicut olera, & fructus, ſicut citonia, et granata, et pira, & poma, & quę ſunt ex genere cibariorum, ſicut ſbhane, & condita cum ſale, & condita cum aceto, ſicut capæ, vel cucumeres in aceto, & ſimilia: huiuſmodi enim ſunt alia a cibis veris. ET vuæ Dixit Gal. q̀ iſti fructus ſunt nobiles, quoniam ſunt meliores omnibus fructibus, & magis ſimiles nutrimento. IN quibus eſſe conſueuerunt ideſt in quibus comedi conſueuerunt, quoniam in illis regionibus nutriunt nutrimento plurimo, aut non nocent ꝑꝑ aerẽ, & conſuetudinẽ. ALIQVIS hæc comederit ideſt comederit cibos veros, & cibos medicinales multi nutrimenti. SI ſuperfluitas ideſt repletio ſecundum vaſa ſuperfluitas talis, q̀ non putrefit, & non cauſat ęgritudinem, & illud quoniam cibaria prędicta quãuis ſint ex melioribus cibis, tamen tu iam ſciuiſti, q̀ cibus verus, quãuis non noceat ſua qualitate, tamen nocet ſua quantitate, & quotiens declinat ad latus additionis, & quantitatis ſuperfluę, tunc non eſt alia curátio, quàm eius extractio ex corpore. Amplius eius extractio quandoq; fit cũ ſubtiliatione cibi, uel cum minoratione cibi: & quandoq; cum exercitio: & quandoq; cum flobothomia: & quandoq; cum ſolutione uentris. Et in ſumma adminiſtratio illius fit ſecundum neceſſitatem, & ſecundum quòd uidebitur medico pręſenti, ingenioſo. ET oportet: hic conſiderat tempus, in quo oportet comedere. NISI poſt deſiderium: quoniam appetitus uerus in ſanitate ſignificat uacuitatem ſtomaci, quare oportet in illa hora, ut adminiſtretur cibus, neq; licet, ut prętermittatur, uel ut non exhibeatur cibus tunc. Et illud quoniam fames, ſcilicet fames, quę cauſatur ex uacuitate ſtomaci propter attractionem epatis, & corporis totius cibum attrahentium, quę attractio epatis, & corporis totius peruenit ad os ſtomaci, & continuatur cum ore ſtomaci, & quando non adminiſtratur cibus in hac hora, tunc attrahitur de humiditatibus corporis, & plurimum, quod tunc attrahitur, eſt colera, & humiditates aquoſæ ꝓpter ſuam ſubtilitatem, & ſuam receptionem huius attractionis, quoniam hæc attractio eſt proxima attractioni, quæ fit ex

Ius pullorũ & aliarũ auiũ generat ſanguinẽ, & faciũt reliquos humores ſubtiliores.

duæ ſpẽs lolii.

neceſſitate uacui, & illud quidem primo attrahit, quod eſt ſubtile, & tenue: cumque attractæ fuerint illę humiditates ad ſtomacum, qui fame eſt inflãmatus, & occupatus, tũc accidit, ut illę humiditates acqrãt acuitatẽ, & fiãt uirulentæ: & propter illud tollerare famẽ ſtomacũ uirulentis replet humoribus: & multi quidem ſunt homines, quibus in fame accidit ſyncopis, & eius cauſa eſt ſuperflua caliditas, & oris ſtomaci debilitas. Priuatio autẽ appetitus i corporibus ſanis ſignificat ſtomaci repletionem. Adminiſtratio igitur cibi tunc eſt cauſans debilitationem ipſius, & priuationem actionis in cibo ipſo, ſecundum q̀ oportet, quare corrumpit, & cauſa ęgritudines malas, & peruenit nocumentum eius ad reliqua membra.

Qualiter tollerare famẽ ſtomacũ virulentis repleat humoribus.

VT ebriorum appetitus: cauſa quidẽ appetitus ebriorum eſt titillatio, quam cauſat uinum in ore ſtomaci ſua ſtipticitate, & abſterſione eius, quam facit ſua amaritudine, & confortatione, quam vinum facit ſua aromaticitate. ET habentiũ altochme: cauſa quidem appetitus in habentibus altochme eſt acetoſitas cibi in ſtomacis ipſorũ, quare os ſtomaci titilatur. Cibus præterea qñ corrumpitur, tunc non aduenit ſtomaco nutrimentũ, quare ipſe remanet exquirens cibum conuenientem, quo nutriatur, & cum hoc perſeuerat appetitus eius ad exppellendũ illud, quod eſt in eo. IN hyeme præterea: In hac parte conſideratur, quomodo debeat eſſe qualitas cibi, qñ comeditur. ACTV calidum vt non addatur frigus ad frigus aeris temporis hyemis, & congeletur vel extinguatur caliditas naturalis. AVT quod patuæ ſit caliditatis timendo, ne ex aggregatione caliditatis cibi adminiſtrati cũ caliditate tẽporis æſtatis accidat reſolutio caliditatis naturalis. ET ſcias, hic conſideratur nocumentum repletionis tempore ſterilitatis, quoniam fit permutatio de contrario ad contrarium abſque gradatione, quare cauſatur caſus virtutis, & paucitas ſpirituum ꝑꝑ paucam reſtaurationẽ loco eius, quod fuit reſolutum, vnde fit ſyncopis, & perducit ad mortem ꝑꝑ vacuitatem vaſorum, et concauitatum a ſpiritibus, & humiditatibus. EST deterior quoniã fames præcedens iam impreſſit exiccationem in membris, & conſtrictionem in meatibus naturalibus, quare ſi accidit repletio, tunc aduentus talis repletionis ſuperuenit virtuti deficienti in operatione, & digeſtione quantitatis cibi mediocris, ne dum quantitatis cibi ſuperflue valde. & hoc quidem cum hoc, quod eſt contrarium, & diuerſum ab eo, quod eſt conſuetum, cauſat etiam oppilationes, & quandoque cauſat ſciſſuram quorundam vaſorum, & meatuum, & multotiens extinguit caliditatem naturalẽ, & interficit ſubito. IN qualibet diſpoſitione ideſt ſiue ſit poſt famẽ ſuperfluam, ſiue non ſit. SIT pernecabilis ꝑꝑ ſuffocationem caliditatis a multa quantitate cibi, vel vini. CVN autẽ error: hic conſideratur, qualiter ſuccurratur nocumento cibi medicinalis. IN digeſtione eius ideſt in digeſtione cibi medicinalis comeſti, quoniã conuerſio, & tranſmutatio ciborum medicinalium eſt difficilis ꝑꝑ qualitatem medicinalẽ in eis exiſtentem, quæ reſiſtit operationi naturę, qm̃ natura in conuerſione ciborũ prędictorum laborat, & fatigatur: & ꝑꝑ illud oportet, vt natura in illa hora confortet, & adiuuetur ad digeſtionẽ ciborum prędictorum, ſicut adminiſtratur mel ſuper lac, vt adiuuetur eius digeſtio. ET maturatione ipſius. i. digeſtione ſuperfluitatũ eius, qm̃ illa cibaria medicinalia ſunt pauci nutrimẽti, quare ſuperfluitates ipſorũ abſq; dubio ſunt multę: partes. n. eorũ, quę nõ ſunt cõuenientes ꝓ nutricatione, ſunt ſupfluę: qr̄ ſi nõ iuuatur natura ad digeſtionẽ ipſarũ, nõ ſecuratur a defectu illius, qr̄ generabũtur ęgritudines. ET cuſtodiendũ eſt a malitia: et illud qm̃ cibi medicinales neceſſario imprimũt i corpus q̃litatẽ addirã

& vtrum maior cibi quantitas requiratur in hyeme.

te vero, quoniam sanguini & humiditatibus omnibus accidit causa caloris extrinseci, sicut ebulitio, quare augẽ magnitudo ipsarum humiditatum, & sanguinis ꝑꝑ raritatem factam in eis: Si ergo in æstate comeditur multũ ita, vt stomacus repleatur, tunc cibus in stomaco ꝑꝑ raritatẽ factam ex decoctione seu digestione in eo a calore tumescit, & augetur eius quantitas, & nocetur stomacus, & dolorẽ incurrit, vnde debilitatur digestio ex cibo multo, & ex lesione stomaci: Ex debili autem digestione generantur ventositates in stomaco, et augetur dolor, quare minus de cibo est assumendum in ęstate, q̃ in hyeme, & tu considera responsionem meliorẽ. POST horam vnã destruũtur: quoniam stomacus, dum non est plenus, est requirens cibum: Quando autẽ stomacus egerit in cibum ita, vt tumefactus fuerit cibus, & ex rarefactione creuerit eius quantitas, & aucta fuerit repletio, tunc stomacus cessat exquirere cibum, & sic destruetur fames. VSVS est considerandus, & est vt comedatur secundum quantitatem consuetam ita, vt stomacus eius sit sufficiens digere eam, & fiat digestio bona. ET in stomaco natat: natatio vini plurimi, vel potus plurimi in stomaco est causa, ꝙ caliditas naturalis deficit ab operatione in eo, quare in stomaco ebullit, & corrumpitur: Et ad natationẽ potus, & superfluitatem cibi, & potus, quãuis ab eo non accidat debilitas in digestione, sequitur, ꝙ accidat de necessitate defectus digestionis in epate, & venis ꝑꝑ multã quãtitatẽ eius, quod ei accidit: Si vero accidit priuatio completę digestionis eius in stomaco, tunc cibus talis remanet in epate, & venis nocens, quare si in die sequenti famelicus maneat, tunc excitatur digestio super illud, quod illic est de materijs crudis. SOMNO vtatur prolixiora: somnus quidem longus est adiuuans digestionem, quoniã spiritus in somno redeunt ad interiora, & fortificatur calor interius. IN loco temperato: quotiens enim locus est calidus valde, tunc debilitatur digestio ex superflua resolutione: Si vero fuerit frigidus valde, tunc occupatur vel inclinatur natura ad mittendum spiritus aliquos ad exteriora, vt resistat frigori exterius, quare minorantur spiritus, & calor interius, & sequitur ex hoc debilitas digestionis. INCESSV suauiter: Iuuamentũ autẽ ambulationis super digestionẽ est ꝑꝑ calefactionẽ eius subtilem, & subtiliationem materiæ crudæ, quare præparatur ad digestionem. SVAVITER: si enim talis incessus esset fortis, tũc superflueret in resolutione, & faceret penetrare materias crudas ad extrema corporis. & oportet quidem, vt incessus prædictus sit continuus, vt sit operatio eius in illas materias operatio ęqualis. PARVM vini puri causa calefactionis eius, & subtiliationis, & digestionis, & confortationis uirtutis digestiuæ sua aromaticitate, & ꝓprie post prandium. quidam dicunt, ꝙ alia littera habet post cibũ: sed non est vera, quoniam sermo Auicennæ, cũ dicit præparat bonitatẽ loci, in quo cena debet locari, manifestat, ꝙ non loquitur de cibo absolute, quoniam cibus in cena assumptus est etiam cibus, & incessus super eum nõ pręparat ad bonitatem loci, in quo debet cadere cena. Quare melius est, vt littera dicat post prandium. Et oportet, vt iste incessus sit apud complementũ digestionis cibi, & non post eius administrationẽ, quoniã incessus post cibi assumptionem, siue sit cibus prandij, aut cenæ, non oportet, vt sit plurimus, quoniam talis non pręparat ad bonitatem loci, in quo cena debet locari, quæ bonitas loci est stomaci uacuitas, immo adiuuat ad descensionem cibi ad fundum stomaci. OPORTET pręterea: Sõnus ex quo quęritur digestio est secundũ duas diuisiones, aut.n. quęritur digestio eius, quod est in epate, & venis, & hoc quidem non indiget aliquo situ dormiendi ꝓprio, aut quęritur digestio cibi in stomaco, & est post comestionẽ cibi: Et hoc quidem indiget situ dormiendi prædicto, quoniã partes stomaci fortiorem habentes digestiuã sunt partes fundi stomaci, quæ declinant ad dextrum parumper, vt sit locus spleni sufficienter amplus. Et non est dubium, ꝙ descensio cibi ab fundum stomaci, cũ homo dormit super dextrũ, sit facilius, & in breuiori tempore. Et fundus quidem stomaci fortiorem habet digestiuam virtutem, q̃ pars superior, quoniam pars eius superior indiget, vt sit fortis sensationis, vt per eam causetur appetitus, & sit illud cum neruis. Et quia cibus ꝑꝑ sui grauitatem plus tendit ad fundum stomaci, quare oportuit, vt virtus digestiua fundi stomaci sit fortior, vt digestio parua vel debilis, quę est in parte superiori stomaci, & digestio fortis vel plurima, q̃ est ĩ fundo stomaci, fiãt tp̃e uno ita, ut nõ digeratu illud, qđ est in pte sup̃ma stomaci ꝑꝑ sui paucitatẽ velocius, q̃ illud, qđ est in pte ĩferiori stomaci: vnde corrũpãtur pars cibi superior digesta, quæ postcorrumpat cibum in parte inferiori stomaci existentem. SVPER sinistrum .s. dormiat longo tempore, vt epar complectatur stomacum, & ipsum calefaciat: Si enim perseueraret super dextrum, tunc a stomaco separaretur epar declinando versus costas: deinde cum completa fuerit digestio, quę sine dubio fit in longo tempore, redeat super dextrum, ut facilis fiat attractio cibi digesti ad epar per mesaraicas coniunctas vel continuas cum stomaco, & in testinis. ET debes scire, quoniam frigus debilitat digestiuam. ET cibi quidem mensuratio: Scias ꝙ mensuratio cibi aut est per cõsiderationem corporis, et illud est, sicut mensuratio cibi ex parte consuetudinis, aut virtutis digestiuæ, & est ista, de qua loquimur, aut secundum virtutem appetitiuam. Et mensuratio quidem secundum virtutem digestiuam, quoniã cibus quidem non iuuat corpori, nisi quando per eã digeritur: Cum vero cibus fuerit secundum quantitatẽ, quę non potest digeri a virtute digestiua, tunc cibus corrumpitur, & nocet. Mensuratio vero secundum virtutem requirentem, & appetentem est, quoniam illud requirẽs fundatur super rem naturalẽ: quare illud, quod exquiritur, est secundum quantitatem corpori necessariam: & hęc est secundum plurimũ. Mensuratio autem secundum consuetudinem est, quoniam cũ corpori non accidit alteratio, tunc eius dispositio est, sicut erat. Et propter illud, quando exhibetur cibus in quantitate consueta, tunc bona fit eius digestio. Et hęc quidem quantitas est illa, quę debet administrari: Si enim administratur quantitas maior, aut minor illa, tunc ex ea accidit corpori nocumentum. In corpore igitur sano mensuratio cibi est secundum consuetudinem: Sed in corpore alterato a sua sanitate non consideratur mensuratio cibi secundum consuetudinem. NEQVE inflet, neq; rugitũ, quando ventositas fuerit quieta, tunc causatur inflatio, sed si fuerit commota, causatur rugitus. QVOD stomacus comprimit diafragma. Scias, ꝙ duę mensurationes cibi prædictæ non significãt, ꝙ cibus sit temperatus, qm̃ ex cibo minori quantitatis, q̃ sit quãtitas temperata cibi, non accidunt accidentia prędicta, sed ꝓpea ꝙ secundum plurimum in dispositione sanitatis fames ꝓhibet assumere paruam quantitatem cibi, nam stomacus famelicus exquirit maiorem quantitatem cibi q̃ oportet, quare medici considerauerunt quãtitatem cibi, quæ ꝓhibet augeri cibum plus, q̃ oportet, & non considerant quantitatem, quę est causa, ꝙ cibus exquiratur plus, quàm oportet. SICVT rigor vel tremor: causa huius est, quia natura retrahitur ad interiora ad digerendum cibum, quare infrigidantur exteriora corporis frigore vehementi, & accidit rigor vel tremor, cumque cibus fuerit parum digestus,

q̃ medici consideronerũt quãtitatem nec mẽsurã ꝓhibentẽ additionẽ cibi plus q̃ cõsiderauerũt mensurationẽ ꝓhibentẽ ipsum cibũ.

redit natura, & calor ad exteriora resistendo tremori. Et quãdoq; ex motu & cibo augetur caliditas, & calor tendens ad exteriora intensior fit, q̃ erat primo propter resistentiam tremoris, quare accidit pp illud calefactio, & existimatur, q fit calefactio febris, & non est ita. Cum autẽ comeditur parum, tunc natura, & calor non vadit ad interiora cum totalitate sua vel sua cibum, quare non accidit, quod diximus, quia illud non accidit, nisi apud superfluam, & magnam necessitatem. MELANcolicus &c. PARVM calefaciente. ET hoc quidem est verũ, cũ melancolia est naturalis, sed si fuerit humor melancolicus adustus, tunc indiget infrigidatione plurima. QVOD infrigidet, & humectet: non dixit humectet parum, & infrigidet multum, quoniam caliditas colerę est fortis, & siccitas eius est parua, & siccitas quidem pauca non contemperatur, nisi cum eo, cuius humectatio est fortior, qm̃ humectatio est difficilis. ET ille quidem in quo sanguis. Et nõ dixit regimẽ corporis sanguinei, qm̃ sanguinis superflui regimẽ per suam qualitatem contrariam non fit, nisi multiplicatione humoris contrarij in qualitate, qui est humor melancolicus, cuius multiplicatio nullo modo quæritur, sed non est ita in reliquis humoribus. ET pauci nutrimenti: quoniam sanguis cum calefit, augetur eius magnitudo. ET hic in quo sanguis generatur flegmaticus: intellexit de eo, in quo multiplicatur flegma grossum, qm̃ ille, in quo multiplicatur flegma subtile, non dicitur, q in eo multiplicetur sanguis flegmaticus, sed sanguis aquosus: & talis non indiget regimẽ prædicto. NVTRIENS p̃terea ordinẽ, dixerunt quidam q si præmittatur subtilis: tunc digeretur ante cibum grossum pp virtutem fortem digestiuam fundi stomaci: Si igitur digeretur prius cibus subtilis digestus, & cum egredietur, secundũ plurimũ associabitur aliquid ex grosso cibo ante ipsius digestionẽ, quare generabuntur oppilationes in epate, & messaraicis. Si autem pręcedat grossus cibus, tunc ipse existit in fundo stomaci, in quo est virtus digestiua fortis, et cibus subtilis existit in parte superiori stomaci, in qua virtus digestiua est debilis, quare operatio digestiuæ fortis erit in cibo grosso, et operatio digestiuę debilis erit in cibo subtili: & sic duæ digestiones fient sufficienter, quare operatio amborum in toto cibo erit ęqualis. Scias, q si bene consideretur, conciliari potest ista diuersitas, & dubitatio, qm̃ differentia inter cibum subtilem, & grossum in recipiendo digestionẽ est secundũ quantitatem diuersitatis inter virtutem digestiuam fundi stomaci, & inter virtutem digestionem partis superioris eius in modo, q si pręmittatur grossus, perficietur eius digestio simul cum digestione subtilis, tunc grossus cibus est præmittendus: et similiter si fuerit differentia inter ea maior, tũc enim debet pręmittiti cibus grossus ante subtilẽ per tempus, vt succurratur illi differentiæ vel distantię temporis in digestione, immo debet administrari, & exhiberi cibus subtilis post cibum grossum per tempus, quo cibus grossus iam digestus sit digestione aliqua, vt fiat distantia temporis inter eos secundum quantitatem [distantiæ temporis digestionis] fundi stomaci, & partis superioris eius in fortitudine digestionis ita, vt digestio cibi subtilis & grossi simul, & in eodem tempore compleãtur, quare oportet, vt durus cibus præmittatur. Si vero non fuerit, vt dictum est, tũc cibus subtilis debet præmitti, nisi fames fuerit vehemens, tũc enim grossus cibus debet pręmitti. ITA vt post ipsum cibum fortem in cibo sumat: neq; etiam ante ipsum cibum labilem vel lubricatiuum sumendus est cibus grossus pp causam prędictam. PISCES quoq; & omnis cibus velocis corruptionis, sicut lac, & batecha, quoniam corrumpitur ab exercitio subsequente, & ab omni calefaciente stomacũ, quare aduritur in eo talis cibus pp velocem receptionem eius, & festinam caliditatem super eum ante horam. ET corrumpent humores: quoniam exercitiũ laboriosum sequens post huiusmodi cibum pp superfluã distractionem, & resolutionem eius est causa, q membra attrahunt huiusmodi cibos, sicut pisces, & similia: & si tales cibi corrũpuntur, sequitur ex eis corruptio humorũ. STOMACI lassitatem habentes: in huiusmodi enim laxitante stomaci non licet exhibere cibum stipticum post cibum. In hominibus vero, quibus accidit vomitus post cibũ dispositio est ecõtrario, quia laxitas est, & debilitas in ore stomaci, & tunc quidem cibus stipticus post cibũ est exhibẽdus. & oportet quidem quandoq; administrare stiptica super cibum, aut vt accelleretur cibi descensio, sicut fit in illo, in quo tardatur remanẽtia cibi in stomaco, Aut prohibeatur ascensio vaporũ ex cibo, sicut fit in patientibus vertiginem, & scotomiam. ET ex eis est, q huic est cõtrarius idest cuius stomacus est frigidus, i quo digeruntur cibaria subtilia, & grossa quãq; remanent cruda pp defectum caloris naturalis a digestione, & quandoq; corrumpũtur, cũ in eis egerit caliditas extranea, & est secundum plurimũ, quia in omni humiditate, in qua deficit operatio caloris naturalis, necessarium est, vt operetur caliditas extranea. ET cõplexionibus i sunt idest indiuiduis, sicut videmus quibusdam corporibus nocere quędam cibaria, & tamen ratio demonstrat illa esse iuuatiua, et ecõtra: quare regatur secundũ modũ conuenientem, cũq; quis nocetur aliquo cibo, & ratio demonstrat illũ esse iuuatiuũ, tunc redi ad experimentũ. Q̃ si vero digeritur aliquis cibus, cuius malitiam ratio demonstrat, tunc redi ad rationem, vel tunc innitere super rationem, pp̃ea quod est possibile, q digestio cibi mali prædicti impediatur, aut remoueatur. & scias q cibis insunt p̃prietates, quę diuersificantur secundũ regiones: & si non esset illud, tunc alkebach vel albengi in regione Persię non esset venenũ, & in regione Egipti cibus consuetus. Et hoc quidem est eis, ad quę ratio non pertingit, immo in eis fundandũ est super experimẽto. Et quandoq; exigit ratio minorationem cibi in aliquo corpore, & tamen cum paucitate cibi corpus illud debilitatur, & læditur, aut exigit ratio multiplicationem cibi, & tamen stomacus non potest digere multam cibi quantitatem, quare super experimento intendum est. VT rem bonam largiter comedant, vt humor bonus generatus ex cibo laudabili rectificet humores malos dominantes in eo pp permixtionem. EX nutriente humido, quod cito digeritur, vt cũ humiditate sua, & veloci digestione succurratur superfluæ resolutioni, et vt non dominetur exiccatio pp superfluam resolutionem, vsque quo digeratur complete cibus durus tardę digestionis: NVTRIENTIA grossa pp paucam retentionem superfluitatũ in eis pp id, quod multũ resoluitur ex eis. ET magis apta recipere pp amplitudinem porrositatum, & viarũ ipsorum: extrinseca enim eis aduenientia vias repertũt amplas: In corporibus vero solidis densis dispositio est econtrario, quoniam in eis coarctãtur materię interius, & p̃hibentur nociua exteriora penetrare vel ingredi ad interiora. ET fuerint omnia membra principalia idest si nõ fuerit inter ipsa diuersitas in complexione plus, quã exigit res naturalis, sicut si sint quoddam eorum vehementis caliditatis, & quoddam eorum vehementis frigiditatis, quoniam tunc cibus sapidus intensus in aliqua istarum qualitatum conueniens vni istorum non conueniret alteri, quare tunc administratio huiusmodi ciborum est dimittenda. EX victibus pręterea: Scias, q qui fructus comedunt, aut aliud delectationis gratia q̃nq; comedunt in die multis vicibus, sed cũ dicitur semel comedere i die, aut bis

quod intelligatur p̃ sanguinẽ flegmaticũ, & sanguinem aquosum

Alia littera diuersitatis.

aut bis comedere, hoc non refertur, neque intelligitur, niſi in corporibus, quorũ ſtomaci digerere poſſunt quãtitatẽ cibi ꝓ corpore ſufficientẽ, & non indigent, vt cibus multis vicibus partiatur ſupra cõſuetũ, ſicut fit ĩ infantibus, & ſenibus. VERVNTAMEN in hoc vſus eſt conſiderandus. In hac parte conſiderat nocumenta accidentia ex mutatione conſuetudinis in vicibus comeſtionis. ET laxitas: hic per laxitatem intelligitur tepor in motibus. ET ſi non cenauerit: & illud ꝑꝑ effuſionem humiditatum ad ſtomacũ pręcipue in colericis, & ꝓprie ſi fuerit caliditas eius fortis, quare efficitur illud, quod effunditur ad ſtomacũ, virulentũ, quod pro nutrimento renuitur a ſtomaco, & abominatur, & corrumpitur, & accidit eis eructuatio acetoſa ꝑꝑ defectũ digeſtionis cauſa malitię diſpoſitionis ſtomaci: & in quibuſdam accidit eructuatio fumoſa ꝑꝑ aduſtionem cibi, & in quibuſdam accidit malitia animæ, et nauſea ꝑꝑ nocumentũ oris ſtomaci ex cibo corrupto, & ex humiditatibus effuſis ante cenã, qm̃ ipſę humiditates natant, & ſubleuãtur apud comeſtionem ꝑꝑ deſcenſum cibi ad fundum ſtomaci. ET oris amaritudo ꝑꝑ effuſionem coleræ hora vacuitatis, & aſcenſionem ipſius colere ad os ſtomaci apud comeſtionem. ET lenitas ventris ꝑꝑ corruptionem cibi: et dicitur, ꝙ hæc ratio eſt melior, ꝗ̃ ratio Auicennę, qui dicit ꝑꝑea, ꝙ in ſtomaco miſit rem, quam non conſueuit: hoc enim non exigit per ſe lenitatem ventris: et in hoc eſt conſideratio, quoniam ſermo Auicennę de cauſa, & neceſſitate cõſiderationis conſuetudinis non eſt propter lenitatem ventris, neq; eſt, vt declaret cauſam lenitatis ventris, quia talis lenitas vẽtris eſt ꝑꝑ cauſam, quã diximus, ſed ſermo Auicennę de lenitate ventris in hoc loco eſt, quia talis lenitas eſt vnum de accidentibus, quæ accidunt ex mutatione conſuetudinis, & accidunt etiã ſicut inflatio, & rugitus, & inquietudo ĩ ſomno, & priuatio profundationis in ſomno. ET ex eis quidem, ꝗ accidunt ei. ſ. ante comeſtionem, eſt timor ꝑꝑ paucitatem ſanguinis, & ſpirituum ex cibi priuatione, quoniã omne animal habens parum de ſanguine eſt timoroſum, ſicut harbe. ET dolor oris ſtomaci ꝑꝑ effuſionem colerę ad ipſum. Et vrinę aduſtio ꝑꝑea, ꝙ acuitur complexio, vel ꝙ acuitur caliditas complexionis cauſa famis ſuperfluæ, et effuſio colerę ad os ſtomaci cauſat frigus ex tremorũ, ꝑꝑ ꝙ natura & calor dirigitur verſus ſtomacũ ad tuendum ipſum ab ea, et ꝓprie qñ iam diminutus fuerit ſanguis, & ſpiritus cauſa vacuitatis ſtomaci, & corrumpetur ſomnus eorum, & hoc quidem accidit aut ante comeſtionẽ ꝑꝑ colerã, quę effunditur ad ſtomacũ, aut propter comeſtionem ꝑꝑ corruptionẽ cibi. CORPORA præterea &c. & vt velociter cibetur idest vt offeratur vel exibeatur eis cibus in principio diei, neq; tardetur vſq; quo virtus appetitiua requirat. ANTE balneationem, quoniam de natura balnei eſt mouere humores, & effundere coleram ad ſtomacũ, & etiã balneari, vt pręparentur corpora ad cibum. SOLVM panem ideſt panem abſq; carne, vt non ſit nutricatio plurima, nõ ꙗ comedat panẽ abſq; re alia omnino, ꝗa panis ſolus eſt ex eis, quę corrumpunt ſtomacũ: cũ ergo eſt aliquid cũ eo, quod cõfortat ſtomacũ, & ꝓhibet effuſionẽ colerę vel materierũ ſicut aqua roſata, et mala granata, eſt cõuenientius. ITA neceſſe eſt, vt motus, qui eſt poſt ipſam: & illud quoniã intentio motus ante comeſtionem eſt reſolutio ſuperfluitatum, quę reſolutio non fit niſi cum forti, aut temperato motu: Intentio vero motus poſt ipſam comeſtionem eſt, vt cibus deſcendat ad fundum ſtomaci, quare oportet, ut talis motus ſit ſuauis, vt cibus non concutiatur vel agitetur in ſtomaco, & penetret indigeſtus. QVAM vomitum, quoniam iſti appetitus ſecundũ plurimum ſunt ꝑꝑ humiditates groſſas dominantes in ſtomaco, quare natura exquirit, & deſiderat acutũ & acetoſum. Abhominatio autem dulcis, & pinguis eſt, quia ipſa ambo augent humectationem in ſtomaco: & ſi humiditates eſſent ſubtiles, tunc appetitus ſalſorum eſt plus, ꝗ̃ appetitus acutorum, & ſyrupus acetoſus vel oximel incidit humiditates, & rafanus facit eas aſcendere a ſuperiora: & piſces. ſ. ſalſi ſubulãt, et abſtergunt. Et oportet quidem adminiſtrare oximel cum aqua calida, vt adiuuetur reſolutio, & diſſolutio: & ſi in ipſa aqua decoquatur radix liquiritiæ, aut ſemẽ naſturtij, erit fortius. CVM egreditur balneum vel ex balneo, vt exiccetur ſtomacus eius, & fortificetur appetitus: balneum enim facit fluere humiditates in ipſo exiſtẽtes, quare mollificat, & debilitat appetitum: & hoc quidẽ in homine pingui plus: exiccatio enim minorat humiditates in ſtomacis ipſorum. ET dormiant ſomnum leuẽ vel paruum, vt redeat ex hoc virtus eius, vt non debilitetur ex balneo cum priuatione cibi. Debet autem ſemel comedere, vt macreſcat, & perficiatur digeſtio adueniens, & minoretur flegma. CIBO natante: hoc eſt comune in omnibus corporibus, vt non multiplicentur vapores, & corrumpatur cibus. ET a forti motu ſuper cibum, qm̃ ꝑ fortem motũ cibus expellitur ex ſtomaco ante horam: & hoc eſt primum nocumentũ, ex quo nocumẽto ſequitur, ꝙ aliquid de cibo penetrat ad membra, vnde ſequitur penetratio rei non digeſtæ: Si vero non penetrat aliquid, tũc ſequitur egreſſio ex inteſtinis, abſq; ꝙ corpus aſſumat aliquid de eo ꝑꝑea, ꝙ lapſum eſt a corpore: Aliud etiã nocumentum ſequitur, videlicet corruptio complexionis ipſius cibi, maxime ſi bibatur aqua poſt fortem motũ prædictum eo, quia ab ipſo agitatur & commouetur. NEQVE poſt comeſtionem: Hic conſiderat, in quo tempore aqua ſit bibenda poſt cibum. MVLTA bibenda eſt aqua: hora quidem potus aquæ diuerſificatur ſecundum diuerſitatem cibi: Si enim cibus fuerit multæ aquoſitatis, ſicut brodia, & fructus humidi, tunc poſt ipſos non oportet bibere aquam omnino, præcipue ſi fuerint fructus, ſicut criſomila, quoniam velociter diſſoluũtur in aquoſitatem, & ſicut cucumer, quoniã incrudatur ex potu aquę ſuper ipſum, niſi complexio fuerit calida cibum adurens, tunc enim conceditur potus aquę poſt ipſum, vt contemperetur ſtomacus. Et ſimiliter ſi fuerit cibus aſſumptus ſiccus, ſicut carnes frixę, & aſſatę, tunc non conceditur dimiſſio potus poſt talem cibum, vt non conuertatur in fumoſum, & non fiat bona ipſius digeſtio. Diuerſificatur etiam hora potus ſecundum diuerſitatem complexionũ: In colerica enim complexione conuenientius eſt, vt multiplicetur potus aquę ita, vt etiam bibatur ipſa in tẽpore comeſtionis cibi: In quibuſdam enim ſtomacis ipſorum aduretur cibus, ſi non bibatur aqua: In habentibus vero ſtomacum frigidum res eſt econtrario ita, vt quidam eorum ſunt, qui ſi bibant aquam poſt tempus longum, debilitatur eius digeſtio, aut deſtruitur, aut corrumpitur. Et ſermo eius neque poſt cibum multa aqua eſt bibenda, potus enim plurimus operatur, quod dictum eſt, quoniã aqua ꝑꝑ ſui ſubtilitatem penetrat in ſpatio inter ſtomacum, & cibum. Si ergo potus multiplicatur, eleuatur cibus, & natat in ſtomaco, & illud qñ non fuerit ille cibus terreſtris grauis, quem aqua non poteſt eleuare, neque ſit complexio calida valde ita, vt per eam reſoluatur aliqua pars aquę, & reliqua pars eius miſceatur cum cibo. Et ſermo eius donec de ſtomaco deſcendat, & hoc eſt verum, vt ſubtilietur cibus, & adiuuetur ad velocem deſcẽſum: & hoc iudicium non verificatur, niſi in complexione frigida: In cõplexione enim calida tardatio potus vſq; ad hanc horam eſt ex eis, quæ corrumpunt digeſtionem.

Decoctio liquiritiæ ꝓuocat uomitum.

In ſpe comedendi cibum, ꝙ ĩ hora prandij, aut cenæ potus aquę interponatur modo comedẽdo, mõ bibẽdo, et ſic ſucceſſiue ꝓcedẽdo, donec finiatur comeſtio cõueniens.

MOdicũ aquæ frigidę sugendo sumat: hoc fiat in siti,
quæ causatur a superflua caliditate meri, & gutturis, &
siccitate ipsorũ, qm̃ ex suctione aquæ ꝓlongatur tempus
transitus aquæ super guttur, & meri: & similiter fiat qñ
sitis causatur a superflua caliditate cordis, & exiccatione
pulmonis, quoniam pp suctionem resudat plus de aqua
ad canam pulmonis, & ad ipsum pulmonem. Cum vero
fit sitis pp superfluam caliditatem stomaci, oportet, vt bi
batur aqua subito, & vice vna non paulatim, quoniam
caliditas stomaci fortificatur ad resistendum frigiditati
aquę aduenientis ei paulatim, paulatim, & non fortificat
in resistendo, cum aduenit ei aqua vice vna, vel bibitur
aqua vice vna. SVPERIORIS ventris lenitas: & hu-
ius sensatio non fit, nisi post descensionem plurimi cibi.
ALLEVIAT & colligit: quia inspissat ipsum, & quo-
niam stomacus est calidus valde pp calefactionem cibi
digesti, quia frigus reducit ad ęqualitatem, immo contẽ-
perat membra omnia, quoniam aqua ita se habet ad mẽ
bra, sicut se habet aer ad spiritus. ET similiter tollerare
famem. In hac parte considerat iuuamenta, & nocumen-
ta famis. AD ipsorum descendat vel effundatur stoma-
cos pp multitudinem colerę, & eius obedientiam attra-
ctioni pp sui subtilitatem, & caliditas stomaci attrahit
ipsam coleram, vnde tunc multiplicatur caliditas stoma-
ci ipsorum. QVE ei acciduot, cuius cibus corrumpitur
sicut inquietudo, & priuatio ꝓfundationis in somno, et in
vigilia oris amaritudo, & nausea, & eructuatio fumosa,
aut acetosa. QVIBVS tunc dandum est aliquid. necessi
tas quidem euacuandi illud est manifesta pp corruptionẽ
eius, & debet illud euacuari faciendo ipsum descendere p̃
inferius, non p vomitum, licet colera magis faciliter obe
diat vomitui, quoniam os stomaci iam est lesum pp effu
sionem colerę, & vomitus quidem auget lesionem pp in
cessionem materiæ super eam vice alia, postquã ipsa ma
teria est facta acuta, & conuersa in virulentiam. Et quo-
niam intestina, & epar, & corpus totum post famem ve
hementem vehementer attrahunt cibum, & hoc quidem
ꝓhibet a vomitu. Si vero acidat illi cibo natatio seu ele-
uatio ad superiora, & os stomaci non fuerit lesus vehem̃
ter, tunc uomitus est conuenientior: & lenitiuum non eua
cuat, nisi quod est in intestinis, & quę sunt eis vicinantia
tantum. & solutiuum euacuat, quod est in venis. & quã-
doq; sunt quędam solutiua, non lenientia, sicut omola, q̃
soluunt exprimendo. Et solutiuum quidem in hac disposi
tione non est conueniens, quoniã venę raro, et parum at-
trahunt ad se tunc ea cibo corrupto, & permixto cũ hu-
miditatibus virulentis, q̃re ipsę venę vacuæ sunt pp sup
fluã famẽ: et qa syracost est solutiuũ, et lenitiuũ, Ideo Aui
cẽna dixit aliquid parũ syracost, vt potius sit lenitiuum,
q̃ solutiuum. QVANDOQVE desiderium pp super
fluam indigentiam corporis ad cibum, vel pp q corpus
vehementer indiget cibo, sed non regatur sic corruptio ci
bi accidens ex multitudine, quoniam tunc oportet, vt pa
rũper plus postponatur vel tardetur cibus, vt digeratur,
quod de ipso ad venas declinauit. LICET corpora hu-
mida. Scias, q corpora calida omnia nocentur a fame,
quoniam caliditas eorum inflammatur primo pp diminu
tionem frigiditatis, deinde cum prolongatur fames, extin
guitur caliditas ipsorum pp superfluam diminutionem
humiditatis restaurantis, & fouentis ipsam. Et lesio qdem
corporum a fame diuersificatur. Corpora enim, quæ sunt
humida humiditate naturali, sicut infantes magis ledun
tur a fame propterea, quòd vehementer recipiunt reso-
lutionem a caliditate resoluente, postea sunt corpora sic
ca: vehemens enim lesio istorum a fame est pp super-
fluam siccitatem, et dominium colere. Et huiusmodi cor

fames nocet omnibus corporibus verumtamen nocumentum ipsorũ diuersificatur.

pora minus leduntur a fame, q̃ corpora supradicta. s. infan
tium, quoniam materia istorum corporũ siccorũ, quãuis
sit minor, tamen difficilis est resolutionis pp sui duritiẽ:
& pp hoc iuuenes magis tollerant ieiuniũ, q̃ infantes, et
senes, postea sunt corpora temperata in humiditate, &
siccitate, & nocumentum ipsorũ a fame est manifestum:
& huiusmodi corpora temperata in siccitate, & humidi-
tate minus leduntur a fame, q̃ corpora sicca, qm̃ illud qđ
de hũiditate resoluit̃ p famẽ, minus ẽ, q̃ illud, qđ minora
tur ex corpore sicco, & etiam caliditas ipsorum corporũ
temperatorũ in humiditate, & siccitate non est fortis, ali-
ter enim in eis dominaretur siccitas, secundum q dictũ est
in capitulo cõplexionum: postea sunt corpora, quæ sunt
humida humiditate prępternaturali vel extranea, non hu
miditate conuenienti, vt conuertatur in nutrimentũ: &
nocumentum istorũ a fame est pp acuitatem caliditatis:
& nocumentum ipsorũ est minus, q̃ nocumentũ corpo-
rũ pręmissorum vel supradictorũ, quoniam humiditas
radicalis nõ vehementer suscipit resolutionẽ, quoniam il-
lud, quod magis resoluitur per famem in corporibus ip-
sorũ est humiditas extranea, quare oportet in istis rectifi
care vel contemperare complexiones ipsorum in humidi
tate, & siccitate. Postea sunt corpora, quæ sunt humida
humiditate conuenienti pro nutricatione: huiusmodi enim
corpora minus leduntur a fame, q̃ alia corpora ppea, q
illę humiditates conuertuntur in nutrimentum, & stant
loco cibi: & p famem contemperatur humiditas ipso-
rum cum hoc, q humiditates ipsorum extraneæ non mi-
norantur minoratione, de qua sit curandum pp id, quod
aduenit de nutrimento, vel stat loco cibi: Nocumentum
vero ex fame in corporibus frigidis est minus, quoniam
caliditas, quæ ex fame acuitur, contemperat ipsorum ca-
liditatẽ, deinde ordines ipsorum corporum frigidorum di-
uersificãtur, sicut diximus in calidis. VINVM quoque.
hic considerat res, quæ faciunt euenire oppilationes. EX
rebus magis nocentibus. Res faciẽtes euenire oppilationes
sunt plurimę. Et hic Auicẽna commemorauit duas res. s.
vinum post comestionem, & res dulces, & oppilatio qui
dem accidens ã vino assumpto post comestionem, nõ est
ex vino, immo ex cibo assumpto ante ipsum: & secun-
dum hunc sensum dixit, quoniam velociter digeritur. Res
enim non oppilat cum substantia sua, nisi quando est cru
da, non digesta: verũ qñ digeritur, & non penetrat, cor-
rumpitur, & cibum corrupit: A rebus autem dulcibus p̃
se generatur oppilatio, sed a vino generatur oppilatio nõ
p se, qm̃ vinum uelociter penetrans facit penetrare cibum
indigestum: Res dulces vero causant oppilationes ppea,
q membra pp dilectionem, quam habent ad dulcia, attra
hunt dulcia non digesta: & velox penetratio quandoq;
fit pp essentiam penetrantis, sicut uinum: & qñq; fit vio
lenter, sicut est penetratio rei dulcis: Nam dulce admini-
stratum post cibum oppilat plus, q̃ si per se administre-
tur, quia vinum post cibum assumptum facit penetrare
cibum indigestum: & vinum dulce est oppilatiuum, q̃uis
non bibatur post cibum pp sui dulcedinem, sed post co-
mestionem assumptum oppilat plus. Et ex rebus medici
nalibus, vel ex potionibus medicinalibus, quas oportet
assumere post cibum, sunt res vel potus confortantes os
stomaci, cũ enim administrantur ante cibum in ieiunio
descendunt ad inferiora stomaci, quare non conferunt ori
stomaci. Similiter post cibum administrantur medicami
na ꝓhibentia vapores, ne ascendant ad caput, et quę sunt
illis similia: & ex rebus medicinalibus, quas oportet
administrare ante cibum sunt, sicut ea, quę contemperãt
complexionem corporis, & aperientia oppilationes, & le
nientia ventrem, & quæ sunt illis similia. Et ex medicinis

Qualiter vinum, & res dulces causãt oppilationẽ.

Confortãtia os stomaci, et re(?) conferentia stomacum & prohibẽtia ascẽsiones vaporum debent administrari post cibũ.

sunt

sunt, quarum administratio est conueniens ante cibum, & post cibum, sicut sunt contemperantia complexionem stomaci: Verum conuenientius est pro hac intentione, vt administrentur post cibum, vt prolongetur ipsarum medicinarum remanentia in stomaco. ET oppilationes quidem ad multas &c. faciens quidem cadere in ydropisim est illud, quod est in epate retentum corrumpens complexione epatis, & oppilans ipsum. ex oppilationibus vero factis in venis lõginquũ est, q accidat ydropisis. GROSSITIES præterea aeris, & aquæ. grossities quidem hoc operatur pp terrestreitatem, et malam humiditatem, quę sunt ei permixta: & ex hoc sequitur debilitas virtutis pp grossitiem spirituum, Sed aquæ grossities causat hoc pp tarditatẽ penetrationis a stomaco, & propterea q ei pmixta est terrestreitas corrupta: & in ęstate quidem dignius est, vt hoc faciat pp debilitatem digestionis, quæ est in ęstate. IDEOQVE non est malum. Iam currit consuetudo dicendi, non est malum administrare istam vel illã rem, cũ talis res est pauci iuuamenti. vinum permixtũ cõfert pp sui subtilitatem: & si fuerit vinum purũ, tũc eius subtiliatio est maior, verũ eius calefactio est supflua. ET pterea cuius viscera calida &c. frigiditas stomaci cũ fuerit superflua, non digerit omnino, neq; cibum subtilem, neque cibum grossum, quoniam digestio fit a calido: Si aũt caliditas stomaci fuerit superflua, & viscera non fuerint fortia, qñq; digestio est debilis, & qñq; est ablata: Si vero fuerint fortia, & sunt, de quo nunc loquimur, tunc cibus subtilis aduritur totaliter pp fortem caliditatem, & grossus cibus causat fumositatem vel in fumositatem conuertitur: & similiter cũ illa complexio nõ fuerit in stomaco, sed in quibusdam visceribus calidis, sicut epar. Et Auicenna quidem non loquitur de illa, quę est in stomaco, qm̃ si membrum ei vicinum, qñ humerit malitiam complexionis, operatur illud, tunc membrũ ipsum digerens. s. stomacus multo magis operatur illud, verũ qñ fit illud a caliditate epatis, tunc cum ea non est istis secundum mensuram fortitudinis caliditatis. s. epatis: & qñq; accidunt ei accidẽtia frigidi stomaci, sicut eructuatio acetosa, & multitudo flegmatis in eo ita, vt egrediatur cum vomitu quantitas flegmatis, & rerũ aliarum quantitas plurima: sed nõ sic est a superflua caliditate stomaci. ACCIDENTE vt ipsius nutriens in ventositatem: hoc non fit nisi, qñ caliditas est in epate, qm̃ caliditas splenis, aut intestinorum, aut vesicæ non perueniunt ad hunc terminũ. Caliditas vero renũ q̃uis sit possibile, vt faciat illud, tñ nõ opaẽ illud, nisi cũ cibus puenerit ad intestina, et tũc nõ faciet accidere ventositatẽ tẽdentẽ stomacũ, sed ventositatẽ tẽdẽtẽ intestina: et ppea accidit istis colica plurimũ. Neq; est intẽtio Auicẽnę, q ex cibo grosso generetur uẽtositas, & q cibus subtilis digeratur, quoniã illud non est ymaginandum vel possibile: a caliditate enim generatur ventositas secundum semitam effumationis: & qñ caliditas facit grossum cibum effumare, tunc cibum subtilem adurit totaliter absq; dubio: & pp illud in huiusmodi dispositione oportet, vt administretur cibus grossus, quãuis ab eo generetur ventositas. ET ęgritudo mirachia inde etiã pcedit. Iam dixit princeps Auicenna in libro tertio causas melancolię mirachię alias ab istis: & causa, q̃ hic adducit, est verior, quoniam epar cum fuerit superfluę caliditatis, facit effumare cibos in stomaco existentes, vnde generatur ex eis ventositas, & inflatio: & qñ peruenit cibus ad epar, penetrat ad ipsum, dũ est effumans, vel effumationes emittens, & præparatus ad adustionem, quare occurrens epati calido aduritur, & efficitur melancolicus humor adustus, qui expellitur ap splenem, & ex ipso splene expellitur ad stomacum, & tunc accidit vomitus acetosus ebuliens super terrã, & sequitur ad illud corruptio digestionis, & debilitas eius, quare generatur in stomaco flegma, & accidunt vaporationes, & reliqua alia. QVI autem stomacum habet vacuũ &c. hic consideratur dispositio, in qua oportet, vt cibus subtilis præcedat grossum, & econtra: Sciendum, q fames aut est secundũ mẽsuram, q oportet, aut non: q si fuerit ita, & necessarium sit comedere duos cibos diuersos. s. cibum subtilem, & cibum grossum, tunc oportet præmittere cibum subtilem ante grossum, nisi fuerit diuersitas digestionis inter eos secundum mensurã diuersitatis digestionis factæ a virtute digestiua partis superioris stomaci, & inferioris eius: q si non fuerit ita, & fuerit minor fames, q̃ oportet, tunc nõ debet comedi omnino. Si vero fuerit fames maior, q̃ oportet ita, vt causa ipsius acciderit effusio colerę ad stomacum, tunc similiter abstinendum est a comestione, quia tunc oportet mundificare stomacum a colera: & si non fuerit colera sic iam effusa, tunc est dispositio, de qua loquitur hic Auicenna: ac si dicat, qui habet famem maiorem, q̃ oportet, et non acciderit ei effusio coleræ ad stomacum: & hęc est intentio Auicennę cum dixit. Qui autem stomacũ habet vacuum &c. & in huiusmodi quidem dispositione stomaci prędicta cibus grossus pręmittitur ante subtilem, quoniam si cibus subtilis præmitteretur, tunc stomacus super ipsum constringeret vel compręhenderet compręhensione completa pp aduentum cibi, ex quo cũ facilitate fit nutricatio, quare si post ipsum aduenit cibus grossus, tunc stomacus renuet eum, vel abhorebit, & non digeret ipsum, qm̃ aduentus nutricationis ex eo fit post longum tẽpus, & hoc est necessarium pp corruptionem cibi grossi: Si autem pręmitur cibus grossus, tunc stomacus constringitur super eum compręhensione completa pp indigentiam eius de cibo: & qñ post ipsum aduenerit cibus subtilis, stomacus non renuet aliquem eorum: Non enim renuet subtilem pp nutricationem eius velocem, neq; renuet grossum, quoniam ipsę iam digestus est digestione aliqua, quare factus est, sicut cibus subtilis in nutricatione veloci. NISI inter ea tempus &c. quia in illo tempore digestus est subtilis, & tunc non accidit, q stomacus renuat cibum grossum aduenientem. ET in huiusmodi quidem dispositionem melius est &c. hoc intelligitur, q si diuersitas temporis digestionis inter eos fuerit parua, tunc oportet præmittere grossum cibum, aliter non conceditur aggregatio ipsorum, quoniam si præmittatur subtilis, corrũpitur grossus, & si præmittatur secũdus. i. grossus, digeritur primus. i. subtilis, qui non inuenit viam ad exitum, quare corrumpitur: & ideo si inter ea tempus interpositum fuerit, conceditur administratio cibi prędicti, & ex antecesione cibi prædicti stomacus non refugit. CVM autẽ in aliquo comedẽte &c. In hac parte Auicenna perscrutatur ea, quę succurrunt corruptioni cibi. & litera patet. ET vino quidem impleri melius est, q̃ cibo pp subtilitatem vini, & lenitatem eius, & velocẽ receptionem digestionis. ET die vna ac comestione abstineat. vt non superfluat fames, & non sequatur, q diximus de tollerantia famis. ET si alleuiatus fuerit, balneet se &c. Nam balneum ante alleuiationem facit penetrare cibum corruptum ad extrema corporis, quare corrumpitur sanguis bonus ex eius permixtione: post alleuiationẽ vero ex balneo subtiliatur, quod penetrat de cibo: quare nõ accidunt ex eo pp sui cruditatem, et grossitiem oppilationes: fomentationẽ aũt factã cũ pãno calido super stomacum laudat Auicenna, quia per eã confortatur digestio, sed nutriens debet subtiliari, quoniam membra digestiua tã sunt debilia, quare non digerunt, quod est durũ, & post digestionem. ET grauitatẽ & pigritiam feceris &c. Gra-

Intentio sermonis cũ dicitur nõ est malũ administrare hoc vel illud medicamentum.

vera causa melancoliæ mirachiæ.

Corrumpitur grossus, quando ipse comedatur post subtilem tunc adstans superiori stomaci debilis caloris nõ digeritur, quare corrumpatur.

uitas quidē accidit ꝑꝑ additamentū materiæ nocentis, & grauantis super naturam ꝑꝑ priuationem iuuamenti ipsius in nutricatione, & defectū venarū in digestione, quare accidit ventositas, et sequitur ad eam extensio. RARO tamen digeritur in venis, quoniā digestio venarū debilior est, q̃ digestio stomaci, quoniam substātia ipsarū venarū est paucæ caliditatis: & non fuerunt sic paucæ caliditatis, nisi quoniā intentio ipsarū fuit, vt ipsę essent sicut thesaurū vel depositorium, in quo humores conseruant, & remanent tempore longo. Si enim digestio ipsarū esset fortis, sequeretur ad illam corruptio humorū ex longa remanentia in eis. Aduentus aūt laboris, qui est lassitudo, causatur ꝑꝑ retentionē humorū crudorū prædictorū in lacertis, quare causatur operatio materierū attractarū ad lacertos ꝑ motum laboriosum. Alices aūt fiunt ꝑꝑea, ꝙ in lacertis retinentur superfluitates uaporosæ sequentes ad illud, quod prædictum est propter defectum digestionis. Oscitationes fiunt ex illis superfluitatibus vaporosis retentis in maxillis, & labijs: Et cū accidit lassitudo tantū, tunc non est necessaria ventris solutio, qm̄ materia expulsa ad lacertos est pauca, aliter enim causat grauitatem, & pigritiam: et cura eius est quies, vt digeratur, quod est retentū in lacertis, & vt non addatur malitia ex motu, quoniā est melior modus ad expellendū cibum corruptum, absq; ꝙ necessariū sit tempus longū ꝓ incessu, & transitu cibi prædicti per intestina, ex quo transitu nō securatur, quin attrahatur aliquid de cibo corrupto ad venas. Regimē aūt cū confortantibus digestiuā, & alijs. nō administratur, qn̄ cibus est corruptus, sed qn̄ digestio eius est diminuta. Et vtilitas somni longi est, vt epar, & venę digerant, quod in stomaco nō fuit complete digestum: & ꝑꝑ illud dixit, dormiat, quātum voluerit & alia litera habet' dormiat q̄liter uoluerit. s. absq; condictione ꝙ somnus sit primo super dextrum, deinde super sinistrum, quoniā intentio non est digerere, quod est in [venis] sed intentio est, vt digeratur, quod penetrauit ad epar, & ad venas.

Alia litera stomaco.

Et hic quidem administrat solutiuū, vt expellatur ex corpore [ne aliquid ex eo attrahatur] ad venas, vt non corrumpat sanguinē bonum ex permixtione eius. Et exemplicauit dicens cū tali, qualis est trifera in calido: In infrigidato vero cum diacimino, quoniā cū expulsione corrupti confortat stomacū, quare succurit ei, quod accidit de debilitate causa ipsius cibi corrupti, & adiuuat ad digestionem eius, quod de illo cibo remansit: & propter illud administrat solutiua calida, quoniā digestio fortificatur per calorem. ET cū ille, qui regimen ingrossare &c. Si per subtilitatem regiminis intelligitur administratio ciborū, ex quibus generatur sanguis subtilis, tūc non sequitur ex illo, ꝙ minoretur quantitas eius, quod est in venis: Si vero per subtiliationem regiminis intelligatur paucitas cibi, tunc non sequitur, ꝙ ingrediatur aer in meatibus, quia est possibile vt ipsi meatus inspissentur vel condensentur cū minoratur ingressio cibi in eis: & non sequitur, ꝙ aer ingrediatur nisi si remanerent illi meatus in sua amplitudine, quam habebant in tempore regiminis grossi: et licet sequatur aeris ingressio uel penetratio, nō tamen sequitur aduentus oppilationis in hora, qua fit reditus ad regimen grossum, qa possibile est, vt ex illis meatibus egrediatur aer ex aduentu vel additione cibi ita, vt non remaneat aer omnino, & tunc non sequitur aduentus oppilationū prædictarū. Imo modus ad saluandum qualiter sequatur aduentus oppilationum est, vt dicatur, ꝙ illi meatus ex minoratione cibi iam sunt exiccati ita, vt eorū concauitas sit constricta, & difficilis fit reditus concauitatis ad suā amplitudinem, q̃ prius habebat, donec humectetur. Cum igitur ingrossatur regimen absq; gradatione, tunc accidunt in illis meatibus illud, quod eorū concauitas nō capit vel eorum concauitatē non dilatat, quare accidunt oppilationes.

Alia litera quod ex illo est attractū.

ET calidorū nutrientium impedimēta &c. hic considerat ea, quæ adiuuant digestionem ciborum calidorū, aut frigidorum, & corrigunt eorum nocumenta. SED si fuerit de melle sufficit. Et si dicitur, ꝙ correctio nocumenti ciborū calidorum fit per res frigidas, sicut dictū est supra, sed syrupus acetosus de seminibus, & syrupus acetosus de melle est calidus, quare &c. Respondet, ꝙ intentio Auicennę hic est succurrere nocumento cibi multi calidi causantis debilitatem digestionis ratione suę multæ quantitatis, & non qualitatis: quare oportet, vt illud, quod succurrit huic nocumento sit calidum, quoniam digestio perficitur calido. & in regimine quidem ciborum calidorū non debet illud, quod adiuuat digestionem, esse vehementer calidum, vt non superfluat malitia cōplexionis, quare debilitatur digestio, aut alteretur, & corrumpatur cibus. Syrupus vero acetosus confert sua abstersione, & incisione. NVTRIENTIA vero subtilia &c. hic cōsideratur de iudicio ciborum grossorum, & subtilium. MAGIS sunt tollerantes nutrientia grossa ꝑꝑ fortem ipsorum caliditatem causa laboris, quare adiuuatur digestio ciborum grossorum, & resolutio superfluitatum ipsorū. Q VOD ipsorum epata ex nutriente rapiunt. Et cā in hoc est uacuitas venarū causans attractionem ꝑꝑ multam resolutionem. Et nō apropriauit hoc, nisi epati, q̃uis corpus totum attrahat, quoniam nocumentū illud magis fit in epate quoniam illud, quod est attractum, est maioris nocumenti ex hoc, ꝙ facit accidere oppilationes: & plurimum earū fit in epate ꝑꝑ stricturā meatuū eius, & quia etiam illud, quod ad ipsum peruenit, est parū digestum, sed non sic est illud, quod peruenit ad venas, quoniā illud iam est digestum in epate. Et istę ęgritudines, ad quas præparat, sunt de generē ydropisis, et cacexiæ. FRVctus præterea recentes. In hac parte considerat ea, quæ ꝑtinent ad fructus, et olera. CALEFACTIS in ęstate, qm̄ huiusmodi fructus non nocent, nisi quoniā præparant sanguinem ad ebulitionem ꝑꝑ multitudinē aquositatis, q̃ ex eis generatur: & in laboriosis, & exercitatis mediante exercitio resoluitur, quod de humiditatibus generatur ex fructibus, quare fructus non nocent eis: sed sunt eis conuenientes, quia succurrunt ei, quod resoluitur de humiditatibus corporū ipsorum: Et proprie cū fuerint calidi, quoniam complexio ipsorum tēperatur cum illis fructibus, et ꝓprie in ęstate, quoniā sudor in ipsa ęstate magis multiplicatur: & fructus comedi debent ante cibum, vt non corrumpantur, & corrumpant cibum, sicut cū fructus administrantur post cibum. ET si regantur cum re alia ab eis, idest cum re alia, quę stat loco ipsorum in humectando, sicut est vinum permixtum, & aqua ordei cū zuccharo, & similia, tunc erit melius. EBVLITIONE succus fructuū &c. Sciendū, ꝙ causa ebulitionis succuū extra corpus, & intra est, ꝙ caliditas naturalis fructuū, & aliorū in radice est dominās super humiditatem ipsorū: Aliter enim corrumperentur, & putrescerent ante complementum ipsorū. Et non est dominiū vnius istorum super alterū valde magnum, aliter enim exiccarētur: & qn̄ fructus sunt expressi, vel qn̄ ex fructibus succus est expressus, tunc caliditas naturalis, quæ est in succo ipsorum, est secundū porportionē ad humiditatē, quę est in ipso succo minor multum, q̃ prius erat, quoniam ꝓportio caliditatis succi ad totam caliditatem est, sicut proportio q̃titatis succi ad quantitatem totius, ex quo est facta expressio: humiditas vero, quæ est in ipsa succo, non est secundum illam proportionem, immo est maior illa, quia humiditas tota iam egressa est in succum, quare sequitur ex hoc, ꝙ

caliditas

caliditas naturalis per cõparationẽ ad illã humiditatem fit diminuta, & minor. & ꝓp illud qñ volueris permanere succos, & conseruare secundũ dispositionẽ suam, tũc qñq; fortificatur caliditas naturalis ipsorũ, sicut apponit in succo vuarũ radices caparis: & qñq; minoratur humiditas ipsorũ succuũ ex decoctione ipsorũ, aut ex appositione ad solẽ: verũ augumentũ caliditatis naturalis ad naturã ipsorũ secundum plurimũ est impossibile, quare necessariũ est minorare humiditatẽ ipsorũ, & illud fit cũ euaporatione ita, vt vapores ab eis eleuentur, & illud ꝑ caliditatẽ: Nã caliditas agit in humiditatẽ actionẽ, qua fit vaporatio, & ebulitio, quia si fortificata fuerit caliditas super [illã humiditatẽ] ita, vt sit diminuta, tũc remanet species illius succi conseruata: & si nõ, tunc fortificatur in eo humiditas, & dominatur caliditas extranea, & agit in illã humiditatem. Et qñq; peruenit eius operatio in ipsa ad terminũ, vt destruatur species succi totaliter, et fiat ex eo generatio, & corruptio, sicut fit ex succo vuarũ vinũ: aut qñq; nõ peruenit ad illũ terminũ, quare fit ex illo putredo. Et similiter est dispositio succorũ fructuũ in corpore ꝓp fortẽ caliditatẽ, vnde euaporat humiditas ipsorũ superflua secundũ plurimũ: & ꝓp illud nõ accidit in eis putredo secundũ plurimũ. SCIRE quoq; debes, q cum in sanguine flegma extra crudũ &c. hoc etiã est ex summis nocumentorũ fructuũ, qm̃ qñ multiplicatur aquositas ipsorũ in sanguine, ꝓhibetur induratio, qua fit pars membri; quare accidit ex eo illud, quod accidit patientibus cacoliã. POST ipsos incedat, vt descendãt ad partem inferiorẽ stomaci. AD hoc vt labãtur idest vt expellantur ex stomaco ꝓp grauitatẽ cibi, & cõprehensionẽ stomaci super cibũ ꝓpterea; q stomacus renuit fructus ꝓp maliciã nocumẽti ipsorũ. FACIT sanguinẽ putrefieri: Sciẽdũ, q qñ accidũt oppilatiões in meatibus cõprehẽdẽtibus humiditates post illas humiditates retẽtas, ꝓhibitur a penetratiõe spũũ, et ab aere euẽtãte illas, corrũpit cõplexio illarũ humiditatũ, & efficitur earũ dispositio, sicut dispositio humiditatũ separatarũ a corpore, & sequitur ex hoc debilitas caloris nãlis causã dominiũ caliditatis extraneę, & sequitur ex hoc putredo. OLERA vero colerica, seu q generant colerã, seu olera, quę sunt amari saporis &c. Sciendũ, q iuuamẽtũ olerũ calidorũ amari saporis ĩ hyeme est plus, q̃ iuuamentũ olerum, & aliorũ ex fructibus aquosis in ęstate, quoniã ipsa ambo q̃uis cõmunicent in cõtemperando cõplexionẽ secundũm exigentiã tẽporis, tamẽ aquositas putrefaciens sanguinẽ generatũ ex oleribus humidis, & fructibus causat cõtrariũ eius, q in rẽdit de iuuamẽto ipsorũ, & nõ sic est de oleribus amaris, sicut nasturtiũ, & sinapis, & quę sunt eis similia. Quod si alicui necessariũ fuerit nutrientia comedere mala, ꝑ hoc vult Auicẽna illud, q accidit, vt si aliquibus sit necessariũ comedere cibos malos in itinere, aut in carcere, aut causa alia ꝓhibente assumptionẽ ciborũ bonorũ, et in huiusmodi quidẽ hominibus oportet, vt sit comestio ciborũ malorũ paucis vicibus, & quaq; vice sit eorũ administratio post mundificationẽ stomaci, & post famẽ vehemẽtẽ, vt digestio sit fortis, et vt minorẽt aduẽtus altochme, quoniã altochme ex cibis malis est perniciosa: & cũ hoc oportet, vt qualibet vice minoretur quãtitas, vt nõ accidant ex diminuta digestione accidentia altochme. & Auicenna quidẽ nõ cõmemorauit illud, qm̃ est notũ, & non pręcepit permixtionẽ illius, quod ei cõtrariatur, nisi qm̃ illud, quod contrariatur cibis malis, rectificat maliciã eorum, et oportet etiam, vt administrẽtur permixta simul, & nõ vnũ post alterũ, qm̃ si administrẽtur pura vel singulatim, fortasse accidit nocumentũ apud principiũ administrationis eorũ, qm̃ sunt mala cibaria, & tunc non potest remoueri illud nocumentũ, sed non est sic, q̃n sunt simul permixta, qm̃ a principio rei sunt rectificata. ET cui quidẽ res dulcis nocumentũ prabet. i. si administrẽtur illa cibaria nõ permixta cũ suo contrario, & leditur a dulci, tunc oportet, vt super eũ bibat acetosum, quia est cõtrariũ, & imprimit contrariũ impressioni eius: Nam plurimũ nocumẽti dulcis est, quia ipsum cõuertitur in colerã, & deijcit appetitũ, & calefacit, & alia huiusmodi: sed acetosum reprimit coleram, & infrigidat, & confortat appetitũ: & qm̃ cibi mali multiplicãt superfluitates multas, ideo oportet eas euacuare. Vinũ vero antiquũ q̃uis non contrarietur acetoso cum suo sapore, tamen contrariatur illi, quod causatur ab acetoso in corpore, qm̃ caliditas vini veteris est fortis valde, quare fortificatur digestio super cibos diuersos, & rectificatur nocumẽtũ vnctuosi ab ahero. Et in rectificatione quidẽ nocumẽti ex vnctuoso qñq; administrantur tres res. s. ponticum, & salsum, et amarũ ꝓp istorũ conuenientiã ĩ exiccatione humiditatis pinguis mollificantis, & rectificatio istorũ fit cũ vnctuoso etiã. SYRUPUM acetosum factũ cũ aceto, & citoniis idest syrupũ acetosum factum ex aceto cũ aqua vel succo citoniorũ. QUANdo vero alicuius corpus repletum: hic considerat diuersitatem ciborum secundum diuersitatẽ dispositionũ corporis. CUM subtilitate idest cũ subtilitate humorũ: Nam qui habet humores subtiles, secundũ plurimũ est debilis ꝓp multitudinẽ eius, quod ex soluitur nõ tollerans euacuationẽ. & est possibile, vt per subtilitatẽ intelligatur subtilitas corporis, idest macies ipsius ita, vt sit nõ tollerãs euacuationẽ: Si. n. esset tollerãs; tunc melior esset euacuatio, & copiosa quidẽ refectio cũ cibis laudabilibus, aut rectificat homores eius ꝓpterea, q humores boni generati ex cibis laudabilibus dominãtur super malos humores, aut confortãt virtutẽ, vnde postea tollerare potest euacuationem: & hoc quidẽ, quod dictũ est nõ verificatur, nisi cũ condictione, q illi humores mali nõ habeãt dominiũ, & virtutem super dispositionem ciborũ laudabiliũ secundum naturã conuertendo cibos laudabiles in malos humores imprimendo qualitatem malignam in cibis laudabilibus. QUOD ab omnibus qualitatibus idest ab omni sapore, cum nõ sit possibile, q sit denudatũ ob omni qualitate: & ꝓp illud dixit, & est quasi insipidũ, qm̃ sapor secundũ plurimũ est sequens dominiũ qualitatũ, quę est ille cibus medicinalis. Et iã est manifestũ, q cõuersio cibi medicinalis ad substantiã mẽbrorũ, & ad sanguinẽ est difficilis, & tarda, quare cibus insipidus velociter cõuertitur in sanguinẽ. RArũ pterea est magis tollerans ꝓpterea, q facilitet resoluit superfluitates corporis sui ꝓp amplitudinẽ pororũ. NUtritiua q̃q; sicca assidue comedere, qm̃ terrestreitas in cibis siccis ẽ multa valde faciens cadere uirtutẽ ꝓp priuationẽ generatiõis spirituũ ex eis, & qm̃ ad hoc, vt cõuertant ad humiditates nutriẽtes, necessaria est actio plurima fatigãs naturã, quare sequitur debilitas naturę, & qm̃ illa cõuersio ciborũ siccorũ fit in tpe plurimo, quare tardatur restauratio eius, qđ resolutẽ, et sequtur ex hoc debilitas. ET colerã corrũpit ꝓp paucitatẽ penetratiõis sanguinis generati ex eis versus exteriores ptes mẽbrorũ ꝓp grossitiẽ eius; et ꝓpterea q ipsa causant exiccationẽ cutis ꝓp paucitatẽ humiditatũ lenientiũ. ET naturã siccat. i. exiccat cõplexionẽ, et egestionẽ ꝓp paucitatẽ humiditatis. ET vnctuoso fit pigritia, & destruit desideriũ ꝓp multudinẽ humiditatis mollificãtis madefaciẽtis neruos, & os stomaci: Necessariũ est. n. pro appetitu, ut sit res inspisans, et corrugãs ipsum, et ꝓpterea q frigus extinguit caliditatẽ, cũ qua fit motus, et agilitas, causatur ab eo pigritia. Et ꝓpterea q ex acetoso, & acuto parũ de humiditate generat, ideo acetosum, et acutũ ac-

Alia tincta vaporationem illius humiditatis.

Rectificatio cibi dulcis & acetosi.

celerat senium, vel extenuationem corporis. Et acetosum, quia cum siccitate coniungitur, nocet neruis mordicando eos: & ratione mordicationis etiam salsa nocent stomaco, & oculis, & ppea q pingue vel vnctuosum recipit alterationem humiditatis eius, ideo corrumpit ipsum cibus malus post eum assumptas: et cibi viscosi quia adherent membro, & difficulter recipiunt purificationem partium, quia partes ipsorum sunt vnitæ, ideo tarde descendunt. In cortice vero cucumeris remota est adherentia facilis stomaco, ideo cucumer faciliter descendit, & similiter panis cum furfore pp partes eius furfureas, in quibus est abstersio, faciliter descendit a stomaco. ACVIT sanguinem: Acuitas sanguinis, & eius ebullitio seu cõmotio fit pp regimen subtile cum labore, & ira. Et necessitas flobothomiæ in istis est pp administrationem cibi grossi post famē quoniam epar & corpus [attrahit ipsum fortiter pp superfluam] necessitatem corporis, quam habet de cibo propterea, q præcessit regimen subtile, & præcipue cum multa resolutione facta ex labore, & ira: Cum igitur miscetur sanguis grossus superueniēs sanguini acuto in præcedenti, tunc ex ambobus aggregatis efficitur sanguis turbidus, quem natura abhorret pp sui acuitatem, & eius diuersitatem. Et hoc quidem est causa, quare minutio seu flobothomia est necessaria: Scire præterea debes &c. Sciendū, q cibus qualitatis pdictę ultimo loco. s. dulcis &c. corrūpit sanguinē ita, vt causet necessitatē flobothomię, q̄uis flobothomia fuerit facta in tpe proximo. ANTEQVAM maturescat, et digeratur, quāſ sanguis generatus ex eo est grossus, q qñ miscet sanguini existēti in corpore, efficitur totum aggregatum sanguis diuersus, et illd̄ necessitat fieri flobotomiā. NVTRientiū q̄q iudicia: hic considerat nocumētum ciborū diuersorum in eadem mensa. LAC cum rebus acetosis, quoniam acetosa præparant lac ad caseitatem in stomaco, quod est venenum: & ex aggregatione quidem piscis cum lacte generatur lepra, quoniam ambo. s. pisces, & lac sunt grossa velocis putrefactionis: & qō conuertitur ad fumositatē, & melancoliā, accidere facit lepram: qñ vero conuertuntur ad flegma grossum, facit accidere albaras: & qñq facit accidere colicam pp generationem vētositatis grossę, & humoris viscosi. NEQVE comedi debet mest cū raphanis: alia litera habet mest cum caseo, & vtraq litera est vera, Cum raphanis quidem non est comedendū mest pp grossitiem raphani, & cū hoc in raphano est virtus faciens penetrare. Cum caseo etiam non conceditur pp sui grossitiem, & pp coagulum, quod est in eo, quoniam ipsum qñq coagulat lac, & efficitur venenum. CVM carnibus auium s. ple magnarum, quoniam coniungitur grossum cum subtili. NEQVE sauic post rizum cum lacte, quoniam inflat. NEQVE assatura super prunas alkerua, quoniā substantia alkerua corrumpit, & nocet, & similiter nocet iacere sub vmbra arboris alkerua: sed in hoc dicto Auicennæ est dubitatio, quoniam ponere carnem super prunas non dicitur assatura carnis, sed dicitur alio nomine. s. altechbib: Caro enim assata absolute dicitur illa, quæ non est decocta tangendo prunas, sed remota a prunis in veru circūuoluta. Et ex eis, quæ sunt ab experimentatoribus dicta, & verificata in hoc capitulo est, q non sunt aggreganda duo calida, sicut pulli columbinorū cum alleo, neq sunt aggreganda duo frigida, sicut cucumeres, & medir idest lac acetosum, neq duo viscosa simul, sicut caseus recens cum piscibus: neque duæ confectiones viscosę, neq duo, que velociter corrumpuntur, sicut lac cum melone: neq duo, quę mollificant, sicut medullæ cum pinguedine. SED monoculo moram facit pp viscositatem alcubab seu balotarum carnis factarum contundēdo carnē ipsarum, quoniam sic sunt magis viscosæ, q̄ si fierent incidendo carnem in partes minutas: & ideo caro præparata in balotis factis cõtundendo diutius morātur in stomaco pp earum viscositatem, q̄ factę fuerint incidendo carnem in partes minutas. IMMO vehementer malę pp humiditatem vuarū humectantem stomacum cum flegmaticitate capitum. ET similiter nebit idest viuum, quia vinum facit penetrare viscositatem capitum, & oppilat SICVT grana granatorum, quia sedant nauseam absq suis nesibus, quoniā si comedantur ossa, tunc augetur & aggregatur grossities, & cruditas cum grossitie carnositatis capitum.

alia lite. s. pellit ipsū in uenas. pp superfluū indigētiam uel.

Capitulo viii. de regimine vini, & aquæ.

HOc capitulum continet viginti nouem considerationes. Consideratio prima est de regimine aquę. QVAE in frigiditatis fortitudine tēpata existit, quoniam aqua vehementer frigida est mala valde extinguens calorem naturalem, immo qñq interficit subito perueniendo ad cor, & qñq debilitat epar, & facit accidere hydropisim, & nocumentū in visceribus, & in instrumentis anhelitus notis. INTER aquam putei & fluminis: Dixit Alcharis medicus eximius se expertum esse illud, & inuenit, q fecit accidere inflationem, & rugitum: & est possibile, ut illud sit verum pp diuersitatem aquarum prędictarum in subtilitate, & grossitie. SCIRE aūt debes q bibere aquam &c. Sciendum, q potatio aut est in ieiunio: & tunc penetrat ad membra principalia, dum adhuc est frigida, aut bibitur super cibum, cū quo miscetur, & tunc impedit illud a penetratione eius, aut bibitur post exercitium, & balneum, & tunc quia membra sunt inflammata, attrahūt velociter ante, q̄ res potata assumpta calefiat: Si vero bibatur post motum, qui fit in coitu, tunc nocet valde, quoniam motus coitus cum hoc, q calefacit membra, euacuat etiam sperma, & spiritus, quare tunc membra attrahunt magis humiditates, & magis fortiter, præcipue qñ vēter seu stomacus fuerit vacuus, seu famelicus: quoniam tunc attractio est fortior, & velocior: Aut bibitur obediendo siti mendosæ, quę quidē accidit aut a flegmatę viscoso, aut grosso, aut salso, et tūc potatio auget causam ipsius, Aut [vinū bibitur sup ebrietatē a vino, aut re alia. s. vt stomacus calefiat a vino: & hoc quidē apud me nō est vituperabile qm̄ sedat, & extinguit illā caliditatē.] Et Auicenna quidē nō approbauit illud in nocte, nisi qm̄ sitis dominās, q̄ est a calefactione stomaci, q̄ est in hora sitis mendosę, est in nocte, & apud somnū apud aggregationē caliditatis ad interiora: sed illa q̄ fit apud occupationē naturæ cū digestione cibi qñq fit pp necessitatē naturæ, ut fiat pmixtio cibi cū re humectāte pp decoctionē, & tūc nō est dubiū, q est vera sitis, & potus in ea iuuat, neq est possibile, vt hāc sitim pcesserit potus ad quātitatē conuenientē. Et qñq fit sitis pp grauitatē cibi, & desideriū naturæ, vt abluatur, & expellatur, & tūc sine dubio est sitis mēdosa, & potus in ea est malus, qm̄ corrūpit digestionē, & agitat cibū, & est illa, quā præcessit potus in q̄titate cōuenienti seu conueniens potatio, & dicendū q hęc est causa, quare Auicēna vitupat potū ebriorū, quē dixit Alcurasi nō esse vituperabilē apud me VINVM pmixtū excusat membra sua humectatione ab aqua dulci, donec moret in stomaco et calefiat, & oportet vt eius permixtio sit cū aqua calida, quoniā si permisceatur cum aqua frigida, tunc adiuuat ad velocem penetrationem aquę, que est secum permixta, quare nocet plus, q̄ potus aquę solius. VINVM autē &c. hic considerat naturā vini, & quod ex vinis est eligēdum secūdū diuersitatē hominū. Sciendū, q vinū diiudicatur ex pte substantię suę, & ex pte coloris, & saporis ipsius

Alia litera bibitur .s. aqua super ebrietatē, l quia est prius ratio nis, & super potatione vini multū cū permanentia rõnis, ex qua quidē ebrietate a vino facta, & e multo vini potatione pdicta calefactus est stomacus a vino, & tūc potus .s. aquę nō est apud me vituperabilis, quō ipse sedat illam caliditatē, & extinguit eam.

ipsius, & odoris, & ex parte tẽporis eius in nouitate, & vetustate. Ex parte enim suę substantię diuiditur vinum, quia quoddam est subtile, quoddam grossum, quoddam est mediocre: ex parte vero coloris eius sunt quinq; species vini. s. rubeum, citrinũ, album cũ intentione ꝙ per albũ intelligatur transparens vel diafanum, quoniam vera albedo non reperitur in vino, & viride vinum, & nigrũ. Et rubeum quidẽ vinum, qñ permiscetur, efficitur citrinũ, & color in eo non efficitur pp permixtionẽ rubeus. Et citrinum quidem ex permixtione efficitur album. Et album pp permixtionem nõ efficitur color alius, immo fortificatur albedo. Et viride nõ efficitur pp permixtionẽ albũ, neq; efficitur in eo pp permixtionem viride. Et nigrum quidẽ non efficitur ex permixtione color alius, immo debilitatur nigredo, & non efficitur color in eo ex permixtione color niger. Ex parte vero saporis diuiditur, & considerat, quod delectat gustum, aut abhorretur, & sunt duę diuisiones. s. vinum boni saporis, & abhominabilis saporis: & consideratio quidẽ non est, nisi de quinq; speciebus saporũ vini, quoniã sapores sunt nouem: & in vino non re-
Hic sermo est dubius quare considera. peritur sapor salsus, & acetosus, & acutus, & insipidus, quare remanet in eo sapor amarus, & dulcis, & pinguis, & vnctuosus, & stipticus, neq; in vino reperiuntur isti sapores puri, & sapor in vino non proportionatur vel non denominatur nisi a sapore dominante. Et secundum plurimum vinũ habet saporem compositum ex dulci, & amaro, & stiptico, quare pp suam stipticitatem est confortãs viscera, & pp suam amaritudinem aperit oppilationes, & pp suam dulcedinem mundificat, & abstergit. Vinũ vero ex parte sui odoris diuiditur in bonum habens odorem, & malum habens odorẽ. Sed ex parte tẽporis sunt quatuor diuisiones. s. vinum nouum, quod non habet tẽpus sex mensium, & nominatur mastar seu mustum. & est vinum mediocris temporis, & est illud, quod habet tẽpus sex mensium, sed nondum compleuit annũ: & est vinum vetus, & est illud, quod habet tempus vnius anni, sed nondũ peruenit ad tempus annorũ quatuor: & est vinum antiquũ valde, & est illud, quod habet tẽpus annorũ quatuor: & qñ appręhenderis has diuisiones potes ex eis ad inuicem cõponi species sexcentum vini: sed Auicenna non cõnumerauit hic, nisi quasdam species, ex quibus possibile est, ꝙ intellectus extrahat species compositas.

Consideratio de natura vini aut est, qñ est permixtum, aut qñ est purũ: & consideratio vniuscuiusq; istorum aut est absolute, aut secundum species cuiuscũq; vini: aut secundũ hominem absolute, aut secundũ diuersitatem cuiuscunq; hominis. Sed hic non loquemur nisi sermone cõpedioso, secundum ꝙ est conueniens. Dicamus ergo, ꝙ vinũ purum absolute est calidum in tertio siccum in secundo, & diuersificantur gradus in hoc, secundum species vini: Nã vinum nouũ remissiorem habet caliditatem, & siccitatem, quare est eius caliditas in primo tertij gradus, immo fortasse est in fine secundi: Siccitas vero eius est in principio secundi, immo fortasse est in fine primi. Et vinum antiquũ valde, quod est purũ, est vehementioris caliditatis, & siccitatis, quare est eius caliditas in fine tertij, & eius siccitas in fine secundi: & illud, quod est mediocre inter ea, habet dispositionẽ mediocrẽ. verum vinũ vetus magis declinat ad naturã vini antiqui valde: & vinum tẽporis mediocris magis declinat ad naturã vini noui: & vinum quidem citrini coloris vehementioris est caliditatis, q̃ vinum aliud quodcũq;: & rubeũ est infra illud. verum diminutio siccitatis eius ab ipso est multo maior, q̃ diminutio caliditatis eius: & vinum albũ minoris est caliditatis, q̃ quodlibet aliud: & vinum nigrum diminutam habet caliditatem, & est terrestre. vinũ autẽ viride mediocris est dispositionis. Natura vero vini permixti diuersificatur secundum quantitatem aquæ, quæ secũ permiscetur: quanto enim quantitas aquæ est maior, tanto caliditas vini permixti est minor ita, vt huiusmodi vinum est infrigidatiuũ, & humectans perducendo aquã ad mẽbra. Et vinum quidẽ album, subtile, aquosum conuenientius est calefactis, & sedat sodam factam ex inflãmatione stomaci. Sciendum, ꝙ cuidã ex amicis nostris accidit soda clamosa, seu vehemẽs perseuerans duobus annis, & medici pręceperunt eis dietã, & curabant cum solutiuis, & cũ speciebus triferę, & similium, & nõ inuenit ex hoc nisi augmentũ doloris: & accidit semel, ꝙ in eo dominabat appetitus lactis acetosi, seu & contingit huic semel, ꝙ valde appetebat lac acetosum, & quã primum comedit lac prędictũ, sedabatur soda: verum post horas reuertebatur soda, & quia cum sedatione sodę aliquando inueniebat quietem, Ideo tpe longo continuauit comestionẽ lactis prædicti: Postea post tempus ausus est bibere vinum permixtũ, & sanatus, ac liberatus est a soda subito. & talis quidem soda causata erat a colera in stomaco existente, & ex adustione eius in eo: & lac quidem, quod assumebat ante, q̃ conuertebatur in coleram, sedabat sodã, sed post q̃ lac conuersum erat in coleram, redibat soda. Vinũ autẽ grossum nigrũ, & viride coloris olei est malũ generãs oppilationes. Et vinum nigrũ qñq; generat melancoliam: grossum vero rubeum est multi nutrimenti, pręcipue qñ est nouũ, quia vinũ nouum est magis declinãs ad nutrimentũ, & cibum: Sed vinũ vetus magis declinat ad virtutem medicinalem, immo existimatur, ꝙ vinum valde antiquum sit medicina absolute: & pp illud vinum grossum præcipue nouũ est valde impinguans, seu habet virtutẽ impinguandi. Vinum autem dulce oppilat epar, quia ab eo attrahitur ante horã, quia dulce, & penetratio eius est velox, quia est vinum ab epate dilectũ, & venę epatis sunt strictę valde, quare opilat eas: Verũ vinũ dulce apit oppilationes pulmonis, quoniã penetrat ad ipsum, aut ex via epatis, aut resudãdo per meri ad canã pulmonis ex pãniculo, qui est inter eos: & illud fit antequã vinũ perueniat ad stomacũ: ꝙ si fuerit ex parte epatis, tũc penetratio vini dulcis ad ipsum epar erit post colaturam, et clarificationem vini dulcis in venis epatis strictis. Et venę pulmonis sunt magis amplę, q̃ venæ epatis, quare illud, quod de vino peruenit ad ipsum pulmonẽ, est subtile valde: & pp illud quod est in eo de digestione, & abstersione, & ablutione, & penetratione, & subtilitatione apit oppilationes ipsius pulmonis: Si vero fuerit penetratio vini ex parte meri, tunc penetrat ad pulmonẽ resudãdo ex poris strictis valde. ET a paruis quidem incipere idest a paruis ciatis incipere. alia litera & a paruo quidem incipere &c. quia alleuiatio stomaci cum paruo ciato est cõuenientior. & dico ꝙ potatio cõtinua cũ paruo ciato ẽ cõuenientior, quoniã actio stomaci super quantitatem paucã vini est fortior: & similiter elongatio, & interpositio temporis notabilis inter ciatum & ciatum vini bibitum est melior, q̃ frequentatio assumptionis ciatorum vini absq; temporis interpositione, quoniam qñ inter ciatum & ciatum mediat tempus, tunc unumquodq; ipsorum aduenit alteri post digestionẽ pręcedentis. Et vinum quidem, qñ sic se habet, ꝙ adiuuat digestionem, & non facit penetrare, est diligendum pręcipue in consuetis: Nam consueti vino raro digerunt cibum absque ipso vino. Et oportet, vt circundetur locus, in quo vinum potatur cum eis, quę delectant sensus omnes, quia de proprietate vini est commouere, & concitare appetitus, & confortare omnes virtutes appetitiuas. Et quando uirtus quęlibet inuenit, quod desiderabat, viuificatur, & augetur virtus, & q̃cũ-

que virtus priuatur illo, tunc contristatur, & leditur, & anima non suscipit vinum, & tūc fortasse corrūpitur vinū, vnde corrūpuntur humores, & causatur nocumentū maius, q̄ iuuamentū. Et vinū bibitū deterius est, quando bibitur in absentia amicorum, & præcipue cum timore, ne illi loco timorosum aliquod superueniat.

CVM timore. s. ne ex potu uini apud iudices accusef, & pp transgressionē legis saracenæ puniatur.

De iuuamento vini.

VIni iuuamentū quoddā est spirituosum, vel animale, & quoddā est iuuamentū corporale. De iuuamento spirituoso dixerūt excellentes medici, q̄ nos artificialiter nō possumus cōficere aliqd, qd̄ in tali iuuamento opetur, sicut vinum: Sed in iuuamēto corporali dixerūt, q̄ possibile est, q̄ fiat ex cōfectionibus, & alijs illud, quod vinū opatur, & stat loco vini: verū hoc est difficile, & laboriosum. Vinū aūt letificat, qm̄ leticia nō perficitur, nisi ex motu spirituū ad extra: & [ipsum quidē vinū facilitat, & multiplicat leticiā] qn̄ spiritus sunt multi, subtiles, clari, temperatæ cōplexionis: quoniā si spiritus fuerint pauci, sicut in conualescentibus, tunc natura conatur eos retinere in corde, qm̄ pp eorū paucitatē non sunt sufficientes in quantitate, vt diffundantur ad exteriora, licet sint in corde secundū quantitē, quæ sufficit cū sanitate ipsius cordis, & calidit ate sua, quare motus eorū tunc ad exteriora est difficilis: et pp illud qn̄ accidit conualescētibus causa letificans, accidit ipsis ex ea nocumentū, & constrictio, seu coarctatio cōtrariās causę letificāti, & accidit naturæ motus contrarij: & similiter si spiritus fuerint grossi, qm̄ pp sui grossitiem porri non suscipiunt eos: Et pp illud habens naturā grossam, seu habens spiritus naturę grossæ non letificatur, nisi pp fortem causam subtiliantē spiritus, & mouentē eos ad exteriora parumper, vnde facilis fiat eorū penetratio: & pp illud qn̄ habens naturam grossam, seu spiritus grossos frequenter, & multum letatur, tūc efficitur taliter dispositus, q̄ faciliter letatur, qm̄ spiritus sui ex hoc subtilianrur: Similiter si spiritus fuerint turbidi, sicut in habentibus humorē melincolicū, difficilis fit spirituū penetratio pp ptes grossas in eis existentes: & quia etiā si fuerint turbidi, tunc quędā partes ipsorū sunt obscuræ vel tenebrosæ tristantes animā, sicut accidit in tenebris exterioribus: & similiter etiā si fuerint frigidæ cōplexionis, sicut in habētibus palrsim, & ęgritudines frigidas ualde, qm̄ frigus cōgelat, & phibet eorū penetrationē: Similiter etiā si spiritus fuerit supfluæ caliditatis, tūc nō facilitat eorū motus ad exteriora paulatim paulatim, imo tales spūs mouētur subito, cū accidit cā mouens ipsos ad exteriora. vinū aūt generat, & disponit spiritus ad leticiam, qm̄ multū conuertitur in spiritus, & eos multiplicat, & subtiliat sua caliditate non superflua, & remouet turbulentiā ipsorū mundificando ipsos, & contemperat frigiditatem cū sua caliditate, et frangit caliditatē per id, qd̄ associatur ei de aquositate. Cū ergo spiritus fuerit sic dispositi, tunc habēs eos est dispositus ad leticiā: & dispositū ad aliquid est [plus, q̄ dimidiū causæ illius,] & pp illud ebrij letificantur a qualibet caussa ita, vt ymaginētur letificātia, et per cōprēhensionē, q̄ ipsa & existāt, letificātur. Quòd aūt vinū causet audaciā, & iracundiā, & alia similia, qm̄ cōtraria istorū sunt timor, & timiditas, seu pusilanimitas, & auaritia, q̄ sunt ex cordis debilitate, & frigiditate, est q̄ vinum qdem confortat cor, & calefacit, quare facit ipsum audax, quia ex ipso vino sequitur priuatio timoris ab alio. Declaratur vero quare causaf diuersitas morū in hominibus apud potū vini: qn̄q̄ enim accidit qbusdā hoībus ex humore melancolico pp potū vini tristicia, & fletus in principio potus tantū pp partes subtiles melancoliæ, q̄ mouētur a vino pauco, & causantur mores illi cōformes. Cū aūt multiplicaf potus vini, tūc resoluit eas, & frāgit virtutē illarū ptiū subtiliū cū cōtrarietate sua illud exigēte, quare remouetur causa fletus. Quibusdā vero hoībus accidit fletus in fine tantū potionis vini pp grossitiem melācoliæ multā, quia vinū modicū nō potest mouere ipsam. Quibusdā vero accidit illud in medio tpis potus vini tm̄ pp mediocrē dispositionē melācoliæ in subtilitate, & grossitie. Quibusdam vero accidit illud in oībus horis potionis vini pp multitudinē melancolię in eis. Quibusdam aūt accidit ira pp acuitatē spiritus ipsorū cū paucitate eorū, & tales homines ante potū nō irascūtur pp spirituū paucitatē, sed qn̄ multiplicant potū vini, quod in spiritus cōuertitur, tūc efficiūtur spiritus multi cū acuitate ipsorū: & ideo pparati sunt ad irā. & plurimū accidit eis illud, qn̄ bibūt vinū purū, quia qn̄ bibitur vinū pmixtū, frāguntur acuitas spirituū. Et qn̄q̄ accidit qbusdā multitudo sermonis pp vehementē caliditatē cerebrorū ipsorū: sed cū humectatur cerebrū cū vino, uel cū potu vini, tūc quiescunt a multa loquela, quā causabat siccitas: & plurimū fit hoc, qn̄ multiplicatur pmixtio vini cū aqua: Causa aūt pp quā anima abhorret vinū in principio administrationis eius, deinde diligit ipsum supfluæ post illud est, qm̄ q̄diu pseuerat gustus sanus, tūc anima cōprēhēdit saporē vini horribilē, & nō cōprēhendit iuuamētū eius. s. in letificādo, tunc ergo anima cōpphendit saporē vini horribilē: Cū vero multiplicatus ex eo, mollificātur tūc nerui gustus, & debilitaf apphensio saporis eius: & qn̄ vinū in corpore egerit iuuamentū, qd̄ habet, vel facit in sui natura, tūc anima apphendit vel cognoscit illud iuuamētū: & qn̄q̄ destruitur apphensio saporis ipsius horribilis, & tūc homo delectatur eo, & desiderat supflue vinū: Et pp hoc dixerunt quidā medici excellētes, q̄ tādiu vinū est bibēdū, q̄diu pseuerat sensatio saporis eius horribilis: sed qn̄ nō sentitur sapor vini horribilis, immo sapor eius delectat, tūc est terminus potationis vini, & tūc ab eius potatione est abstinēdū. De q̄titate aūt vini sumēda dixerūt quidā, q̄ mensuratio vini ad pōdus est mala, qm̄ q̄titas vini cōueniens diuersificatur in hoībus secundū diuersitatē cōplexionis ipsorū, & cōsuetudinis eorū, & alia ab eis. Sed mēsuratio vini bibēdi bona est illa, q̄ diximus, & est, q̄ qn̄ in potātibus vinū color incipit bonificari, & est causata leticia, & cutis lenificaf, & motus sunt faciles, & mēs est sana, tūc nō est de supflua q̄titate vini bibitū: Sed qn̄ incipit somnolētia dominare, & nausea fortificaf, & corpus, & cerebrū est graue, & mēs est corrupta, & motus sunt laxi, & loquella inordinata, tūc iā accelleratur supfluitas: quare oportet tūc dimittere, qm̄ somnolētia est pp repletionē cibi hūidi vaporātis: et nausea est ex natatione uini pp multā eius quātitatē: grauitas uero corporis, et cerebri est ex humiditatibus supfluis replētibus: & corruptio mētis seu alienatio est pp ea, q̄ uētriculi cerebri repleti sunt vaporibus: Mollificatio vero motus, et loquella inordinata est pp nocumentū membrorū pp supfluā humiditatē. Dubitatur, qr̄ grauitas capitis, & corporis ex repletione vini maior est, q̄ grauitas accidēs in pdictis ambobus ex repletiōe cibi: Nā vinū est qd leuius, q̄ cibus, qr̄ etc. Respōdef, q̄ licet vinū sit leuius, tamē pp sui humiditatem mollificat neruos, vnde non possunt tollerare rem minimam ex grauibus: Sed non sic est de cibo: Et propter hāc causam grauitas ex repletione flegmatis causata maior est, q̄ illa, quæ est ex melancolia. VINVM album subtile est melius, quoniam pp sui albedinem est minoris caliditatis, & propter sui subtilitatem non diu occurrit membris, vel non diu moratur super membra, immo discurrit, et propter sui aquositatem infrigididat, et humectat, quare contemperat complexionem ipsorum. NEQVE facie

Quare vinum letificat.
Alia litera ipsa quidē leticia facilitatur, & multiplicatur.

Alia litera sufficiens ad illud pducēdum plus quā est eius debilior.
Alia litera et in disposito ad aliquid sufficit debilior causarū ipsius effectus pducendi.

qr̄ quibusdā ebriis accidit ira.

Dubiū notabile, pp qd grauitas capitis & corporis ex repletiōe vini maior est, q̄ ex repletione cibi.

sodatu

sodam: per hoc Auicenna vult respondere tacitę obiectioni, quia dictum est, ꝙ vinum nocet calefactis, quoniam de natura ipsius est euaporare: vapor autem calidus causat sodam in calefactis: Respondetur, ꝙ non est sic, immo vinum quandoque humectat, vnde sedat sodam causatã ex inflammatione. VINVM colatum: qualitas vero faciendi illud est, vt ponatur panis, aut tortellæ in uino, vnde suscipiuntur vel recipiuntur in eo partes terrestres, ingrossantes, quę residendo sunt causa collaturæ vini, vel vini collati. PRAECIPVE: uult per hoc, ꝙ ipsum tunc sit cõuenientius calefactis, & magis sedans sodam: & est possibile, ꝙ intentio Auicennę sit, ꝙ vinum colatum tunc sit conuenientius eo, ꝙ stat loco vini albi. VINVM grossum dulce nouum, quoniam est multi nutrimenti, sed vetus vinum non, quia ipsum est proximum medicinę. ET vetus rubeum: conuenientius fuisset, vt diceret vinum citrinum, quoniam eius calefactio, & subtiliatio est maior, quam vini rubei. VINVM assumere. Consideratio de electione horę, in qua debet vinũ administrari. CAVSAM huius. s. quia facit penetrare res crudas malas &c. ET aparuis quidem incipere, quoniam stomacus cum digestione cibi praecedentis adhuc laborat, quare alleuiatio super eum cum paruis ciatis est melius. NON nocet, immo confortat digestionem. POST minutionem, quoniam succurrit ei, quod causat flobotomia, & propter velocitatem digestionis cibi, & eius peruentionem succurrit debilitati causatę ex flobotomia. ET vinũ propterea confert &c. consideratio de iuuamento vini dependente ab humoribus. PROPTEREA ꝙ prouocat &c. quoniã est fortis prouocationis, & alius humor a colera non obedit in hac prouocatione, sicut obedit colera propter sui subtilitatem. ET humidis propterea ꝙ humiditates maturat subtiliando eas, et calefaciendo ipsas & confortando digestionem. Et quando digeritur flegma, tunc subtiliatur, & attenuatur. EST magis conferens, quia natura magis amplectitur, & recipit ipsum. ET coleram nigram labere facit, quia subtiliat eam, & humectat, quare præparat ipsam, vt labatur. ET eius reprimit vel flectit nocumentum propter contrarietatem idest propter contrarietatem impressionis eius, quæ est leticia, & confortatio animæ, & eam dilatat, & operatur contrarium impressioni melancoliæ. ET omnes resoluit nodos propter id, quod de uirtute subtiliatiua, maturatiua est in eo. ET ille cuius cerebrum: Consideratio de diuersitatibus hominum in veloci ebrietate, & ipsius tarditate. CVIVS cerebrum habet forte: sciendum ꝙ causa, quare vinũ inebriat, est, ꝙ proportio aereitatis vini ad terrestreitatẽ est maior, quam proportio aereitatis reliquorũ cõpositorũ ad terrestreitatẽ ipsorũ, et si nõ esset illud, tũc vinũ nõ nataret sup aquã, cũ ipsum sit subtile, fluidũ: Et propter illud vinum licet sit in notabili quãtitate, tamen est lene: & multitudo aquositatis in eo apparet: quando ergo calefit in stomaco, oportet vt ab eo fiat euoporatio vaporum subtilium valde propter subtilitatem substancię ipsorum, & dominium aereitatis, quare eorum penetratio in porrositatibus membrorũ est facilis: & cerebrũ quidem est situatum in loco alto corporis, quare oportet, vt vapores ad ipsum penetrent, qui conculcant tunc spiritus animales, qui sunt in cerebro propter necessitatem vel indigentiam loci. Et quotiens ex illis vaporibus ascendit aliquid ad partem cerebri, commouentur spiritus in eo ad locum alium, deinde isti vapores subtiles resoluuntur velociter. Et in quacunque parte cerebri resoluitur vapores, mouentur spiritus ad illam partem, ne detur vacuum: & propterea ꝙ vapores ascendentes ad partem alteram cerebri coarctant spiritus, qui sunt illic, quare sequitur ex hoc motus spiritus animalis, & non spiritus naturalis, & sequitur ex hoc lesio, vel permutatio in virtute ymaginatiua, & cogitatiua, & memoratiua, quæ lesio est ebrietas: Ille ergo, cuius cerebrum est forte, potest repellere illos vapores, & prohibere eos a penetratione in ipsum, & potest resoluere eos velociter, si ex eis aliquid penetrat in ipsum, quare non aggregatur in ipso illud, quod coarctat spiritus valde, quare in istis tardatur ebrietas, quousque vinum dominetur sua quãtitate superflua ita, vt humectet stomacũ, & mollificet ipsum, & tunc multiplicantur vapores, quare sequitur ex eis ebrietas. Et quoniam cerebrum, quando non recipit vapores vini, tunc ex eo non aduenit ipsi cerebro nisi caliditas subtilis, quia vinũ quando calefacit sanguinem, & spiritus, & ambo penetrant ad cerebrum, calefaciunt ipsum continue absque dubio: & hęc quidem calefactio est similis calefactioni spirituum, quare augentur spiritus in eo existentes, & resoluitur, quod in eo est de humiditatibus ingrossantibus spiritus prohibentibus velocem receptionem ipsorum, & sequitur ex hoc claritas mentis, & ingenij taliter, ꝙ ingenia alia seu mentes aliorum cum simili quantitate vini non clarificantur. MENTES aliorum. s. habentium cerebrum debile. ET ille quidem &c. Consideratio hæc de dispositionibus eorum, qui non possunt multiplicare potum vini, et de regimine adiuuante multiplicationem potus, & de regimine eius, qui sumpsit multum de vino. QVI in pectore debilitatem habuit. Sciendum ꝙ species eorum, qui non possunt sumere multum de vino, sunt multæ, sicut illi, qui habent debilitatem in cerebro, aut in membris ipsorum, aut in iũcturis: & similiter decrepiti, & habitantes regiones calidas, & alij ab istis. Nos vero nunc contenti sumus manifestare eos, qui habent debilitatem in pectore, propter quam constringitur eius anhelitus. Et iste quidem non potest assumere multum de vino, quoniam ista debilitas non est, nisi ex frigore: & propter hoc in hyeme fortificatur talis debilitas ita, vt causetur strictura anhelitus: & illud quidem aut est in velamine, aut in costis, aut non est sic. Et causa prima talis debilitatis ē, sicut si ipsa fuerit ex malitia cõplexionis frigida. & quando fortificatur frigus in hyeme, oportet motum partium pectoris esse difficilem, vnde causatur constrictio anhelitus valde. Et vinum mollificat neruos, & hoc debilitat motum partium pectoris, quare cõstringitur anhelitus valde: hæc ergo prohibet multiplicare potum vini. Causa vero secunda. s. quando constrictio anhelitus non est a frigore est, quando in vijs anhelitus est flegma, quia ergo in hyeme multiplicatur flegma, Ideo tunc augetur constrictio anhelitus: & vinum quidem, quia ex ipso sequitur fluxibilitas flegmatis existentis illic, auget humiditatem, & humectationem, quare cõstringitur anhelitus valde: & propter hoc huiusmodi prohibentur a multitudine potus vini. Qui autem uoluerit bibere multum de vino, & non sit ei aliquid prohibẽs illud, tũc regimen hoc obseruare debet, ꝙ cibum minuat, aliter. n. suffocaretur calor naturalis propter multitudinem amborũ. s. vini, & cibi, & extingueretur: & si non accideret hoc, tamẽ actio naturę in eis ambobus esset actio diminuta: vnde ambo ipsa corrumperentur, & quãdo minuitur cibus, tunc remanet locus vino plurimo. Et oportet, vt ponatur in cibis illud, quod prouocat, vt egrediatur vinũ paulatim paulatim, vt nõ dimittatur, seu vt nõ permaneat in toto corpore multa quãtitas vini, quod in potu assumptũ est. Qui uero errauerit, et repletus fuerit uino, aut cibo, aut repletus fuerit ambobus simul, tũc nõ est ei aliud regimẽ melius, quam uomitus. Et cũ uomuerit, tũc bibat post ipsũ aquã mellis, & uomat vice alia, ut abstergat stomacum ille, qui in uomitu primo defecerit, seu ille, qui uomitum primum diminutum habuerit, cũque compleuerit uomitum secundũ,

Quare vinum natat sup aquã.

homines qui non possunt sumere multũ de vino.

Quare patientibus stricturam anhelitus prohibetur multa vini potatio

quod est per mistũ clarificatum. s. cũ mica panis,

abluatur os eius cum aqua,& mele, vt per hoc mundifi
cētur dentes ab eis,quæ illis adherent, vt non sequatur le

Ablutio faciei cum aqua frigida, et aceto phibet ascensum vaporū ad caput.

sio in eis,& abluatur etiam facies eius cum aqua frigida,
& aceto,vt ꝓhibeantur uapores ascendentes causa uomi
tus,vt nō accidat grauitas in capite.ET postea ipsum ēt
euomat,vt mundificetur stomacus ab eo,quod vomitus
primus defecit,& non expulsit.Quòd si nocumentū: hic
considerat de regimine eius, qui leditur a vino cū calidita
te,vel pp caliditatem corporis eius, aut stomaci eius,aut
frigiditate ipsius.Sciendū, ꝙ quilibet,in quo dominatur
qualitas aliqua,leditur ab omni re augente illam quali-
tatem,& proprie si fuerit qualitas dominās fortis valde,
quoniam qui habuerit hanc dispositionē:qñq; leditur a
rebus temperatis:& vinum quidem & si infrigidat , et
humectat pp aquam,quæ ei associatur,tamen secundum
omnem dispositionem est calidum in se ipso,vel in sui na

Quod vinum aqua ꝑmixtum etiā nocet habētibus cōplexionē totius corporis aut mēbri ꝑticularis calidam.

tura. Ille igitur,cuius complexio est calida , aut comple-
xio cuiusdam membri particularis est calida valde, sine
dubio leditur a vino,& hoc intelligitur maxime de vino
potenti permixto cum aqua:& de uino potenti puro mul
to plus. Amplius si nocumentum illud fuerit forte valde,
oportet,vt dimittatur vinum totaliter,& ꝓprie si nō ac
cidat iuuamentum resistens illi nocumento,sed si nocumē
tum eius non peruenerit ad illum terminū, neque patiens
obedit dimissioni ipsius vini,quāuis nocumentum sit ma
gnum,tunc oportet,vt rectificetur ita,vt remoueatur no
cumentum. Sermo autē eius,qñ dixit PROPTER cale
factionem in corpore. Sciendum, ꝙ qñq; accidit calefa-
ctis superflua caliditas ex vino,& inflammatio, & gene
ratio coleræ,& sitis superflua,& qñq; accidit febris acu-
ta,& qñq; habentibus epar calefactum accidit causa ip-
sius vini punctura, vel dolor pungitiuus in epate pp cō
uersionem eius in ipso epate ad coleram,immo qñq; acci

Alia litera absterſiua.i.causata ex humore abstergēte sicut est colera.

dit quibusdam solutio ventris [magna] & fortasse acci
dit illi post vinum potatū,vt scindatur epar eius,& egre
diatur ex eo frustrum magnum,sicut egreditur in disen-
teria ꝑniciosa,& moritur in mane illius diei. ET oportet,
vt qui ita se habuerit, ꝙ eius vinum sit album , subtile,
plurimę ꝑmixtionis valde,& vt cibaria sua,& quæ post
comestionem assumuntur , sint ex rebus frigidis , quo-
niam hoc fit propter rectificationem ciborum medicina-
lium cum cibis contrarijs ei in qualitate , & illud sicut
cibus ex agresta factus:Si vero fuerit illic tussis,aut aliud
prohibens administrationem acetosi, tunc administretur
cibaria,sicut ea,quę facta sunt ex cucurbita, & facta ex
lactuca,& portulaca, & post comestionem assumat gra
nata,sicut diximus.ET ille quē ex parte sui capitis &c.
qñq; habentibus cerebrum calidū accidit in hora admini
strationis vini,& post ipsam soda clamosa,& qñq; for-
tificatur in quibusdam,& efficitur sitisem.& oportet, vt
isti minuant potionē vini,vt minoretur causa calefactēs,
& multiplicetur permixtio ipsius vini, vt infrigidet pp
aquam multam, & vt subtilietur vinum ipsorum ex per
mixtione cum aqua,vt vinum sit existens subtile valde,
vnde non diu permaneāt vapores eius i cerebro,imo re-
soluantur velociter,quoniā causa dum nō diu permanet,
tunc eius operatio est debilior.Et oportet,vt isti post co-
mestionem assumant sicut citonia, vt cum infrigidatione
prohibeatur ascensio vaporum.ET si nocumentū fecerit
in stomaco &c. Sciendum ꝙ habentibus stomacum cali
dum,aut habentibus coleram in eo accidit, vt conuerta-
tur vinum in stomacis ipsorum ad coleram,& accidit in
eis mordicatio vehemens,& quandoq; fit in stomacis eo-
rum colera porrina,& qñq; ęruginosa, & qñq; euomūt
quidam sicut fecem olei:& huiusmodi sunt,sicut melan-
colici:& grana mirthi quāuis sint parū frigida,tamen cō

fortant stomacum,& prohibent effusionem superfluita-
tum ad ipsum.Et oportet vt vinum istorū sit stipticum
odoriferum, & vt misceatur cum pauca aqua rosarum.

vinum cū aqua rosata.

Et cibus sit sicut cibus factus ex citonijs , & cibus ex po
mis,& ꝙ bibatur aliquid de troc. de caofora, idest bibat
cum aliquo potu, quoniam trocisci per se non bibuntur.
Et in quadam translatione habetur & sugat aliquid de-
trociscis de cāfora,sed littera prima est melior,qm̄ in tro-
ciscis de canfora non est humiditas , quæ per suctionem
seu sugendo egredi possit: & causatur illud a trociscis de
canfora plus,q̄ ab ipsa canfora pp duas causas,quarum
vna est,ꝙ medicinę aliæ, quæ sunt in trociscis conferunt
in hoc,sicut spodium,& sandali,& berberis: Et alia secū
da causa est,ꝙ ipsi diu permanent in stomaco,quare ma
gis imprimunt in stomaco, q̄ canfora,quæ velociter pe-
netrat:& oportet vt illi trocisci sint vacui a croco,quo-
niā crocus facit ea penetrare ad cor , antequā impressio
fiat in stomaco: & illa quidem,in quibus est stipticitas,
& acredo,confortant stomacum sua stipticitate,& frigi-
ditate,& reprimunt,quod in eo generatur de colera. ET
si nocumentum fecerit propter frigiditatem eius: Quan-
doque accidit propter frigiditatem stomaci,quòd uinum
in stomaco ipsorū conuertatur in acetum,quare ledit ip-
sum:& quādoq; causat spasmū,& singultū:& oportet,
vt regantur cum eo,quod calefacit stomacū, & confor-
tat ipsum. Et confectio quidem de citonijs , & de pomis
iuuant,& similiter zucharum rosatum. ET tu quidem
scias &c.hic considerat de iudicio vini noui,& vini vete
ris,ꝙ vinum vetus est quasi medicina,idest est proximū
medicinę,& magis proximum ei est vinum antiquū val
de,& ꝓprie subtile amarum: vinum mediocris temporis
est mediocris dispositionis,& ꝓprie vinū mediocris sub-
stantiæ.& hoc quidem non est verū,nisi quoniam quāto
plus ꝓlongatur tempus vini, tanto resoluitur humiditas
eius, qē minoratur eius aquositas,quæ est cibus,& nutri
mentum,& est eius humiditas, quare caliditas istius vi-
ni acuitur cū diminutione humiditatis opprimentis seu
suffocantis eam,et augetur siccitas pp diminutionem hu
miditatis,quare,vinum vetus prædictum est calidius , &
siccius,& subtilius etiam, & leuius pp dominium aerei-
tatis,& igneitatis.Et dixit Auicenna in sua philosophia,
ꝙ causa, propter quàm vinum vetus calefacit , est reso
lutio aereitatis eius , & igneitatis, & remanentia terre-
streitatis dominantis,quare non penetrat uelociter,immo
perseuerat eius obuiatio vel adherentia membro , qē eius
calefactio est maior, sed est in se ipso minoris calefactio-
nis:& iste sermo non est verus, aliter enim oporteret , vt
vinum vetus esset grossioris substantiæ,& grauioris pon
deris.Et videtur,ꝙ illud,quod dixit Auicēna sit propriū
alicui regioni,quoniam dicitur,ꝙ in quibusdam regioni-
bus vinum,qñ antiquatur,coagulatur, & fortasse est il-
lud pp dominium partium terrestrium in eo : In regioni-
bus autem,quas nouimus, vinum qñ antiquatur valde,
est subtile,& lene. NOVVM vero vinum:& operatur
hoc aut quia inflat,& supernatat pp dominium humidi-
tatum superfluarum cum diminuta caliditate naturali ,
quoniam ipsa adhuc est suffocata a multitudine humidi
tatum,aut propterea ꝙ facit ventrem idest soluit uentrē:
& per hoc intellexit ꝙ lenit ventrem , idest aut ppea ꝙ
lenit ventrem lenitione maiori facta in fecibus , q̄ leniat
vinum vetus propterea , ꝙ de vino nouo parū penetrat
in mesaraicas,qē incessus vini noui ꝑ intestina est multo
plus, & hoc causat , ꝙ substantia ipsorum intestinorum
sint magis humida,& mollificata,vel relaxata,& causat
etiam subtiliationem vel fluxibilitatem fecum , & corū
lubricitatem plus:qē vinum nouum est magis lenitiuū:

Sed sit per ventrem facere seu per soluere uentrem intelligatur extractio vel expulsio aquositatis existentis in venis, secundū ꝙ aliqui medici intelligūt, tunc vinum vetus in hoc est fortior, q̄ vinum nouum, quia est magis aperitiuum,& magis penetrat in venas, quare extractio aquositatis in eis facta ꝑ ipsum est plus,& adiuuat ad illud eius amaritudo. Nocumentū autē,quod vinum nouum operatur in epate,est quia debilitat ipsum propterea,ꝙ parum de cibo penetrat ad ipsum ex hoc, ꝙ vinū nouum facit ventrem lubricum,& cibū ꝑ intestina exire,& generatur in ipso epate ventositas, vnde causatur tensio:& qūq; causatur in eo solutio cōtinuitatis, et illud est causa fluxus epatici,qm̄ epar cū debilitatur ab attractione cibi,sequitur ad illud fluxus epaticus.Sed dysinteria magis causatur a vino veteri pp sui acuitatem,& generationem materierum acutarum. ET scias etiam,ꝙ ex vinis &c.hic considerat vini electionem. QVOD inter vetustatem &c. quoniam si duo extrema sunt mala, sicut est dictum,sequitur,ꝙ melius,& nobilius est,quod est medium.ET est clarum pp duas causas, prima quia est magis digestum: vinum enim turbidum causatur ex permixtione partium terestrium cum partibus aquosis permixtione,qua substantia non est ęqualis,& illud non fit,nisi pp diminutam digestionē,quia ex digestione sequitur ęqualitas substantię: Secunda causa est,ꝙ vinū turbidum generat oppilationes, sicut dictum est de aqua turbida. Et vinum quidem album ad rubedinem tendēs est melius pp duas rationes, quarum vna est, ꝙ albedo est pp diminutam caliditatem nō superfluam, & rubedo est pp multam caliditatem non superfluā: quare illud,quod declinat ad ambos colores,est quasi medium inter ea. Citrinū vero est superfluę caliditatis,et nigrum est malum grossum. Secunda ratio est, ꝙ album subtile est pauci nutrimenti,& rubeum est grossum oppilans: Quare illud, quod declinat ad ambo duo,est mediū inter ambo in substantia,& nutricatione, & illud est melius, quāuis enim vinum grossum sit maioris nutrimenti, tamen est oppilatiuum,& parum conuertitur in spiritus. Et scias,ꝙ hęc species vini est melior post vinum odoriferum, qm̄ vinū odoriferum,secundum ꝙ experientia docet,est melior species vini,& est species vini viridis,quia vinum viride diuiditur in duas diuisiones,quarum vna est mala valde,q̄ est vinum oleo simile,cuius color est ex citrino, & viride sicię,& est eius substantia grossa: Secunda diuisio vel secundum membrū diuisionis vini viridis est vinum odoriferum,quod est viride mediocris substantię, boni odoris valde,& boni saporis: verum raro inuenitur tale vinum. & pp hoc Auicenna posuit speciem uini prędictā esse meliorem. Et vinum boni odoris est magis conueniens, quia magis conuenit spiritibus,& multiplicat substantiam ipsorum. Et illud,quod est mediocris saporis,est melius,qa priuatur omni superfluo in natura. ET quod nō est acre, neq; dulce: nō intelligit per hoc vinū muzi saporis, qm̄ talis sapor non reperitur,& si inuenitur,est malum ꝓximum acetositati, immo intelligit per vinum prędictum illud,quod non habet adhuc dulcedinem musti, neq; est digestum complete,neque velociter transit in acetum ita, vt de ꝓximo fiat acetum. QVOD ablutum vocant, vinum hoc est bonum, Nam id,quod miscetur de partibus terrestribus superfluis,euaporat, & vtilitas decoctionis sunt duę res,quarum vna est,vt facilis fiat euaporatio partium aquosarum,quę sunt in eo superfluę associatę cum aqua permixta et: Secunda res est ęquatio complexionis eius, quare pp decoctionem non acquirit caliditatem additam. QVOD si alicui:hic considerat regimē eius,cui mordicatio acciderit ex vino.EX vini potatione mordicatio: Sciendum,ꝙ ista mordicatio non accidit,nisi pp conuersionem vini ad qualitatem acutam mordicantem:& mordicatio quidē stomaci a vino accidit pp vnā duarum rerum, aut quia vinum conuertitur in stomaco in rem acetosam,aut conuertitur in coleram, & regimen quidem primi est vomitus,& est eius expulsio per vomitum: Regimē vero secundi, & est regimen eius, de quo nunc loquimur,est ut sugat postea aquam granatorū muzorum, vt sedetur mordicatio colerę: dulce enim seu granatum dulce conuerteretur in coleram: & acetosum seu granatum acetosum mordicaret sua acetositate,& noceret stomaco habente substantiam neruosam. Et oportet quidem, vt roretur desuper aqua rosata, ut adiuuet ad confortandum stomacum, & expellatur illud, quod in coleram est conuersum. Et oportet,vt illud,quod administratur de granatis, sit administratum sugendo, vt ꝓlongetur incessus vel transitus succi granatorum super os stomaci,& super locum,super quem accidit mordicatio: Si enim administrarētur granata muza comedendo.s.nō sugendo,sed ꝑ viam comestionis, tunc ipsa descenderent ad fundum stomaci velociter,quare nō ꝓlongaretur eorum incessus super locum mordicationis,cum maior mordicatio seu plurimum mordicationis sit super partem superiorem stomaci pp fortem sensum illic, & natationem vini uersus illam partem. Et oportet cum hoc, vt deglutiantur postea aliqua grana ex eis bene masticando ipsa, vt adiuuetur in confortando stomacum,neq; multum de eo sumatur,vt non generetur ventositas,& inflatio. Et in mane illius diei sugat de syrupo absinthij cum aqua frigida,qm̄ confortat stomacum, & facit redire appetitum: Conuersio enim vini ad coleram facit cadere appetitum. Et scias ꝙ syrupus rosarum,aut limonum,aut acetositatis citri cōfert in hoc magis,q̄ syrupus de absinthio: & similiter syrupus de citonijs, & syrupus acetosus de citonijs, aut syrupus de mirtho cū syrupo de limonibus: aut syrupus acetosus cum hac conditione,ꝙ tales syrupi nō fiant multū acetosi,seu fortis acetositatis: & illud pp duas causas, quarū vna est, ꝙ syrupus de absinthio adiuuat naturam vini conuersi in coleram ad calefaciendum, & exiccandum,sed non sic faciunt syrupi prędicti: Secunda causa est, ꝙ syrupus de absinthio est dulcis, neque in eo est prohibitio,ne conuertatur in coleram, & qn̄ accidit vel superuenit stomaco multa q̄titas colerę,non elongatur,quin syrupus de absinthio conuertatur in coleram,et non cōuertuntur sic syrupi prędicti. & oportet vt sit ꝑmixtio syrupi cum aqua frigida, vt contemperetur calefactio syrupi,& proprie conuersi in colerā. Dico ꝙ aqua rosata est dignior & magis conferens, q̄ aqua simplex, quia aqua rosata confortat stomacum sua stipticitate,et aromaticitate.& oportet vt fiat illud in mane diei sequētis,vt stomacus iam sit attrahens syrupum, & non possit conuertere syrupum absinthij ad naturam suam: sed si loco eius acciperetur aliquis syrupus ex eis,quod diximus,tunc concederetur administratio eius in primo die. Balneū vero administratur, vt leniatur, & sedetur mordicatio cum humectatione sua,& resoluatur, quod de vino est conuersum cum sua separatione, qa balneum spargit humores hinc inde. Si vero inueniatur aliqua colera in stomaco ex vino generata,& conuersa,& ex ea timeatur febris,tunc balneum nocet.& oportet quidem vt balneum non sit vehementis calefactionis, & sit in eo plus administratio aquę,quàm aeris,vt maior fiat humectatio. Et oportet vt administretur balneum, postquā aliqd comederit,vt stomacus non sit vacuus,ne effundatur ad ipsum colera: Si enim ante balneum multū de cibo esset assumptum, tunc membra attraherent illum cibum non

Quare vinū album ad rubedinem declinās sicut est vinum citrinum est laudabilius.

[illegible]

digestum, vnde generarentur oppilationes, quoniã de natura balnei est attrahere cibum ad membra: Si ergo stomacus fuerit cibo grauatus, tunc virtus expulsiua adiuuaret balneũ ad hoc, quare penetraret cibus indigestus. Sed si cibus fuerit paucę quãtitatis valde, tunc stomacus vehemẽter amplectit ipsum cũ auiditate, quę cũ stomacus sit auarus super ipsum, virtus eius retentiua resistit, et opponitur attractioni, quam facit balneũ, quare tunc cibus non penetrat, nisi post eius digestionem, & oportet, vt talis cibus sit ex genere ferculorum factorũ cum granatis aromatizatorũ cum mẽta, vt sit confortatio stomaci, & non timeatur effusio colerę ad ipsum. ET scias, ꝙ vinum pmixtum: hic considerat de iudicio vini pmixti. In consideratione pcedẽti dictũ est de vino puro, aut de vino, in q̄ est parũ de aqua, sed cũ vinũ habuerit secũ multũ de aq̄ permixta, tunc est vinũ, quod hic intelligit Auicenna: huiusmodi enim mollificat stomacũ, quoniã de natura corporum neruosorũ est, ꝙ mollificentur, qñ humectantur. Alia litera habet & scias ꝙ vinum permixtũ mollificat stomacum, & sedat sitim, sed hoc est verum cũ talis sitis fuerit a stomaco, quia manifestũ est, ꝙ talis sedatur ex aduentu aquę, sed si fuerit ab alijs membris, tunc nõ iuuat. AMPLIVS sapiens: hic considerat horas, in quibus nocet administratio vini. NE ieiunus bibat vinum: tã dixit hic Auicenna tres dispositiones ꝓhibentes vinum, quarũ vna est, ꝙ sit in ieiunio: secũda est ante, q̄ membra attraxerint quãtitatẽ aquę sufficientẽ in calefactis, & illud, cũ administrauerit cibũ, aut nõ administrauerint adhuc rũ de aq̄, q̄ sufficiat mẽbris: tertia est post exercitiũ supfluũ: et dictũ est, ꝙ ex hoc accidit nocumẽtũ in cerebro, et in neruis, qm̄ facit cadere in spasmũ, & permixtionem rationis, & in alias ęgritudines. Dicamus autem, ꝙ nocumentũ, quod vinum facit cerebro, & neruis bibitum in ieiuno stomaco est, quoniam vinum, cũ aduenit stomaco vacuo a cibo, tunc sine dubio vehementius calefacit, seu vehementius calefit, vnde ab eo euaporantur vapores acuti penetrantes ad cerebrum, cũ vinum sit vaporatiuũ, & cerebrum sit receptiuũ, & recipiat illos vapores, vnde cerebrum patitur a caliditate, & a mordicatione illorum vaporum vini, & peruenit illud nocumentũ ad neruos pp passionem cerebri: & similiter fit, qñ vinũ bibitur ante, q̄ membra capiant de aqua quantitatem sufficientẽ, vel sint referta cũ quãtitate aqua sufficienti, quoniã vinum tunc vehementer calefacit pp caliditatem stomaci, & mẽbrorũ pp priuationem aquę contẽperantis caliditatem, & sequitur ex hoc, vt ex vino vaporentur vapores acuti: verũ talis acuitas, qñ bibitur vinum in ieiuno, est plus, quoniã cibus administratus sedat parumper acuitatem vini, & ex permixtione secũ ꝓhibet euaporationem. Cũ aũt bibitur vinum post motum superfluũ, tunc stomacus habet superfluam caliditatẽ, & cerebrũ, & nerui sunt [occupati] etiã, quare multiplicatur nocumentũ amborũ pp euaporationem factam a vino. Et scias, ꝙ nocumentũ neruorũ in hoc est plus, quoniã sunt vehementius calefacti, q̄ membra omnia: motus enim non fit nisi mediantibus neruis. Casus autem in spasmũ, & in permixtionem rationis pp ipsum vinum est, quoniam caliditas illa, quę penetrat ex vino ad cerebrum, & neruos perducit ad permixtionem rationis cum apostemate cerebri, & ad corruptionẽ complexionis eius. Et spasmum facit accidere pp mordicationem, & talis spasmus accidens post potũ vini super exercitium est plus, et maior: et post ipsum est, qñ bibitur vinum in ieiuno, aut in tempore calido, aut in ęgritudine calida: sed aduentus superfluitatum acutarum, & ęgritudinis acutę est, qñ stomacus est inflãmatus. Verum aduentus illorum in hora, qua bibitur vinum in ieiuno, est plus, q̄ qñ bibitur vinum post exercitium laboriosum, & ista ęgritudo sunt sicut febris causon. FREQVENS quoq; ebrietas epatis complexionẽ corrumpit propterea, ꝙ quãtitas vini incedit per epar, vnde superfluit eius calefactio, quia vinum in natura sua est calidũ, corruptio autem complexionis cerebri causatur ex frequẽti ebrietate ppea, ꝙ ebrietas non fit, nisi pp multitudinem vaporũ vini penetrantiũ ad cerebrũ. & non est dubium, ꝙ illud mollificat cerebrũ, & cõturbat spiritus ipsius, & superfluit in calefaciendo ipsum: & pp illud qui continue multo vtuntur vino, hebetantur eorum ingenia, & sicut sunt illi, quibus in lege sua vinum admittitur, & vtõtur eo usu in moderato, & praecipue si administrant vinum multum in ętate pueritię. ET ad neruorum ęgritudinem pducit Aegritudines aũt neruorũ sunt pp eorũ humectationẽ sequẽtẽ ad hũectationẽ cerebri, & illud causat mollificationẽ: Nerui. n. mollificãtur ex hũectatione, sicut mollificant coria madefacta: & qm̄ illud, quod aduenit eis de vino, si fuerit acutum, purum, conuertitur in coleram: Si vero fuerit aquosum, tunc frigus neruorum conuertit illud in acetositatem, & efficitur acetum, quod est de rebus magis nociuis ipsis neruis. Aegritudines, quas facit accidere, sunt tremor, & illud causa debilitatis neruorum, & pp illud qui perseuerant in multo vsu vini, cadunt in tremorem cũ ad ętatem senilem peruenerint, aut in spasmum, aut in paralisim: verum spasmus plus accidit eis, quoniam vinum, quod penetrat ad neruos, si fuerit acutum, causat spasmum mordicatiuum cum mordicatione neruorum: Si vero vinum penetrans non fuerit acutum, tunc secundũ plurimum non generat ęgritudines neruorũ ita, vt nõ possit extendere neruos in latitudinẽ, & minorare longitudinem, & ex hoc fiat spasmus repletionalis. & raro quidem vinum operatur hoc, immo vinum oppilat meatus neruorum, & facit accidere paralesim: & hoc quidem raro fit. Nam vinum quando fuerit paucę quantitatis, tunc potest extendere neruos in latitudinem, quoniam natura neruorum secundum plurimum potest resoluere ipsum, quia pp sui subtilitatem velociter recipit resolutionem, quare non accidit ex eo ęgritudo. Apoplesia autem accidit pp multitudinem vaporum aduenientiũ cerebro, qñ aggregantur illi vapores causa debilitatis cerebri non potentis resoluere eos: & ex hoc aggregatur tanta quantitas vaporum, ꝙ cerebrum eis repletur ita, vt oppilentur meatus spirituum, quare accidit apoplesia: & si acciderit repletio cerebri ex vaporibus infra illam, causatur epilensia. verum aduentus apoplesię plus euenit, q̄ aduentus epilensię, quãuis in aduentu epilensię sufficit, ꝙ repletio oppilans cerebrum sit minor, quoniam vinũ pp sui subtilitatem ita se habet, ꝙ qñ non oppilat cerebrum oppilatione completa, tunc cerebrum potest resoluere, absq; ꝙ constringatur, & sequatur epilensia. Mors aũt subitanea ex vino accidit, quoniam fit ex repletione ventriculorum cordis, aut ppea ꝙ vinum multum penetrat, cum sit ex medicinis cordis, & illud qñ repletio fuerit multa ita, vt cor non possit a se ipsam expellere, aut pp motum sanguinis, & fluxibilitatis eius ita, vt penetret ad uẽtriculos cordis, & illud fit, qñ corpus fuerit plenum ita, ut sit sanguis plurimus: & qñq; accidit ex hoc apoplesia etiã, sed illud est raro. VINVM praeterea multũ &c. illud est uerum in stomaco calido, cum uinum sit subtile ualde: & de natura cibi subtilis est, ut conuertatur in stomaco calido in coleram, & si non penetraret uelociter a stomaco, tunc secundũ plurimũ eius conuerteretur in colerã pp uehementiam subtilitatis eius, praecipue cum sit proportionatum naturę colerę pp eius caliditatem, & siccitatẽ: & talis quidem colera est mala, qm̄ eius conuersio est secundum

Quare cerebrũ maxime leditur a vino potato in ieiuno. & similiter nerui leduntur.

Cibus vino pmixtus sedat acuitatem vini & ꝓhibet eius euaporationem.

Alia lite. inflãmati.

Quare vinum post exercitium superfluũ maxie nocet neruis

Qualiter ebrietas nocet cerebro et epati.

Qualiter nerui diuersimode ledantur a vino acuto, puro, et a vino aquoso.

Quod ex vino in stomaco calido generetur colera.

cundum

cundum modum non naturalem, quoniã modus naturalis est, ꝙ ipsa colera generetur in epate: Stomacus vero, in quo vinum conuertitur in acetũ acutum, est stomacus frigidus. Calor enim naturalis, cum defecerit a maturatione, & digestione, facit accidere talem conuersionem vini in acetum, & tale quidem acetum est acutum, quoniã acetum conuersum ex vino extra corpus est acutũ, qualiter ergo fit, si talis conuersio fit cum actione caliditatis stomaci? & nocumentũ quidẽ amborũ est magnum. Nocumentũ enim coleræ est ppea, ꝙ ipsa est mala, sed nocumentum aceti est propterea, ꝙ ipsum est multum, & est acutũ præter naturale. ¶ QVIbusdã vero visum est, ꝙ virtutes alleuiat animales, et facit eas quiescere inebriãdo, qm̃ vinũ humectat cerebrũ, & eius hũectatio cõgelat, & ebetat uirtutẽ cogitatiuã, unde uirtus cogitatiua quiescit tpe aliquo ab operatione, quæ fit in tpe cogitationis. vti nq aũt, & sudoris ꝓuocatio, & resolutio superfluitatum non est pp ebrietatẽ, immo accidit illud a vino ebriante, aut non ebriante: verum qñ vinũ multiplicatur ita, vt inebriet, causat illud plus, et pp illud oportet, vt dicat ppea ꝙ est ex eis, quæ alleuiant virtutes animales, & faciunt eas requiescere, & vrinam, & sudorẽ multiplicant, & resoluunt superfluitates. ET scias ꝙ maius nocumentorum vini: Nocumentũ quidẽ vini non est, nisi in cerebro, qm̃ aduentus vaporũ ad ipsum est cũ hoc, ꝙ cerebrũ a principio generationis est debile, leuis substantiæ, & cum hoc resolutio vaporum, qui sunt in eo retenti, est difficilis pp craneum, & substantia ossis, quod super ipsum existit. Stomaco vero nõ ita vinũ nocet, quoniã q̃uãuis in eo aggregetur vinum, tamen quia est durus, & sentit, & comprehendit nocumentũ accidens ipsi, & habet meatus naturales, p quos expellit. s. aut p intestina p secessum, aut p meri p vomitum, & similiter est dispositio intestinorum in expellendo p secessum: In mesaraicis aũt cũ sua duritie minoratur pmanentia ipsius: In epate aũt quãuis vinũ ipsum penetret, tamen corpus eius est durius, & eius penetratio in ipsum est p venas puas valde, quare eius penetratio in ipsum est separata, quare debilitatur eius impressio, & illæ venæ sunt duræ, quare non potest eius impressio peruenire ad terminũ, ꝙ imprimat in substantiã epatis impressionem, de qua sit curandũ: & etiã quia expulsio superfluitatũ ex epate est facilis pp continuitatem, quã habet cũ uijs vrinæ, & via coleræ ad cistim fellis, & viam melancoliæ ad splenem. Ad cor vero, & ad membra alia vinũ non penetrat, nisi incedendo p epar, quare penetrat ad ipsa, cum vinũ iam est digestũ, & fracta sit eius virtus, & qualitas: & pp illud nocumentũ vini primo est cerebro, & post cerebrum nocet neruis pp cõtinuitatem cum eo, & virtutem sensitiuam, quare lædũtur nerui pp id, quod imprimit in cerebro plurimum: & iterum ppea ꝙ penetrat ad vias, in quibus possibile est, vt resoluatur, & etiam pp frigiditatem velociter conuertitur in eo pp debilitatem caliditatis nuturalis in digerendo, & maturando. Cum igitur nocumentum vini in cerebro sit magnum, quare si cerebrum est debile, tunc nocumentum est maius, quia debilitas causat receptionem nocumenti: & pp illud habentes cerebrum debile oportet, vt minorent potum uini, quãtum est possibile, vt minoretur causa nocens, & qa cũ fuerit vinũ paucæ quãtitatis, tunc secundum plurimuũ stomacus potest digere ipsum, absq; ꝙ ab eo fiat euaporatio vaporum, de qua sit curãdum, & tunc est impressio eius pauca valde. & iã conuenerunt medici, ꝙ oportet, vt illud vinum sit plurimæ pmixtionis: Et hoc apud me est dubium valde: qm̃ vinũ permixtum mollificat stomacũ, & qñ stomacus mollificatus fuerit, debilitatur ipressio vel actio eius in ipsum,

...vũ i pa ...stibus se...lens cere bri > aino. sit admini strandũ ue...

quare euaporatio, & eius peruentio ad cerebrum cũ vaporatione est plus. Præterea quãuis stomaco non accidat mollificatio ex vino permixto, tamẽ tale vinũ per se euaporat plus pp vehementem dispositionẽ aquæ permixtæ cum vino ad illud, quare vinum associatur aquæ euaporando, quare vinum permixtum facilius peruenit ad cerebrum. Præterea si cerebrum est debile, quãuis eius debilitas sit a caliditate, tamen necessarium est, vt fiat in eo superfluitates flegmaticæ plus pp debilitatem digestionis cibi, & defectum in resoluendo superfluitates, et eas expellendo: & vinum permixtum auget mollificationem illarum superfluitatum & mollificationem et madefactionẽ, quã ipsæ causant in cerebro, sed qñ vinum fuerit purum, tunc iam confert resoluendo illas superfluitates, & mundificando cerebrum ab eis. Præterea cerebrum in natura sua est frigidæ complexionis, quare secundum plurimum debilitas ipsius est ex malitia complexionis frigidæ: & vinum quidem permixtum auget frigiditatẽ, sed vinũ purum contemperat eius complexionem: & pp illud oportet, vt vinum purũ conuenientius sit habentibus cerebrũ debile, q̃ vinũ permixtum. Dico, ꝙ oportet, vt habentes cerebrum debile multiplicent apud potum vel post potũ ea, quæ ꝓhibent vapores ad caput ascendere, & ꝓprie si ea, q̃ in fine comestionis uel potus administrantur, fuerint contẽperantia cerebrum, & confortantia cerebrũ, & stomacum. ET ei quidem, qui vino impletur &c. consideat hic regimẽ repletionis vini. MELIVS est, vt ad vomendum etc. Iam scivisti, ꝙ, qñ accidit repletio cibi, tunc melior modus regiminis est vomitus. Et similiter dicendum est de regimine repletionis vini, & secundum plurimum tunc facilis est vomitus, absq; ꝙ administretur illud, quod adiuuat ipsum, quoniã ipsummet vinũ est vomitiuum, præcipue qñ accidit ex eo repletio: Sed qñ cum eo solo non est facilis vomitus, tunc bibat super ipsum aquã solã, aut aquã cũ melle. Et auxiliũ quidẽ aquæ cum melle in vomitu est pp abstersionẽ, & mũdificationẽ, & multiplicationẽ aquæ in stomaco, & eius natationem in partibus superioribus ipsius: Sed auxilium aquæ solius est ppea, ꝙ facit vinum natare ad partes superiores stomaci, & auget q̃titatem ita, vt natura ipsum abhorreat, & desiderat ipsum expellere: & oportet quidẽ, vt sit hæc aqua multæ quãtitatis, vt adiuuet vomitum, & abluat stomacũ plus. ET plurimi homines sunt, qui vomitum facilem faciunt cum aqua tepida: & quidam homines nõ facilitant vomitum, nisi cum aqua frigida, & huiusmodi habent stomacum laxũ, & humores subtiles, qm̃ aqua frigida adiuuat eos ad illud inspissando stomacum, vt facilis fiat aggregatio partiũ eius ad expellendũ, & ingrossando humores ipsorum, quare aggregantur, & p vomitum expellũtur. Et pp hoc Auicẽna non apropriauit hic, ꝙ fiat vomitus cum aqua tepida. ET post vomitum balneetur, vt resoluatur, quod remansit ex superfluitatibus vini, & humectet, vt non timeatur aduentus modicationis pp vinum corruptum, cum fuerit multũ, & vt adiuuet ad somnum, vt cum eo compleatur digestio. VT nõ attrahatur ad corpus aliquid indigestum, sicut timetur illud apud repletionem cibi, & illud causa subtilitatis vini, vt sit in stomaco, & in mẽbris alijs digestio eius, quod remansit post vomitum, & si non digereretur etiam, & penetraretur indigestum, non timeretur ex eo, sicut timetur ex cibo, & illud pp grossitiẽ cibi: & pp illud nõ oportet ingredi balneum post vomitum factum post repletionem ex cibo. postea dormiat Alia litera habet post vomitum in tina balneetur: deinde EX oleo multum in vngatur vtilitas in vnctionis cum oleo plurimo est, vt resoluãtur superfluitates, quæ remanserũt ex vino, & digerã-

num aquæ pmixtum aut vinũ purum.

Nota qualiter in quibusdã hominibus facilitatur vomitus cum aqua frigida. Et in quibusdam cum aqua tepida.

tue, vt adiuuetur balneum in adiutorio super somnum, ut adiuuet somnus digestionem eius, quod fortasse remansit de vino non corrupto: ET pueris: consideratio de diuersitate hominum, & regionum in tolerando multũ de vino. ET pueris vinũ ad bibendum dare: Iam manifestauimus necessitatem ꝓhibendi pueros a vino, quoniam nocumentum, quod est generatio coleræ in eis, est plus, & iuuamentũ eius, quod est humectatio iuncturarũ, & ꝓuocatio vrinę in eis non exigitur. hic aũt iam declarabimus modum alium, seu causam aliam, quę est, ꝙ vinum bibitum in pueris est sicut ignem igni addere in lignis debilibus: & declaratio huius est, ꝙ corpora puerorum sunt debilia, quare non tollerant, vt caliditas ipsorum aggregetur vel coniungatur cũ caliditate vini: & si quis diceret, ꝙ si ita esset, tunc vinum temperatũ ex permixtione cũ aqua posset pueris administrari, sed non est ita: & est possibile, vt assignetur causa alia, q̃ ꝓhibet pueros a vino, & est, ꝙ cerebrum ipsorũ, & mẽbra ipsorum sunt debilia ꝑꝑ multam humiditatem: & omne quod ita se habet, ꝓhibetur a potu vini. Senes vero necessitatem vini habent vehementem, vt digerantur superfluitates flegmaticæ, quę sunt in eis plurimæ, & confortet caliditas naturalis, quæ in eis est debilis, & vt aperiantur oppilationes ipsorum, & vt ꝓuocetur vrina eorum & humectentur corpora ipsorum humiditate naturali, quia siccitas in eis dominatur: sed cerebrum ipsorũ, & corpora sunt debilia, quare ipsa parum tollerant de vino: & ꝑꝑ illud oportet, ut exhibeatur eis de vino quãtitas, quã tollerare possunt. Iuuenes vero magis tollerant vinum, q̃ alij homines ꝑꝑ fortitudinem cerebri ipsorum, & membrorũ: verum necessitas & indigẽtia uini in eis est mediocris, quia siccitas in eis non est superflua, & ꝑꝑ illud oportet vt eis moderata quantitas tribuatur, & non cõcedatur eis quantitas, q̃ tollerare possunt. Et regio quidem, & tempus frigida tollerant multum de vino, sed tempus calidum, & regio calida non tollerant, quoniam vinũ subtiliat sanguinẽ, et calefacit ipsum, & membra, vnde potest resistere frigiditati extrinsecę, & pręcipue quia mouet sanguinem, & spiritus ad exteriora, & pręcipue cum sanguis in frigore sit, sicut congelatus, inspissatus, quare eius quantitas est parua vel magnitudo est parua, quare non sufficit replere corpus: & ideo dominatur frigus super ipsum. Et vinũ quidem remouet illud subtiliando sanguinem, & ipsum spargendo, & rarefaciendo. Q VI autẽ vino repleri: hic considerat regimen eius, qui vino repleri voluerit, & qui voluerit hoc facere, res multas obseruare debet, quarum vna est, ꝙ cibo non repleatur, quoniã aggregatio duarũ repletionũ est mala, & natura deficit in actione super eas actione conuenienti, & etiam quia multitudo cibi prohibet multitudinem vini, quoniam membra tunc desiderãt magis expellere, q̃ attrahere: Secunda res obseruanda est, ꝙ cibus eius non sit dulcis, neq; vehementis vnctuositatis, quoniã facit nauseam ꝓhibens multam potationem, Immo oportet, vt sit cibus declinãs ad salsedinẽ ex rebus frixis, & ex rebus, q̃ sunt paucę humiditatis. Tertia res, ꝙ ea, quæ post cibum vel in fine mẽsæ assumuntur, sint ex eis, quæ exiccant os stomaci, & confortant ipsum, sicut oliuę crudæ sale conditæ: Et quarta res est, ꝙ lenatur natura, quoniã fex sicca ꝓhibet descendere illud, ꝙ bibitur. Q uinta res est, ꝙ administrentur diuretica, vt egrediatur ex corpore vinum bibitum paulatim paulatim: & ista diuretica administrentur in cibis, aut in eis, quę comeduntur in fine mensæ. SED bibat alasfidbegi: sed hoc est dubium, quoniam hoc adiuuat tarditatem ebrietatis, & non adiuuat ad potandum multum: & nos dicemus hoc de ꝓximo. Et comedat, & non laboret. Alia litera habet

Vinum vinum purũ aut nõ purũ sit pueris ꝓhibẽdum.

Qualiter sanguis in tẽpe frigido, & in regione frigida sit sicut cõgelatus, et minoris quãtitatis ita, ut non repleat uẽas In tẽpe aũt calido est econtra.

& contempetetur, & non laboret. sed alia litera habet & quiescat, & non laboret. Et intentio primæ literę est, ꝙ non laboret in cibo, vel in comestione: Intentio secundę literę est, ꝙ contẽperetur in motu, & non laboret: & intẽtio literę tertię est, ꝙ quiescat, et nõ moueat motu laborioso: & quęlibet istarum litterarũ est proxima intellectui, & veritati. & illud, ꝙ dicemus in verificatione huius est, ꝙ labor calefacit corpus, & causat conuersionem vini in coleram, & ꝓhibet multã vini potationem, & in hoc est consideratio, quoniam labor, qñ non superfluit, causat diminutionẽ humiditatis adiuuantẽ ad multã potationẽ vini. Et homines qui volunt bibere multum de vino, absq; ꝙ inebrientur, faciant quod diximus administrando cibos, & potus, & res, quæ in fine mensæ comeduntur ꝓhibentes ebrietatem, & iam dixit princeps Auicenna, ꝙ ex comestione quinquaginta amigdalarum amararum fortissimam non incurrit ebrietatem omnino, & cũ hoc non est excusatio a cautela a causis velociter inebriantibus: & iam connumerauit Auicẽna causas quinq;, quarũ prima. s. debilitas cerebri, quoniã magis recipit vapores ascendẽtes a vino: Secunda causa est multitudo humorũ in cerebro, quoniam euaporant cum cibo, quare adiuuant aduẽtum ebrietatis: Tertia causa est fortitudo vini, & est causa manifesta: Q uarta causa est paucitas cibi, & illud ꝑꝑ paucitatem eius, quod ꝓhibet vinũ a penetratione: Q uinta causa est malitia regiminis, & in eo, quod ei pertinet ita, vt corrũpatur, aut debilitetur digestio, quare euaporat, & adiuuat illũ vaporẽ vini ad inebriãdũ. Dico ꝙ est possibile etiã, ut multitudo cibi ẽt sit cã eius ꝑꝑ id, qđ debilitat actionẽ naturæ in vinũ, quare multiplicãtur vapores causantes ebrietatem: & illa, quæ est ꝑꝑ debilitatem cerebri, curetur curatione catarri præcedentis, quoniam eius curatio est mundificatio cerebri, & confortatio eius, & contemperantia complexionis, & resolutio superfluitatum, & istamet est cura huius. factę vero a causis alijs curatio est nota: & ꝑꝑ illud Auicẽna non dixit aliquid: Illius vero, quæ est ꝑꝑ multitudinem humorum, tunc cura est euacuatio: Sed in ebrietate facta a causis alijs, tunc oportet cauere a rebus, quę ipsam causant. ET sumatur pillula post pillulam: idest fiant pillulę paruæ, quę in fine mẽsę vel in fine cõestionis, vel potus sumãtur. ET ex eis etc. Consideratio de rebus, q̃s ebrij assumere debent, est. V T ei ad bibendum detur aqua, & acetum, si vinum adhuc fuerit in stomaco, oportet vt extrahatur cum vomitu facto cum aqua frigida, vt cũ egressione vini repercutiantur vapores inspissando eos, ꝓhibendo eos ne ascendant ad cerebrum. & Auicenna nõ dixit hoc, quoniam est notum, deinde post illud administrentur in potu, & odorando, & in emplastro ea, quæ ꝓhibent vapores ascendere ad caput: & si nõ fuerit aliquid in stomaco, tunc contentus sis in administratione eorũ, quę repercutiũt vapores. aut sumantur sabizegi, & opij. SABIZEGI est cortex mãdragorę. & alia litera arabica habet aut sumatur altebruha, & opij: altebruha. i. mandragorę & c.

Causæ quæ accelerãt ebrietatem.

Quod multitudo cibi etiã sit cã ebrietatis.

Capitulo. v i i i. de somno, & vigilijs.

VIRTVTEM naturalem potentem efficit, quoniam ipsa est caliditas naturalis, et in somno multiplicatur valde ꝑꝑ priuationem resolutionis spirituum, quę fit in vigilijs, & in eius substantia, quoniam vigilię non complentur, nisi cum operationibus virtutũ animaliũ, quę sunt appræhensio, & motus voluntarius. In somno aũt destruuntur plurimũ istarum operationũ, & hoc facit eas quiescere multiplicans substantiam ipsarum, quia operationes earum, quæ sunt motus in vigilia,

resoluunt

resoluunt substantiam ipsarum: cũ ergo destruatur plurimũ illarũ opationũ, diminuitur resolutio, et hoc fit in tẽpore, dũ continua fit restauratio in somno spiritũ aĩaliũ ex spiritibus vitalibus uenientibus ad cerebrũ ex corde, q̃r sequitur ex hoc multiplicatio spirituũ prędictorũ vel substantię ipsorum. Et si quis dicat, q̃ spiritus animales de necessitate minuuntur in somno, quoniã somnus est profundatio spirituum vitalium ad interiora, ad quam consequũtur spiritus animales, ne detur vacuũ: & tunc non est in cerebro illud, ex quo generentur spiritus animales, quare in somno est restauratio ipsorum destructa, & in somno etiam fit resolutio ipsorum, quamuis sit minor, quam illa quę fit in vigilijs: verum talis resolutio de necessitate existit propterea, q̃ in somno existunt quædã opationes animales, sicut motus anhelitus, & virtus calefaciẽs interior: Amplius & si concedamus uel p̄supponamus, q̃ spiritus quidam vitales permaneant peruenientes ad cerebrum in somno, tamen illi sunt pauci valde, & fortasse non sunt sufficientes ad succurrendũ quantitati spirituũ animaliũ, qui resoluuntur: Dicemus, q̃ hoc non sequitur secundum sententiam principis philosophorum, quæ est vera, quoniã secundum ipsum principium spiritus animalis est ex cordę, et cerebrum quidem rectificat, & disponit ipsum ita, vt sit conueniens, q̃ ex eo proueniant operationes: & pp hoc virtutes animales consistũt cum eo. Et si prędsupponamus q̃ in somno tales spiritus animales perueniant ex ipso corde ad cerebrum, seu q̃ in somno spiritus aliqui animales ꝑueniant ex corde ex spiritu vitali, & transmittantur ad cerebrum, tamen non sequitur, q̃ non multiplicẽtur spiritus animales per nutricationem, sed sequitur q̃ spiritus animales, qui generantur in illa hora, nõ sunt conuenientes, q̃ ab eis proueniãt operationes: & hoc non est impossibile manifeste, quoniam in homine apud principiũ expergefactionis a somno operationes animales sunt debiles, & forsan illud est pp priuationem actionis cerebri in quantitate spirituũ, quibus nutriuntur, & restaurantur spiritus animales. & si quidem cerebrum egerit in eos hora vel tempore aliquo, quamuis paruo, tamen rectificantur, præcipue q̃n permiscetur illa quantitas spirituũ cum spiritibus conuenientibus, vt ab eis proueniant operationes animales, & talis ꝑmixtio est ex eis, quæ adiuuãt, vt spiritus prædicti velociter rectificentur pro operatione naturali. Et pp illud fortificatur cerebrum ad rectificationem ipsorum in tempore, in quo fiunt operationes bonæ expergefacientes a somno. Sed secundum sententiam medicorũ possibile est, quòd fiat profundatio spirituum ad interiora, quæ quidem non fit nisi ex membris, ad quæ peruenerunt postquam ipsi ad cerebrum penetrauerint, sed ab ipso cerebro non ꝓfundãtur illi spiritus versus cor ita, vt sint vel fiant, sicut erant: Immo plurimũ somni fit pp priuationẽ distributionis spirituũ ex cerebro ad mẽbra alia, & tunc fit nutricatio, & restauratio spirituum animalium in hora somni maior. ITA, ut fortasse ipsam laxãt: intentio per hoc est significare, q̃ substantia virtutũ animalium augetur in somno, & eius explanatio est, q̃ q̃n ꝓhibetur resolutio spiritus animalis pp vehementẽ mollificationem, seu laxationem seu quietem ipsius, tunc iã ingrossatus est, & q̃n spiritus est grossus, tunc substantia illius virtutis iam augetur ita, vt est possibile, q̃ ingrossetur substantia: & in hoc est consideratio, cũ sit possibile, q̃ eius grossities sit pp priuationem motus subtiliantis, non pp multitudinem eius. ET pp illud idest & q̃n somnus potentem efficit virtutem naturalem &c. & quiescere facit &c. Ideo perficit digestiones quatuor nominatas prædictas. SOMNVS præterea temperatus, non apposuit hanc condictionem, q̃ humorũ inuenit æqualitatem in quantitate, & qualitate, nisi q̃m somnus q̃nq; infrigidat cũ multis humiditatibus: & si humores fuerint pauci, accidit in somno frigiditas cum resolutione caloris naturalis pp illud, quod diximus de causis; & si humores fuerunt multi valde, tunc in somno opprimunt calorem, & ipsum extingunt: & si colera fuerit dominans, tunc superfluit caliditas extranea pp sparsionem coleræ: Si vero flegma dominaretur ita, vt non reciperet digestionem, tunc spargeretur in corpus, & infrigidaret: & similiter si humor melãcolicus dominaretur, somnus tunc idem operetur. Et somnus quidem prędictus. s. temperatus &c. est humectans & calefaciens pp duas causas, quarum vna est pp paucitatem eius, quod resoluitur de calore naturali, & spiritu in vigilia: Secunda causa pp bonam digestionem, quæ fit in eo, vnde in somno plus generatur de sanguine, & de spiritibus. Et Scias, q̃ ista calefactio est pauca valde, quoniã motus spirituum omni hora ad exteriora, qui fit in vigilia, deficit vel priuatur in somno: et motus est vehementer inflammans spiritus, & etiã quia hęc calefactio in hora somni non est nisi in interioribus tantum, tunc enim extrema vel exteriora infrigidantur: et pp hoc dormientes indigent maiori coopertura, q̃ indigeant in vigilia. [Quaf dormiens indiget maiori coopertura.] Et q̃n expergefit dormiens, tunc illa caliditas comprehendit interiora, & exteriora. Verũ talis caliditas est pauca, non sensata, quoniã in radice est pauca, sicut declarauimus POSTQVAM cibi, quem sumpsetit, complebitur digestio: Auicenna non apposuit hãc cõdictionem. s. q̃ balneum non adiuuat ad somnum inducendum, nisi q̃n fuerit balneũ administratum, postquã completa fuerit digestio cibi assumpti, quoniã balneum, quod administratur ante illud, debilitat digestionem, quare multiplicãtur vapores ꝓhibentes somnum. Et effusio quidem multę aquæ calidę super caput adiuuat ad somnum pp̃ea, q̃ aqua illa effusa humectat: & oportet vt nõ sit illa aqua vehementer calida pp duas causas, quarum vna est, quia tũc ipsa superflueret in calefactione, et hoc ꝓhibet somnum: Secunda causa, quia constringit porrositates, seu corrugat porrositates capitis, quare non penetraret aqua illa effusa ad interiora capitis, quare nõ humectaret. HOMO pręterea cogitur vigilare: fortasse mirabitur aliquis ex hoc, & dicet, q̃ de natura somni est confortare virtutes, quomodo ergo causat syncopim, & casum virtutis: dicemus, quod hoc fit, q̃n virtutes fuerint debiles valde, & spiritus fuerint pauci, & hoc maxime fit post euacuationẽ supfluã et resolutionẽ supfluã: dũ ergo hõ ꝑmanet expgefactus, tũc spiritus eius sunt commoti ad exteriora membra, & contrariantur syncopi: Sed q̃n ꝓfundantur spiritus ad interiora pp somnũ, tunc spiritus non habent virtutem, & potentiam redeundi ad exteriora, cũ illud non fiat, nisi cum motu forti, & pręcipue cum natura ꝓhibet talem motum, vt permaneant illi spiritus in quantitate debita apud cor, & virtus eius cõseruetur. Spiritus enim, q̃n sunt pauci, et mouẽtur ad exteriora, tũc remanẽt apd̃ cor spũs pauci valde, & q̃n non mouentur ad exteriora, tunc illud causat syncopim, & ꝑseuerantiam eius pp casum virtutis absq; dubio, QVONIAM dormire super hoc multis ĩpedit modis, & sunt isti, quorum vnus est, q̃ illa inflatio, & rugitus ꝓhibet compręhensionem stomaci super cibum, quare debilitatur digestio, & multiplicantur vapores prohibentes somnum, & causantur ymaginationes malę: Secundus modus est, q̃ stomacus leditur ex tensione ventositatis causantis inflationem, & rugitum, quare peruenit nocumentum ex virtute sensitiua ad virtutem ymaginatiuam, vnde ymaginatur ymaginatiões timorosas. Tertius modus

est, q illam inflationem, & rugitus homo, cũ fuerit vigilans, potest aliquo ingenio resoluere, & expellere nocumẽtum eius cum eructuatione, aut alio modo, sed non sic potest, si fuerit dormiens, quare perseuerat nocumentum illud: IMMO non sapit &c. pp expergefactionẽ, quæ accidit qualibet hora pp ventositatem, & nocumentum stomaci cum eo. EST malum virtutem deficiens pp resolutionem spiritus, & caloris naturalis. ET super repletionem: Dubitatur, quia videtur, q Auicenna replicet illud, quod prius dixerat. dixit enim supra, q somnus ille est conueniens, postq̃ cibus a superiori ventre &c. Dicendũ q non est reiteratio sermonis: Nam sermo Auicennę sic intelligitur, q somnus melior est ille, qui fit post descensum cibi ex ventre superiori, & quiete eius, quod forsam sequitur de inflatione, & rugitu: & somnus qui non est ita, est malus, qm̃ si fuerit super vacuitatẽ est malus, & si fuerit ante, q̃ cibus descenderit ex ventre superiori, est malus: & si fuerit super inflationem & rugitum est malus. GENERAT enim ęgritudines pp priuationem resolutionis, quę fit in vigilijs, quę sunt consuetę in die: & pp illud facit accidere catarros pp superfluam humiditatem cerebri: & corrumpit colorem pp multas superfluitates, quę retinentur, & offuscationem sanguinis pp ꝓfundationem caloris ex somno: & quoniam sanguis ingrossat pp priuationem motus ad exteriora secundũ continuitatem sequentem motum spirituum, qui fit in vigilijs, quare priuatur colore splendido lucido, qui non fit nisi ex subtilitate sanguinis. Et somnus diurnus etiam causat ęgritudines splenis ingrossando humores, quare multiplicatur id, quod ex eis vadit ad splenem, & mollificat neruos pp multas humiditates retẽtas ex priuatione resolutionis. Et etiam efficit pigritiam pp humiditatem neruorũ, & eorum humectationem, & debilitat appetitum pp madefactionẽ, & laxationem stomaci, & pp solutẽ resolutionẽ superfluitatũ. Et generat apostemata pp retentionẽ superfluitatum, & generat febres frequẽter, qm̃ superfluitates qñ multiplicantur, debilitatur tunc in eis impressio caloris naturalis, quare imprimit in eis caliditas extranea, quæ eas putrefacit. SVBITO dimittere non debet, qm̃ natura, quando est consueta dormire in die, adiuuatur cum somno in die super digestionẽ: si ergo dimittatur subito, tunc remanet cibus crudus, & qñq; causat illud pigritiã pp cruditatem superfluitatum, ad quas digerendas natura iuuabatur cum somno, quare oportet, vt dimittatur talis somnus gradatim: dimissio enim eius subito facit accidere nocumẽtũ, qđ diximus, sed oportet, ut dimittat gradatim, ut nõ accidat nocumẽtũ, qđ seq̃t ex dimissione subita. DEINDE permutetur super sinistrũ: hoc quidẽ est melius, qm̃ intentio cum eo est digestio cibi existentis in stomaco ꝑpe tempus comestionis, qñ nondum descenderit adhuc ad inferiora stomaci: Sed qñ iam cibus descenderit, tunc melius est, vt somnus primo sit super sinistrũ. Quando autẽ in stomaco non est cibus omnino, tunc oportet, vt sit somnus super latus, super quod est facilior somnus, & super latus, super quod illud indiuiduum est consuetum dormire. PROPTEREA q calorem retinet vel coarctat naturalẽ, qm̃ pars posterior est spissa, & pp illud minorãtur pili, et sudores, & ambo multiplicãtur in parte anteriori, quare fit resolutio caloris naturalis in illa parte minor, neq; fit resolutio ex pte anteriori corporis, quoniã tũc declinat ad inferius, & est spissum pp casum grauitatis corporis super ipsum, & confert somnus super ventrem materijs frigidis grossis pp fortem caliditatem naturalem ex coarctatione, & pp declinationẽ materierũ illarum ad partem anteriorem ventris cũ sua grauitate, quare approximatur parti raræ, vnde fit earũ resolutio

resolutio. i. egressio vaporũ et egressio superfluitatum insensibilis.

post illud facilior ipsi naturæ. Et qñ in capite existit similis materia, tunc somnus super ventrem magis confert eis ꝓpterea, q tunc approximantur meatibus manifestis, sicut nasus, & guttur: verum nocet oculis, quia facit approximare eis superfluitates, præcipue cum oculus sit membrum humidum faciliter recipiens. RESVPINE autem dormire: ex nocumentis resupinationis super dorsum est, q debilitat dorsum ꝓpterea, q in eo retinentur superfluitates, & eius medicatio est cum fortitudine subito surgere, & se eleuare stando. Et scias, q somnus super terram nocet neruis, & qñq; generat extensionem, & spasmum pp contractionem neruorum ex duritie terrę, et peruenit frigus eius ad ipsos: & somnus super stratum humidum impinguat corpus: & somnus quidem in hyeme oportet, vt sit super cottũ, & sup sericũ, & in ęstate super linum, & super coria lenia. Somnus in sole aggrauat caput vel cerebrũ pp multos vapores, quos eleuat sol ad ipsum, & pp illud facit sodam, q̃uis non calefaciat caput calefactione faciente sodam. Somnus autẽ in luna vel sub radijs lunę cõmouet sanguinem, et causat fluxum sanguinis narium plurimũ, & excitat appetitum coitus pp cõmotionem humiditatum in eo: & pp illud augentur fructus, & crescunt, qñ multiplicatur lumen lunę ita, vt mala granata scindant, & augeantur cucumeres, & citruli augumento manifesto: & forsasse pp hoc auditur sonitus super terram: & pp illud etiam augentur, & crescunt aquæ puteorum, & aquæ fluminum habentium fluxum, & refluxum: & propter illud cerebrum in diebus luminis lunę magis augetur, quam in alijs temporibus.

Capitulo. x i. de confortatione membrorum.

ISte sermo est dubius; Nã quod intelligitur ex eo est, q illud fiat in ætate augumenti, & status cum regimine prædicto: In alijs vero cũ alio regimine: & est qđ dicitur in fine capituli, et illud est falsum pp duas causas, quarũ vna est, q quędam membra non possunt fortificari cum illo regimine aliquo modo, sicut cor, & omnia viscera. Secunda causa, q Auicenna si vult per hoc magnificationem in omnibus dimensionibus, quę sunt, tunc non est possibile, vt quodlibet membrũ magnificetur cũ hoc regimine, quoniam membrum comprahensum, & existens super ossa crurium non est possibile magnificari in longum aliquo modo, [nedum] cum illo regimine, & si illud esset possibile, tunc esset possibile, vt ꝓlongaretur homo breuis staturę, sed non est possibile, vt homo habens intellectum assentiat huic. Et declarabimus nunc veritatem in hoc. Dicamus ergo, q confortatio membri debilis qñq; fit cum hoc regimine prædicto in libro, & qñq; fit cum alio, sicut cum medicinis aromaticis administratis in confortatione stomaci, & medicinis bezaharticis administratis in confortatione cordis, & alijs ab eis. Regimẽ autẽ ꝑdictum possibile est, q cõferat omnibus membris exterioribus; & in omnibus hominibus, nisi in ætate decrepita: hoc enim est possibile, nisi in decrepitis, qm̃ tale regimen viuificat caliditatem naturalem, quę est in illo membro, & resoluit superfluitates eius, & attrahit ad ipsum cibum, & nutrimentum: & non est dubium, q hoc confortat: In ętate autem decrepita illud nõ est possibile, quoniã mẽbra senis, et decrepiti omnia sunt debilia in radice, quare membrum, quod est in illo, debilius est, q̃ requirat dispositio ipsorum, quæ est vltima valde in debilitate: & membrum debile adiuuat, & est dispositum ad recipiẽdum superfluitates: Et superfluitates quidem senis vel decrepiti sunt multæ valde, quare si regatur cum tali regimine, aut alio regimine, aut agitante,

Alia litera & multo minus fiet.

aut

tur cum tali regimine, aut alio regimine agitante, aut cū aliquo motu mouente membrum, tunc calefaciet valde: & illud quidem causat ægritudines repletionales. Confortatio autem facta cum regimine alio ab eo, quod dictum est in libro, sicut confortatio cum medicinis aromaticis, & alijs, est possibilis in omnibus corporibus: et signum veritatis est experientia huius confortationis. Magnificatio autem membrorum aut fit in omnibus membris exterioribus, & in omnibus hominibus, & tunc sicut impinguatio corporis totius cum multiplicatione cibi, & minoratione eius, quod ab eo resoluitur, est possibilis: similiter est impinguatio vnius membri proprij cum attractione nutrimenti ad ipsum, & minoratione eius, quod resoluitur ex eo. In membris autem interioribus omnibus non confert, neque est possibilis magnificatio cum regimine prędicto. Et tunc si reperitur regimen aliud, quod faciat illud, tunc possibile est, vt magnificetur: & si nō, tūc illud nō est possibile. Magnificatio autem membri in omnibus dimensionibus tunc aut est in membro fundato in osse ita, vt ad magnificationem eius requiritur magnificatio illius membri primo, aut non: ꝙ si requiratur magnificatio ossis, tunc non est possibilis magnificatio illius omnino in aliqua ętate ꝑꝑ duritiem ossis, & difficultatem ipsius in recipiendo tensionem: Si vero non requirat magnificationem ossis, tūc aut tale membrum est carnosum, sicut labia, & nates, & tunc est possibilis magnificatio illorum talium membrorū in omnibus ætatibus propter lenitatem ipsam, & receptionem extensionis: Aut membrum magnificandum non est carnosum, sed neruosum, sicut virga hominis, & tunc paruitas virgę aut est ex principio natiuitatis, aut accidentaliter, sicut cum accidit extenuatio superflua in ęgritudinibus, in quibus fit resolutio superflua, & tunc hęc magnificatio est possibilis in omnibus ętatibus ita, ꝙ est possibile, vt virga redeat ad q̄titatē naturalē: Si vero paruitas virgæ fuerit nālis, tunc eius magnificatio est possibilis in ætate augumenti solum, & in qualibet dimēsione, sicut in pueris, in quibus uirga est parua, in quibus virga incessanter debet fricari, donec magnificetur, & quodlibet membrum, quod multū mouetur, magnificatur: & propter hoc adolescentes multum coeuntes magnificant virgam suam, & ꝙ paucitas coitus est causa paruitas virgæ, & extenuationis eius. Dubitatio autem, quā supra attulimus, procedit si sermo Auicennæ intelligatur vniuersaliter in omnibus mēbris: sed sic non est intelligendus sermo Auicennę, quare &c.

Capitulo xii. de lassitudine.

HOc capitulum continet in se considerationes sex: Prima consideratio est de diffinitione lassitudinis, & de diuisione ipsius. Lassitudo igitur est debilitas superflua accidens iuncturis, & lacertis, & nominatur nomine cōmuni labor. ET modi quibus accidit sunt duo: lassitudo quædam est simplex, & quædam cōposita: & simplex diuiditur in tres diuisiones prædictas: & composita est illa, quæ componitur ex duobus: & tā simplicibus tribus prędictis additur quarta, quę quidem additur propterea, ꝙ ipsa existimatur esse lassitudo ꝑꝑ difficultatem motus, quæ accidit patienti ipsam causa exiccationis, & siccitatis, quæ accidit membris ipsius. Gal. autem dixit, ꝙ homines, qui putauerunt, ꝙ talis dispositio prædicta sit lassitudo, errauerunt, quia talis dispositio non est lassitudo, sed est ex genere siccitatis superfluę. Ego autem dico, ꝙ dispositio nominatur lassitudo, aut quia sequitur paucitatem materierū, quę sunt in lacertis, aut propter multitudinem earum: Nam ex tēperamento materierum non accidit lassitudo: Et prima quidem lassitudo est lassitudo arefactiua. Et secunda aut est a materia corrupta, & tunc est lassitudo vlcerosa, ꝙ si non fuerit ita, sed fuerit multitudo materię dominans ad hoc peruenient, quòd causat inflationem seu tumorem quantitatis membrorum, & eorum calefactionem, tunc est lassitudo apostemosa: & si non, tunc est lassitudo extensiua. VLCEROSA igitur hic considerat diffinitionem lassitudinis vlcerosę. TACTVS vlcerum similitudinem, quoniam est a materia subtili valde ingrediente cutim, præcipue quando profundatur, quoniam cutis tunc coarctat illam materiam, vel quoniam cutis tunc coarctatur ab illa materia, quare sentitur punctio eius, & mordicatio ipsius: & similiter sentit habens eam illud apud motum propter spatiationem, & cōmotionem illius materię a cute: & augumentum acuitatis eius fit propter motum: & propter illud quandoqꝫ sentit tunc, sicut puncturas spinarum, & quandoqꝫ sentit patiens eā [sicut si cum spinis pungatur] & propter illud abhorret motus ita, vt abhorreat oscitationes vel alices, quare huiusmodi non faciūt alices, vel non oscitant, nisi debiliter, vt non superfluat punctio. & hæc quidem materia seu causa faciens lassitudinem, quando fuerit fortior, causat horripilationem, quę est dispositio, in qua homo causa illius sentit in cute, & lacertis diuersitatem in frigore, & punctione. Et causa huius est multitudo materiæ acutæ pungentis cum profundatione caloris naturalis ad partem cordis, qui calor sequitur motum naturæ illuc ad conseruandum cor ab occursu, & nocumento illius materiæ. Et propter illud accidit frigus in exterioribus, & quādo augetur illud, tunc accidit eis rigor, qui est dispositio, cum qua homo non potest quiescere, & continere membra a motu, & concussione, quæ accidunt in ea: Et motus quidem accidentes in rigore non sunt voluntarij absolute. Et rigor iste non est simplex, sed est cum horripilatione: & quandoque accidit cum eo febris, & illud quando putrescit illa materia. propter MOTVS superfluitatē uel fortitudinē, q̄r illud, qđ ex eo resoluit, vel dissoluitur, est simile rei virulentæ, mordicāti mēbra. FRANGERET SANGVIS bonus nocumētum earum: Nam frangeret acuitatem earum cum sua humiditate, quare tales materiæ acutæ non pungerent membra sua acuitate, quare non accideret lassitudo: Non enim accidit hoc, nisi apud expulsionem materiæ nocentis purę, non permixtæ ad membra sensibilia, sicut sunt cutis, & lacerti. ET EST etiam quando humores &c. idest quandoque expelluntur humores acuti ex venis, & crudi remanēt in eis. ET EST QVANdo crudi in carne &c. lassitudinis vlcerosæ quatuor sunt species vel diuisiones, quoniam aut est propter materias acutas, mordicatiuas in carne, & musculis, aut in istis ambobus cum illis materijs prædictis sunt humores crudi, aut non sunt. & secundum duas diuisiones aut sunt venæ mundę ex illis humoribus crudis, aut non sunt. hæc igitur sunt quatuor species simplices, & cum humore crudo in venis tantum, aut in carne tantum, aut in ambobus simul. EXTENSIVAM VERO habens &c. hic considerat diffinitionem lassitudinis extensiuę. CORPVS QVASI fractum: fractio vel contusio est solutio continuitatis in lacertis multarum partium profunda, & eius sensatio est propter materiam ingredientem lacertos ita, vt faciat accidere illud, vt sibi ipsi capiat locum: & talis quidem materia aut est habens substantiam vel spissitudinem, aut non est habens substantiā, & illud, quod causat talem lassitudinem, & non habens

Alia litera ac si esset plenus spinis.

Causa rigoris & horripilationis & frigoris in principio febrium.

substantiam, est ventositas: vapor enim nõ potest facere illud, & motus ipsius vaporis non est, nisi ad superiora tantum, & illud quidem non causat hanc solutionem continuitatis, & est necessarium, vt sit ista ventositas nõ manifesti motus, aliter enim accideret ab ea i ctigatio, quare est necessariũ, vt sit fridida grossa: si.n. talis materia esset subtilis, calida, tunc moueretur motu manifesto. Et materia quidem, quę habet substantiam vel spissitudinem, est sicut superfluitas retenta in lacerto, & oportet, q talis materia superflua sit multa, aliter non potest facere illud, & oportet etiam, vt sit non acuta, aliter mordicaret lacertos, quare faceret accidere lassitudinem vlcerosam, & est ista materia non putrida, aliter enim esset mordicatiua, & causaret horripilationẽ, aut rigorem: & secundum plurimum est non frigida, Nam frigida secundum plurimum aut est aquosa, quæ nõ causat tensionem, aut grossa, cuius penetratio non est facilis in vacuitate lacerti: Et iterum a materia frigida secundũ plurimum nõ causatur dolor, quia frigus secundum plurimum sedat tensionem, quare ipsa est bonæ, & sanę, & sanguineę materię, cũ flegmatica et melancolica sint frigidę: & colericę materiæ sint acutę mordicatiuę. Et differentia quidem inter extẽsiuam ventosam, & extensiuã materialem est secundũ modos diuersos, quorũ vnus est, q in uentosa est uehemens extẽsio valde propter motum ventositatis multum: Materialis vero est minus illa: Secundus modus est, cum ventosa est leuitas, & cum materiali est grauitas: Tertius modus est, q in ventosa sunt loca uehemẽter tensa, et debiliter tensa, quæ extensio pmutat secũdũ pmutationẽ vẽtositatis: Quartus modus est, q vẽtosa faciliter dissoluitur, & separat ppea, q uentositas faciliter resoluitur: econtrario se habet alia .s. lassitudo materialis: Quintus modus est, q ventosa iuuatur cum resolutiuis, altera vero qñq; augetur cum resolutiuis fortibus propter rarificationem materię, & dilatationẽ eius factam a calefactione resoluentium. sed Auicenna contentus est modo secundo, quoniam sufficit in distinguendo. ET dico, Sensatio autem fractionis vel contusionis est, quoniã illa materia, & uentositas causant solutionem cõtinuitatis lacerti in locis plurimis: Sensatio vero caliditatis est, quoniam cum est ex sanguine, manifestum est, q illud non est nisi, quia ipse calidus. Quod autem accidit ex ventositate, facit accidere dolorem, qui est calefaciens: sensatio autem tensionis est, quoniam lacertus extenditur propter penetrationem eius, quod in ipsum ingreditur, et facit sensationem eius. Abominatio vero motus est propter duas causas, quarum vna est, q motus contorquet villos ad resistẽdum rei extendenti, vt fiat secundum formam, & qualitatem, cum aqua aduenit motus, & est ledens; Secunda causa, q motus calefacit illud extendens, & agitat, quare auget magnitudinem eius, quod causat augumentum doloris. PROPRIE si ex labore fuerit, quoniam facta ab eo causatur ex motu, qui causat lassitudinem ipsam, quare reiteratio motus est causa additionis doloris. EX somno non completo, quoniam de natura somni est, q in eo dominetur natura super humiditates superfluas, & eas digerat, & expellat ad exteriora vel ad loca expulsionum naturalia. Illa enim, quę debet expelli uersus cutem, expellitur ad ipsam taliter, q illud, quod est proximum interioribus, expellitur cum fortitudine ad id, quod est magis longinquũ eo vsq;, quo compleatur expulsio ad cutem, quare egreditur illa materia per sudorem, aut per sorditiem, aut per vaporem. Quòd si somnus non sit completus, tunc remanent illæ materię retentæ in lacertis, & causant tensionem, & solutionem continui. EST ibi diuersitas alia: vult q illic sit aliquid cõtrariũ naturæ, & est, q materiæ sunt in dispositione, q somnus non potest eas resoluere: & illud aut est propter multitudinem illarum materierum, & propter rebelionem, & resistentiam ipsarum, ne ab aliquo patiantur propter ipsarum grossitiem, aut earum viscositatem, & propter debilitatem accidentem naturæ, aut q ei similatur, quorum quodlibet est contrarium rei naturali QVAE specierum peior sit idest specierum extensiuę, & non specierum lassitudinis absolute, quoniã vlcerosa lassitudo est deterior ea, quoniam materia eius est [acuta] mordicatiua: MVSCVLORVM extremitates secundum rectitudinem tenduntur, quoniam hoc non fit, nisi quãdo materia est vehementis grossitiei ita, vt non sit possibilis eius penetractio in vacuitates villorũ diuersorum situũ, APOSTEMOSA autem lassitudo: hic considerat diffinitionem lassitudinis apostemosę. lassitudo igitur apostemosa est lassitudo, cũ qua corpus est calidius solito, & fit inflato simile in colore, & magnitudine, & leditur ex tactu, & motu, & sentitur cum ea extensio etiam, & hoc non fit nisi propter materiam plus, q̃ requirat res naturalis, aliter enim non augeret quantitatem eius, vel eius magnitudinẽ: & est illa materia multa valde, aliter enim non sufficeret augumentare magnitudinem corporis totius. Et habens substantiam si esset subtile, sicut ventositas, resolueretur, quod ex eo existeret non retentum in uacuitate vel in profundo lacertorum, aliter enim causaret mordicationem, & fieret lassitudo vlcerosa: Nõ est ergo possibile, q sit illa materia colerica, quoniã ipsa est mordicatiua, & quoniam non est possibile, vt ipsa multiplicetur ita, vt causet additionem in corpore toto. Et apparet ex hoc, q non est possibile, vt ipsa sit melancolica, Neq; etiam est possibile, q ipsa sit flegmatica propter causas multas, quarum vna est, q flegma non multiplicatur vsq; ad hunc terminum: Secunda causa est, q in extensione flegmatica color corporis est vehementis albedinis, & si declinat ad colorem alium, nõ declinat, nisi ad colorem sequentem ad frigus, quare non habet colorẽ membri inflati, quoniam color huiusmodi inflati vehemẽter declinat ad rubedinem: Tertia causa est, q cum repletione flegmatica corpus est frigidum, et in hac lassitudine corpus est calidius solito: Non est igitur possibile, quòd accidat lassitudo apostemosa ab humore alio a sanguine, & opportet vt fiat ex sanguine non putrido, non calido, aliter enim fieret lassitudo vlcerosa. Nocumentum autẽ, & lesio in patiente lassitudinem apostemosam ex tactu, nedum ex cõpressione fit propter conculcationem materię, & coarctationem cutis, Tactus enim causat in cute compressionem aliquam: Nocumentum autem, quod fit in ipsa per motum, est quoniam ipse causat additionem in magnitudine materiæ causantem inflationem, & illud propter raritatem sequentem ad calefactionem prouenientem ex motu: Sensatio autem tensionis in huiusmodi lassitudine est propter multitudinem repletionis, ipsa enim causat extensionem propterea, quòd materia addita capit locum sibi ipsi. Et iam Auicenna connumerauit hanc lassitudinem hic esse ex speciebus lassitudinis simplicibus, & connumerauit in causis specierum dolorum seu passionũ, quæ sunt de specie lassitudinis compositæ, nequæ contrariatur in dictis eius, quoniam aliquid, quod est minus alio, dicitur quod est simplex per comparationem ad illud aliud. LASSIDO autẽ desiccatiua: In hac parte perscrutatur diffinitionem lassitudinis arefactiuę. LASSITVDO arefactiua est dispositio: dixit est dispositio, & non dixit est lassitudo, quoniam hæc in veritate non est lassitudo, & ipsa quidem non denominatur lassitudo, nisi pp similitudinem, quã habet in hoc, q mẽbra difficulter

Alia litera correpta.

difficulter recipiunt motum. Quòd autē patiens talem lassitudinē sentiat corpus suum iam superflue exiccari, hoc fit, quoniam causa huius est consumptio humiditatis, & dominium siccitatis. Et consumptio quidem humiditatis nō fit, nisi pp pręsentiam humiditatis, et aquositatis eius, aut priuationem eius, quod restauratur loco humiditatis resolutæ pp resolutionem necessariam. Et in prima quidem causa aut illud, quod consumitur, est humiditas manifesta, sicut fit apud superfluam euacuationē, aut illud, quod consumitur est humiditas non manifesta: & tunc aut illud, quod consumit eam, est agens per se, sicut fit in superflua siccitate aeris exiccantis humiditatem corporis, aut est agens per accidens, aut mediante motu, sicut fit apud superfluum exercitium, aut non mediante eo sicut fit apud superfluam stationem in aere calido, sicut in aere balnei. Et exemplum causę secundæ est, sicut fit ex cibo pauco in ieiunio. CVM bono chymo hic non condictionauit bonitatem chimi, nisi, quoniam malitia chimi causat lassitudinem vlcerosam ante resolutionem superfluam, quoniam eius calefactio, & eius motus ad partem cutis propinquam est ante eius resolutionem: & si non ita esset, tunc fieret illud cum motu causante superfluam resolutionem, ad quam sequitur lassitudo arefactiua. AVT ex administratione reditionis. Scias, q Auicenna non dicit hoc, quòd sit condictio ad hoc, q exercitium superfluū faciat accidere hanc lassitudinem, immo existimatur, quòd dicat, & proprie quando administratur post illud reditio aspera, quæ fit cum manu aspera, aut cum pāno aspero, quoniam ad hoc sequitur augumentum resolutionis. Quando autem talis fricatio fuerit lenis, & cum oleo plurimo dulci, tunc succurritur exiccationi ex exercitio superfluo, vnde non accidit hęc lassitudo. MODI autē, quibus accidit lassitudo: In hac parte considerat causas lassitudinis, & canones curationis lassitudinum compositarum. AVT accidit pp exercitium, & talis lassitudo nominatur lassitudo ex exercitio, aut non fit ex exercitio, sed est lassitudo accidens per se, & dicitur lassitudo, cuius causa ignoratur. Et intentio est, q homines ignorantes nesciunt causam eius, quia consuetum est dicere, q lassitudo accidat ex motu. ET hæc quidem ægritudinis est antecessio, quoniam materia non mouetur, nisi ad partem cutis propinquam, & ad lacertos pe se, aut natura mouet eam. Qn̄ ergo multiplicatur, causatur illud, quod est magis præternaturale, quā sit lassitudo, & illud est ægritudo. Et motus quidem materiæ illuc per se magis pronosticat ęgritudinem, quàm si natura moueat eam, quoniam ad motus naturę ad exteriora secundum plurimum consequitur egressio materię, & eius expulsio extra corpus, & proprie in dispositione sana, & virtute existente forti. Et motus materię per se ipsam secundum plurimum non fit, nisi quando materia est plurima valde, quare post talem motum secundū plurimum accidit ægritudo. PROPTER fortitudinem: intelligit vehementiam lassitudinis, aut fortitudinem lesionis. AVT propter nobilitatem, intelligit, q ipsa lassitudo fiat ex materia nobiliori, & illud quando fuerit ex sanguine: & hoc quidem est magis timorosum, quoniam egressio sanguinis a dispositioe naturali magis nocet corpori, quàm egressio reliquorum humorū, quoniam sanguis est fundamentum in nutricationne membrorum, & spirituum. AVT propter substantiam: & est q materia lassitudinis sit deterior, sicut est in lassitudine vlcerosa, quoniam eius materia est corrupta, & non sic est in reliquis duabus speciebus lassitudinis.

Capitulum. xiii. de alicibus & oscitationibus.

CAusa alicum, & oscitationū est, q in lacertis sunt superfluitates, quarum resolutio est possibilis cum motu, quare natura cogit seu incitat virtutem voluntariam, vt lacertus tendatur, vt calefiant illę superfluitates ex illo motu, & subtilientur, & pręparentur ad resolutionem. Et hęc quidē materia non est ex eis, quæ habēt substantiam seu spissitudinem, de qua sit curandum, aliter enim non resolueretur cum huiusmodi motu subtili: Neque est ventositas, quia de natura ventositatis est, q moueatur per se ipsam: & faceret accidere tectigationes, & non alices, quare talis materia est vaporalis. ET pp hoc multum accidunt. Intentio huius est significare, q illud fit propter superfluitates aggregatas in lacertis, quoniam de proprietate somni est expellere materias cibales ad exteriorem corporis post earum subtiliationem, & digestionem. CVMQVE humores illi plus abundauerint, superfluitates vaporales non appellantur humores, nisi, quoniā ipsę in veritate sunt humores subtiliati: & tales quidē faciunt accidere horripilationem, & rigorē, qn̄ abundauerint, qm̄ qn̄ fuerint multi, & nō resoluūtur per huiusmodi motū subtilē, retinentur in lacertis, & ppe cutim, quę sunt membra sensitiua: quare talis materia seu tales humores retēti, aut sunt acuti, mordicatiui, & sic faciunt horripilationē per se: & si magis abundauerint, causant rigorem, sicut diximus: Si vero non fuerint acuti, tunc ex eis accidunt illud per id, quod accidit ī eis de putredine pp defectū caliditatis naturalis in actione sua in eis: Ante illud autem apparet, q ipsa materia non facit accidere lassitudinem: & si facit accidere lassitudinem, tunc talis lassitudo secundum plurimum est vlcerosa, & non ꝓlongatur eius tēpus, immo resoluitur, & tunc nō facit accidere horripilationē, neq; rigorē, qm̄ hæc materia ppea, q est subtilis, & vaporalis, mouet ad exteriora directe, vel secundū rectitudinē nō causans extensionē in lacertis, de qua sit curandū, quare nō accidit ex ea lassitudo extēsiua, neq; apostemosa: Possibile est aūt, q causet vlcerosam pp sui acuitatē, & mordicationē, q̄uis illic nō sit extensio plurima, sed hæc resoluitur velociter, qm̄ ipsa lassitudo resoluit huiusmodi materiā pp sui subtilitatē, quare non remanet ex ea aliquid causans horripilationē, nedū rigorē. ET qn̄ plus excreuerit, faciet febrē, qm̄ qn̄ fuerit multa valde, sequitur ad eā putredo pp dominiū caliditatis extraneæ pp defectū caloris naturalis, vnde ab ipsa causatur febris. OSCItatio vero est species alicū: Intentio eius est ponere differētiā inter oscitationes, & alices, qm̄ oscitatio est ꝓpria huic lacerto: Alices vero non ita se habent. CVMQVE sanis accident, qm̄ ipsa nō accidit, nisi pp defectū naturæ a resolutione ita, vt indigeat adiutorio cū motu lacerti, & qn̄ fuerit illud multū, seu & qn̄ fuerit illa oscitatio multa, significat materiam multā, et magnā defectū virtutis, quod ꝓculdubio est malum. ABSq; causa .s. antecedente manifesta, & est expositio sermonis eius incipiendo, & non posuit hāc cōdictionē, nisi quoniā oscitatio facta a causa manifesta nō significat super dispositionē corporis, & causa manifesta est, vt homo sit in aere frigido, aut calido valde: quodlibet enim istorum causat multitudinem alicū: frigus q̄dē pp discoopturā exterioris ptis corporis, q̄ cōstringūt porri a penetratione eius, q̄d cōtinue resoluit ex corpore de vaporibus subtilibus, vnde causant alices: Aeeaūs calidus facit hoc ppea, q facit fluere hūiditates ꝓpinq̄s, & calefacit eas, vnde fit euaporatio, q̄ accidunt illic vapores plus, q̄ regrat res nālis: et uapores q̄dē, q ex eis sūt subtiles ualde, resoluūt: et q ex eis sunt spissi, retinent, et causant alices: et posuit hāc cōdictiōe, videlicet q il.d fit i nō

Qualiter vapores lerdū nominantur humores.

sua hora, quoniam alices seu oscitatio facta in hora, sicut illa quæ fit post somnum, non significat malũ: Nam de natura somni est expellere superfluitatem ad partes iuxta cutem, quę exterius existit densa pp profundationem caloris naturalis ad interiora: & pp illud oscitatio bona est illa, quę fit post digestionem vltimã. s. illa q̃ fit apud omne membrum, vt ei aduenıat nutrimentũ, quoniam talis oscitatio fit pp expulsionem istarum superfluitatũ, & resolutionem earum: & excitatio quidem a somno ante complementum eius causat alices, quoniam superfluitates, quę debent in somno resolui, non sunt iam complete vel perfecte resolutę: qñ ergo expergefit a somno non completo, tunc retinentur illæ superfluitates pp priuationem dominij naturæ super eas cum digestione, & expulsione: quæ quidem virtutes. s. digestiua, & expulsiua sunt fortes in somno, quare accidit ab ea illud. Et causa quare multiplicatur aduentus alicum, & oscitationum in principio paroxismorum febris, est multitudo eius, quod tunc accidit de superfluitatibus vaporis propter motum humiditatis putrescentis. ET vinum permixtum, quoniam cũ sua calefactione stat loco calefactionis istius motus: & hoc quidem fit ex vino, & non ex alijs calefacientibus, quoniam vinũ penetrat ad exteriora corporis, quare magis calefacit illic, sed non sic operantur reliquę medicinę calidæ: ipsarum enim calefactio in exterioribus corporis est valde parua per comparationem ad calefactionem ipsarum, quam faciunt in ventre: & Auicenna quidem dixit vinum permixtum vel ad medium temperatum, vt sit eius caliditas media, & non sit debilis resolutionis valde, neq; fortis resolutionis valde: si enim sit fortis resolutio, & resoluatur materia euaporans, tamen euaporat ex hoc materia alia plus, q̃ illa, quare multiplicãtur alices, sicut multiplicantur, quando aer est calidus: et dixit etiã, quando non alia prohibens causa, quoniam si esset illic prohibens, sicut si fuerint materię recipiẽtes euaporationem multam, faciliter tunc vinum, quãuis sit permixtũ, tamẽ multiplicat alices propter multitudinem eius, quod causat euaporationem, quamuis resoluatur materia primo euaporans: Et sicut corpori disposito ad febrem non licet administrare vinum, quamuis sanet alices cum calefactione sua manifesta, sed tunc oportet, vt administrentur fomẽtationes, & embrocationes, & quæ eis similant.

Causæ oscitationis post somnũ & in hora famis et in principiis paroxismorũ.

Quare vinũ permixtũ, i. quo sãtum est de aqua quantũ de vino temperet alices & oscitationis plus q̃ alia calefactiua.

Capitulo. xiiii. de medicando lassitudinẽ ex exercitio.

HOc capitulum continet quinq; considerationes, de cura lassitudinis vlcerosę, & lassitudinis ex exercitio. DICEMVS q̃ studium: quando non curatur, non est securitas ab aduentu apostematum, & bothor, & febrium propter causam attractionis superfluitatum ad loca doloris propter debilitatem ipsorum, aut propter debilitatem membrorum, in quibus extitit a complemento digestionis nutrimẽti ad ipsa peruenientis, quare conuertitur in superfluitatem in eis, & qñ putrefit illud, de necessitate causat febrem: Si vero curatur lassitudo, tunc iam securatur ab aduentu istorum. SI ipsum fuerit causa: forta sse dubitaret aliquis dicens, q̃ sermo istius capituli est de lassitudine ab exercitio, quæ igitur est vtilitas sermonis Auicennę, quando dicit & minuatur ab exercitio, si ipsum fuerit causa? Responsio est, q̃ lassitudo ab exercitio est secundum duas diuisiones, quarũ vna est, cuius causa sunt superfluitates, quas commouit exercitium, & sparsit in corpore: Secunda est, cuius causa fuit exercitium solum modo, & hanc intellexit Auicenna, qñ dixit, si ipsum fuerit causa: & sermo Auicennæ non appropriatur huic secundæ, nisi quoniam in prima lassitudine non oportet abscindere exercitium, immo in ea oportet, vt administretur exercitium leue, vt resoluatur illa materia, & illud, quando talis materia fuerit extra venas tantum: & si associatur cum tali lassitudine multitudo humorum, tunc mundificetur corpus ab eis, vt exuberet operatio naturæ super rectificationem materię, quam corrupit exercitium ita, vt non sit illic impedimentum occupãs vel diuertens naturã ab illa rectificatione. QVOD si sacietas nausentiua affuerit propinqui temporis aut lõgi temporis, tunc remouetur impręssio nocumenti ipsius cũ digestione cibi in longo tpe. IN quo nõ sit stipticitas qm̃ stipticitas oppilat porros, et prohibet resolutionẽ superfluitatum, & illud est ex eis, quę augent lassitudinem. REDITIONIS fiat exercitium: vtilitas istius exercitij est resoluere illud, quod causauit vel attraxit exercitium primum ex materijs acutis, et non posuit ipsum vsq; ad diem secundum, nisi vt digeratur materia illa in primo die, quare fiet possibile, vt resoluatur in die secundo: In die autem primo exercitium pręedictum augeret malitiã, & non posset resoluere ipsam: & talis quidem materia, quamuis sit mala, tamen in die vno potest digeri, quia ipsa est pauca, & dispositio corporis est dispositio sana, q̃ virtus digestiua est fortis valde: & oportet, vt sit hoc exercitium leue, quoniam vehemens exercitium quandoq; superfluam causat calefactionem, quare superfluit tunc malitia cõplexionis, quæ accidit materię istius lassitudinis: & propter illud exercitiũ leue prædictum nominatur exercitium reditionis, quoniam similatur fricationi reditionis in leuitate. SED ex quantitate minuatur propter grauitatem materiæ. CVM humectantibus propter multam acuitatem materiæ causantis lassitudinem, & vt adiuuetur in digestione ipsius materię, quę quidem diminuta est per exercitium resoluens. Minoratio vero quantitatis cibi in die primo fit propter grauitatem materierũ, & vt materia adueniens sit pauca, vt non occupetur cũ cibo natura, & diuertatur a digestione materię facientis lassitudinem: In die autem secundo oportet, vt sit quantitas cibi secundum quantitatem consuetam, quoniã materia lassitudinis est iam diminuta cum resolutione exercitij reditionis, & remota est necessitas minorandi cibũ. QVOD si venę fuerint mundę. s. ex humore crudo, & fuerit humor crudus puta flegma in carne ipsius patientis lassitudinem, idest in membro ipso, in quo accidit lassitudo, tunc talem humorem crudum digerit fricatio, pręcipue quando fricatio fecerit penetrare ad ipsam virtutẽ medicinarum digerentium, sicut mel, & syrupus acetosus de seminibus, & quandoq; non digeritur cum fricatione, immo oportet administrare oleum algarab, & anetinũ, & alia ex medicinis extrinsecis, quoniam non est possibile, vt talis fricatio sit fortis, ne augeatur acuitas materię facientis lassitudinem: & dolor etiam prohibet, ne fiat fricatio fortis, & fricatio debilis non sufficit digere humorẽ crudum secundum plurimum. Medicinę autem digerentes administratę ab intra, secundum plurimum non perueniunt ad partes propinquas cuti, nisi post quàm iam debilitatę fuerint: & propter hoc quandoque in tali digestione necessaria est fricatio cum oleis pręedictis, aut cum decoctione sicię p̃dicta. IN lassitudinis aũt extẽsiuę medicatione etc. In hac p̃te cõsideratur cura medicationis lassitudinis extẽsiuę: et aduẽtus istius lassitudinis fit ex resistẽtia mẽbri cõtra tensionẽ materiæ: et laxatio q̃dẽ remouet ipsam. Et fricatio pręedicta cũ rebus prædictis operatur laxationem, & fricatio calefaciẽs in sole fit, vt sit potens super resolutionem materiæ lassitudinis. ET AQVA tepida balneari, quoniam aqua calida quandoque desiccat porros, et corrugat porros, q̃ p̃hibet resolutio: Tepida vero

Administratio mellis et syrupi acetosi in fricatione cutis p̃ digestione materiæ crudę.

da vero aqua quia cum resolutione subtili lenit cutem, & subtilitat eam, quare facilis fit penetratio, & exitus materiæ facientis lassitudinem resolutæ in ea. ET in ipsa longo morari tempore: Intētio in hoc est augere resolutionem: & non timetur quidem ex longa mora in balneo hic, quoniam materia istius lassitudinis non est corrupta: & in ista quidem lassitudine administratur balneum, & nō in vlcerosa lassitudine, quoniam materia vlcerosę est corrupta, quare timetur ex balneo motus ipsius materię, & eius putrefactio, ex qua accidat febris. ET POST vnamquanque inungatur: Intentio talis vnctionis est, vt cum resolutione fiat lenificatio cutis, & digestio materię. QVOD si necesse fuerit &c. hic nō est necessaria abstersio sudoris post balneū, nisi vt nō infrigidetur sudor, ex quo postea infrigidetur corpus, & inspissetur cutis, & retineatur, quod in ea est humiditatibus, vnde augeatur extensio, & difficilis fiat resolutio materię: & necessaria est reiteratio vnctionis cum oleo, si exsiccatur oleum, vel abstergitur oleum cum abstersione sudoris, vt ex tali reiteratione vnctionis fiat lenificatio, & resolutio. ET nutriente humido nutriatur paucę quantitatis humido quidem, vt succurratur cum sua humiditate resolutioni superfluæ, a qua nō est excusatio in cura istius lassitudinis, vt non componatur cum ea, aut non accidat post ipsam lassitudo exiccatiua: & etiam fit hoc, vt facilis fiat eius digestio, & penetratio ad membra exteriora, & restauratio fiat loco substantiæ resolutę, & vt facilis fiat resolutio superfluitatum eius, vt non retineatur ex eis, quod augere possit lassitudinem. Quòd si dicatur, quod necessitas in vlcerosa est, vt administretur cibus magis humidus, quàm in ista lassitudine, quoniam materia vlcerosę lassitudinis est acuta, & cibus humidus frangit acuitatem eius: Dicemus, quòd non est ita, quoniam ex cibo humido fit humor subtilis velociter conuertibilis ad materiam vlcerosę: & cibus prędictus debet esse paucę quantitatis ppter plures causas, quarum una est, vt eius materia nō augeat materiam lassitudinis: Secunda est, vt natura non occupetur in digestione multi cibi, & diuertatur a digestione materiæ lassitudinis, & resolutione ipsius: Tertia causa, quòd quando cibus minoratur in membris exterioribus, tunc nutriuntur ex materia lassitudinis, quoniam ipsa in hac lassitudine est conueniens. QVONIAM plus indiget nutrimēti paucitate, quàm vlcerosa propter duas rationes, quarum vna est, quod materia vlcerosę est acuta, & minoratio cibi superflua auget acuitatem eius: Secunda ratio est, quòd materia vlcerosa non est conueniens pro nutrimento, quare non est possibile, vt ex ea fiat nutricatio: & quando minoratur nutrimentum superflue, tunc debilitatur corpus, & pręcipue cum resolutione, a qua non est excusatio: Sed in hac lassitudine nō sic est, quoniam materia eius est conueniens pro nutricatione. ET HANC quidem lassitudinem resoluit exercitium: & si ipsa lassitudo: per hoc vult, quòd quandoque resoluatur ex fricatione sola, absque quòd indigeat oleo, aut medicinis solutiuis, aut re alia, quoniam materia eius est non corrupta ita, vt indigeat medicamine rectificante ipsam, & resolutio exercitij est manifesta, quoniam ipsum exerciuū subtiliat materias, et attenuat eas, & facit eas euaporare: Resolutio aūt, quā facit lassitudo est, quoniam lassitudo est dolor, & omnis dolor calefacit, & calefactio est resoluens, & hoc quando superfluitas non est grossa, sed quando causa eius est superfluitas grossa, pręcipue quando per se acciderit lassitudo, tunc oportet in ea euacuare. PROPTER causam ventositatis extendentis secundum plurimum: fomentationes fortiorem, & maiorē habeat virtutem, quoniam quando ista resoluentia exhibentur in potu, non perueniunt medicinę illę resoluentes ad locum, nisi quando iam debilitatę fuerint, quare ea, quę extrinsecus administrantur, quia in eis remanet virtus ipsarū, sunt cōuenientiora, & mais conferentia. INTENTIO autem in apostemosam &c. considerat hic de cura apostemosę lassitudinis. Sciendum, quòd lassitudo apostemosa tria habet accidentia .s. tensionem, & calefactionem, & tumefactionem, quare completur curatio ipsius cum tribus rebus scilicet laxatione, vel mollificatione eius, quod est tensum, & infrigidatione eius, quod est calefactum, & euacuatione superfluitatum, vt remoueatur illud, quod causat tumefactionem, & hoc quidem completur cum quatuor rebus, quarum vna est oleum plurimum tepidum propter illud, quod est in eo de mollificatione, & lenificatione, & digestione necessaria ei pro digestione, & euacuatione: Secunda res est fricatio lenis valde propter illud, quod in ea est de mollificatione, et resolutione materierum cum subtiliatione ipsarum, & apertione porrorū: Tertia res est longa mora in aqua declinante ad calefactionem parum propter id, quod in ea est de infrigidatione, & lenitate & mollificatione: frigus enim inspissat porros, & retinet materias, & auget tensionem: & calidum valde exiccat, & corrugat porros, quare prohibet resolutionem ab exterioribus, & etiā superflue resoluit, quare debilitat: & prolongetur mora in ea, vt fortificetur euacuatio materiæ cum resolutione: Et quarta res est quies, quoniam ipsa digerit. IN arefactiua &c. In hac parte determinat de cura arefactiuę. Sciendum, quòd cura lassitudinis arefactiuę cum aliquibus rebus completur, quarum vna est abscisio exercitij, vt remoueatur causa inducens eam: & oportet, vt fiat illud in principio apparitionis eius: Secunda res est inspissare corpus, vt minoretur resolutio, & non superfluat siccitas, & proprie cum ista lassitas secundum plurimum accidat propter raritatem texturæ corporum: & hoc pficitur administrando balneum primo cum aqua calida fortis caliditatis: & in die secūdo infundatur vel se proijciat in aqua frigida subito post balneationem cum aqua fortis caliditatis. Quod si dicatur, quod calidum, sicut exiccat vel condensat porros, minorat resolutionem partium exteriorum & superfluit in calefactione corporis, & sequitur ex hoc augumentum resolutionis partium interiorum in hora balneationis, & post ipsam per illud, quod acqrit corpus de calefactione ab ipsa balneatione: Dicemus, quod aquæ calidæ, quando non prolongatur mora in ea, non vehemens fit resolutio, neque eius calefactio, & facit euenire soliditatē, vel densitatem prohibentem resolutionem plus, quàm faciat euenire calefactionem resoluentem: & aqua quidem calida [magis facit hoc,] quàm frigida, quę licet inspisset, & prohibeat resolutionem, tamen ex ea timetur penetratio frigiditatis, & proprie in corpore rarę texturę, quod est nociuum: In die autem secundo, quoniam corpus est iam inspissatum parumper, & est calefactum cum balneatione aquę calidæ, & iam est humectatum parumper etiam propter cibum, & abscissionem exercitij resoluentis, tunc confert aqua frigida propter multas rationes, quarum vna est inspissatio corporis prohibentis resolutionem, & secunda est, quia corrigit calefactionem aquæ calidæ, Tertia ratio est, quia ipsa conseruat humiditatem aquæ calidæ coarctatam interius: & res quidem, qua curatur ista lassitudo, est multiplicatio humiditatum in membris: quæ perficitur tribus rebus, quarum vna est multiplicatio quietis, & secunda fit cum cibis humidis, tertia fit cum fricatione faciente currere materias ad exteriora. REGIMINE SANORVM: quoniam regimen sano-

Alia [illegible] ra[illegible]

rum est administratio ciborum leuium, qui omnes sunt humectantes humectione naturali: & noo est dubium, q hoc est necessariũ in lassitudine. IMMO hoc est secũdum plurimũ: Nocumentum enim aquæ frigidæ est forte ꝑꝑ velocitatem penetrationis eius in corpus rarũ LEVITER & subtiliter: quoniã illa resoluit superfluitates, & facit fluere humiditates, & mouet eas ad exteriora humectando cutem: & leuiter fieri debet, ne superfluat resolutio humiditatum, & fortificetur siccitas. VT aquam frigidam subito &c. idest in vnica vice se ꝓiciat in aquã frigidam. ET istæ quidem duę causæ &c. caliditas intrinseca, & inspissatio cutis absq; dubio qualibet illarũ ꝓhibet penetrationem aquæ frigidę ad interiora, quare ꝓuenit vtilitas aquę frigidæ absq; nocumento ab ea ꝓueniẽte, QVONIAM cum mora nulla est securitas. s. a nocumento aq̃ frigidę, qm̃ apud longã morã qñq; eius qualitas superat qualitatem caliditatis, quare infrigidantur interiora, vnde duplicatur nocumentum. CIBO humectãte: Auicenna dat in hoc cibo conditionẽ hanc, q sit humectans, & non exhibeatur cibus densus vel grossus, sicut sanis exhibetur, & sicut fit, & exhibeẽ prius, quoniã oportet, vt cibus sit paucus: si enim non esset humectãs, tunc oon sufficeret io humectatione: & oportet vt sit eius humectatio naturalis substãtifica cũ brodijs, nõ cũ fructibus, qm̃ ipsorũ humectatio est humectatio aquosa: & oportet vt sit cibus humectans prædictus paucæ quãtitatis, vt perficiatur eius digestio aote finẽ diei, vt ipse fricari possit iuxta noctem, quoniam fricatio administraẽ post digestiooẽ cibi præcedẽtis aote, q̃ sit hora comestionis cibi alterius: si. n. fuerit ista comestio plurima, nõ cõpletur eius digestio, vsq; quo cõpleaẽ dies, et si fricabiẽ subingredieẽ nox ante cenã, qr̃ si postea cẽabit, aut igitur tunc cenabit ante, q̃ descendat cibus ex ventre superiori, & accidet tunc illud, quod diximus de inquietudine, aut tardabit somnum, quousq; descendet cibus a ventre superiori, & tunc accidet fastidium vel siccitas ꝑꝑ vigilias. Et vtilitas quidem fricationis est, q ipsa facit currere humiditates, & attrahit eas ad partes cuti ꝓpinquas: cibo pauco. s. vt totus digeratur, & vice alia in sero fricari possit. ET tunc tardet cenam: vult Auicenna, q tunc sit possibile tardare cenam vsq; ad tempus post fricationem, quoniam pręsupponendo q cibus in mane diei sit exhibitus in pauca quãtitate, non nocet tunc, q postponatur cena vsq; ad tempus post fricationem, quia talis fricatio fieri potest tunc ante complementũ diei, quia cena, quæ tunc exhibebitur post fricationem, nõ erit cadẽs in nocte, vel non erit exhibita in oocte, neq; nocebit tũc postpositio somni super eam, quousque descẽdat cibus in cena exhibitus a parte superiori. CVM quo ventrem suum non tangat. s. vt non mollificet lacertos ventris, & stomaci sui cũ oleo, vnde debilitatur digestio. Et nos quidẽ in hac lassitudine indigemus multiplicatione cibi causa siccitatis in tali lassitudine. ET eius outriẽs sit largius, vt multiplicentur humiditates. VEhemẽtis caliditatis, vt non resoluat, & vult per hoc Auicenna, q sit conueniẽs ei comedere cibos paucæ caliditatis, vt conuersio ipsorũ in sanguinem sit facilis. AMplius oẽm lassitudioẽ. In hac parte coosiderat in vniuersali regimen lassitudinis absolutæ. POSTEA exercitio reditionis vtatur, & resoluaotur materię, quæ resoluebantur omni die, vt nõ retineantur in corpore. Et hoc est verũ, quoniam ille motus facit fluere materias ad cutem, & resoluit eas fricatio cadens inter illos motus. s. inter exercitium pręcedens, & inter exercitium subsequens ad fricationem. BALNEATIONE experiatur: cum hoc quidem experitur dispositio cuiuslibet corporis in eius mundificatione, quoniam de natura balnei est, q agitet humores, & eos commoueat: Si ergo humores erunt vel se habebunt secundum q oportet, tũc balneum non faciet accidere aliquod nocumentum, q si oon erit sic, tunc eorum cõmotio causabit accidentia eis proportionalia: & per hoc vult, hic Auicenna, vt experiatur dispositio patientis lassitudinem exercitũ, an in corpore eius sint humores mali, aut nõ, vt administretur cibus, et alia secundũ q oportet. QVANDO eius aqua fuerit temperata: quooiã si fuerit frigida, inspissat corpus superflue, & coarctat materias, vel retrocedit materias, et causat lassitudioem aliam a lassitudine exercitij: Si vero fuerit aqua calida valde, tunc corrugabit porros, & ꝓhibebit resolutionem, quare non iuuat vehementer in lassitudine. QVONIAM quies est magis digerens, quoniã quies similatur somno, & est magis conferens io hoc, q̃ motus, qui similatur vigiliæ. ET crudum dimittit: & hoc verificatur, qñ flobothomia administratur ante digestionem, & oon post ipsam. QVOniam non confert, quia extrahitur bonum vel conueniens, & obediens euacuationi ꝑꝑ ęqualem substantiam eius, & remanet crudum ꝑꝑ eius grossitiem, & qñq; permiscetur malum cum bono, & corrũpitur bonum. VRINAM vero prouocare: quoniam ipsa mundificat, quod in venis remanet, & pręcipue in vijs vrinæ: & oportet vt prouocantia sint exhibita io quãtitate moderata, quoniam eorum multiplicatio superfluit in calefactione, quare exiccatur crudum, & ingrossatur cum resolutione subtilis. ET vomitum non faciat: quoniã vomitus non potest euacuare, quod est in venis, sed mouet humorem crudũ, & in eis diffundit.

Capitulo. x v. de alijs dispositionibus &c.

EX FRIcatione pauca, quoniã fricatio multa exiccat corpus, & exiccatio quidem causat congregationẽ partiũ cutis, quod est cõtrariũ raritati, & nõ accidit raritas ex fricatione pauca, nisi qñ fricatio talis est lenis, si. n. fricatio esset aspera uel dura, causaret spissitudinẽ corporis: balneũ vero causat illud ꝑꝑ mollificationẽ, et resolutionem, quam facit. IPSA vero est medicanda cũ fricatiõe sicca. Sed hoc est dubiũ, q fricatio sicca est illa, quæ fit absq; oleo, & quomodo hoc est verum, cum dicat Auicenna, q fiat cũ oleo stiptico, Respoodetur, q nõ intelligitur sermone cum oleo, vt sit fricatio cũ illo oleo, Immo intentio est, vt i cura istius raritatis fiat fricatio, & cũ ipsa fricatione administretur oleum prędictũ vngendo: non tamen sequitur, q fiat ista simul in vno tempore, Immo oportet, vt administretur fricatio sicca primo, donec imprimatur aggregatio partium cutis, deinde post illud administretur oleum stipticum. Et oportet quidem, vt hęc fricatio sit pauca: Si enim esset multa, tunc superflueret in resolutione, & exiccaret corpus, & augeretur debilitas. Et oportet quidem, vt sit sicca, quoniã si fieret cũ oleo, tunc augeretur laxitas cutis, & oportet quidem, vt sit declinas ad duriciem, vt solidetur vel induretur cutis, & aggregentur partes eius. & oportet quidẽ, vt talis duricies oon sit multa, vt non superfluat siccitas. vtilitas vero olei stiptici, vt constringantur porrositates, & aggregentur ex stipticitate olei. ET ex eis est spissitudo, quę accidit ex frigiditate: frigus quidẽ causat spissitudinem, quoniam ex sui natura aggregat partes corporis infrigidatas, & similiter facit siccitas: sed cũ dicitur, quòd multitudo superfluitatum, & earum grossities, & viscositas causat spissitudinem, sciendum est, quòd per spissitudinem non intelligitur aggregatio partium, immo intelligitur obturatio vel constructio apposita latitudini, vel capacitati, quæ sequitur ad raritatem. Et q istud ac-

cidat

cidat ex superfluitatibus prædictis est manifestum: Multitudo autem ipsarũ superfluitatum causat illud, quoniã ꝑꝑ multitudinem earũ ipsæ ingrediuntur in corpus in locis victus, & hoc causat stricturã porrorũ cũ tensione illarum superfluitatum penetrantiũ a lateribus eius ꝑꝑ illud, quod in eis penetrat. Et si coarctantur porri, tunc oppilat id, quod in eis penetrat, quãuis non sit grossum, neque viscosum, superfluitates vero grossæ viscosę causant oppilationem vel constrictionem, quoniam porrositates non [dilatantur] ꝑꝑ ggrossitiem, & viscositatem ipsarum superfluitatũ inherentem, vel fixã in porrositatũ lateribus, quare non est facilis separatio ipsarũ ab eis. Immo remanent in eis retentę, quare oppilat eas. AVT erit ibi spissitudo causa exercitij: Intentio sermonis est, ꝙ spissitudo ab humoribus grossis, aut multis, aut viscosis est aut quoniã ipsi sunt inuenti prope cutim, & sunt illuc cõmoti ꝑꝑ causam corpoream, aut ꝑꝑ exercitium attrahens eos a ꝓfundo, absq; ꝙ illuc peruenıant ꝑꝑ causam corpotalem: & illa causa corporalis ꝑ comparationem ad illam spissitudinẽ sine dubio est causa antecedẽs ad causandum illud mediãte illa materia. AD rubedinẽ: aduentus istarum rerũ, qñ fit a causa frigida, est manifestus, sed quando causa fuerit stipticitas, tunc causatur ab ea illud, quoniam stipticitas, quando aggregat partes manifestas corporis, tunc coarctat vel compingit sanguinẽ ad interiora, quare minoratur in exterioribus, & sequĩt ex hoc dominium coloris cutis. s. coloris albi: Tarditas autem calefactionis ꝑꝑ frigus exteriorum est ꝑꝑ paucitatem sanguinis in eis, sed tarditas sudoris est ꝑꝑ oppilationem porrorum, & similiter sequitur ad illud tarditas reditionis coloris ad rubedinem apud exercitium, quoniã de virtute exercitij est, ꝙ rubificet colorem ex fluxu sanguinis ad exteriora corporis: cum ergo fuerint porri oppilati, difficile fit illud ꝑꝑ stricturã meatus. CVM oleo subtilis caliditatis: vtilitas caliditatis eius est conferre frigori, & per oleum, quod mollificat, confert stipticitati causanti spissitudinem, & cum resoluentibus curatur, vel quoniam ad stipticitatem, & frigiditatem sequitur ꝓhibitio superfluitatum a resolutione: debet autem esse caliditatis subtilis, vt penetret ad interiora, quare imprimat in eo, quod est magis ꝓfundum, q̃ sit exterior cutis. ILLORVM autem, qui ad hoc deuenerunt ex exercitio idest ꝙ exercitiũ attraxerit materias multas, aut grossas, aut viscosas a ꝓfundo ad partem cutis. Et signum huius est priuatio illorum signorum prędictorum, quoniam tarditas coloris, & tarditas calefactionis, & sudoris, & tarditas reuersionis uel reditionis coloris ad rubedinem omnia ista negantur ab exercitio: Sed sordities cutis fit per causam resolutionis humiditatum crudarum: & hoc quidem sordidat cutem, quoniam sordities cutis est ex summa superfluitatum resolutarum a corpore. Et hic cadit consideratio, & est, ꝙ in spissatione facta a puluere sequitur priuatio illorum signorum supradictorum cum sordicie cutis, & tunc quæ differentia erit inter ea ambo? Dicendũ, ꝙ in facta ab exercitio erit cutis cum spissitudine humida, & erit rorida ꝑꝑ materias ad ipsum attractas: sed in ea, quę fit a puluere, cutis erit sicca, terrestris. Differentia vero inter illam, quæ fit ab exercitio attrahente superfluitates ex ꝓfundo, & inter illam, quæ fit ab illis superfluitatibus absq; exercitio multis modis ostenditur, quorum vnus est, ꝙ lassitudo ab exercitio pręcedit exercitiũ, sed non sic est in alia. Secũdus modus est, ꝙ cum lassitudine ab exercitio non est color sequens illas superfluitates, q̃m ipsæ non sunt, nisi ꝓpe cutem in lassitudine ab exercitio ꝑꝑea, ꝙ ad cutem attraxit eas exercitium, quare in tali lassitudine color cutis sequitur complexionẽ radicalem, sed nõ sic est in lassitudine facta ex sup̄fluitatibus absq; exercitio, quoniam in tali lassitudine superfluitates sunt, & causantur a re seu causa corporea, quæ est complexio corporis generans illas superfluitates, quare color corporis sequĩt tales sup̄fluitates. Quòd si dicatur, ꝙ est possibile, vt moueãtur illæ superfluitates versus cutem ꝑꝑ expulsionem membrorum, quę expellunt ad cutem, & tũc non erit aduentus ipsius sequens complexionem corporis, quare nõ erit color sequens colorem illarũ superfluitatum, Dicendum, ꝙ ista membra interiora non expellunt has superfluitates ad cutem, nisi qñ sunt multæ, & tunc complexio corporis est similis eis: sed non est sic, qñ facit eas euenire ipsum exercitium: Tertius modus est, ꝙ in illa, quæ fit ab exercitio, non est corpus plenum: econtrario se habet alia. CVM fricatione molli, ut leniatur cutis, et facilis fiat separatio pulueris ab ea, quoniã qñ cutis nõ fuerit mollis, tunc puluis est in ea infixus adherens, quare difficilis fit extractio eius ab ea. CVM pauca fricatione: iam præterijt similis sermo supra, quare illuc redi. EX coitu superfluo propter resolutionem, et mollificationem. ET nutrientia comedant humectantia: Nutrientia ipsorũ debent esse humectantia, vt succurratur ei, quod per coitum superfluum, & per balneationem frequentem, & superfluum exercitium fuit resolutum. & nutrientia debent esse paucæ quãtitatis ꝑꝑ debilitatem digestionis, quæ ad causas supradictas sequitur. Debent aũt cibi declinare ad caliditatem parumper, quonim corpus iam est infrigidatum parumper ex causis supradictis, & cibi vehementer calidi augent resolutionem ISTIS. idest illis quibus accidit tristitia, & vigilia NEQVE aliquid exercitiorum vllo modo, quoniã malitia digestionis accidẽs eis ab istis causatur ꝑꝑ superfluam resolutionem, & ꝓhibeatur ab omnibus motibus, quoniã ipsi resoluũt. Dixit Gal. ꝙ qui sumunt has res ab experientia solum, multociens errant, sicut qui dicit, ꝙ lassitudo remouetur per lassitudinem: & non est nisi vna species lassitudinis, quę per lassitudinem remouetur, & huiusmodi quidem indiget exercitio in die secundo simili exercitio facto in die primo, & illud qñ est lassitudo ꝑꝑ superfluitatem coarctatam in lacertis. Sermo autem eius, qui dixit, ꝙ quies remouet lassitudinem, verificatur quidem in lassitudine extensiua, et apostemosa. Sermo autẽ, ꝙ hęc intentio oportet, ꝙ minuatur, est verus, quoniam illa intentio ꝓhibet lassitudinem apostemosam. Et sermo, qui dicit, quòd oportet, ꝙ addatur in cibis ipsorum, est verus in dispositione simili lassitudini arefactiuę. Et sermo, q dicit, ꝙ nutriatur cũ cibis consuetis, est verus. Cum autem dicitur, ꝙ oportet, vt balneetur cum aqua calida, hoc est verũ, quoniam est conueniens in lassitudine apostemosa, et in lassitudine arefactiua, quę similatur lassitudini: verum magis verificatur, et magis est conueniens in lassitudine apostemosa, in qua necessaria est aqua vehementer calida.

Alia litera capit.

Capitulo sextodecimo de medicatione lassitudinis &c.

HOc capitulũ continet tres considerationes, quarũ prima est de cura lassitudinis per se ipsam accidẽtis. VLCEROSA quidem dispositio &c. Quia dispositio vlcerosa causatur a materia acuta existente in partibus cutis, considerandũ est, an illa materia sit in venis, aut non: immo sit in partibus cutis tantum. Quòd si fuerit secundo modo, tũc sufficit in ea regimen prædictũ in capitulo lassitudinis vlcerosæ, & lassitudinis factę ab exercitio: Si vero fuerit primo modo. s. ꝙ materia prędicta fuerit in venis, tunc nõ conceditur, vt sit cõtentus tali regimine, quoniam cũ eo dubitatur aggregatio vel ad-

uentus duarum rerum.s.aut expulsio eius, quod reperitur in venis ad partes ꝓximas cuti, & tunc ex hoc sequitur vehementia lassitudinis, & accidit ex hoc etiam horripilatio, & rigor, aut non expellitur illa materia ad partes cutis, sed mouetur, & trãsmutat vel alterat aliam ad ipsam, vel mouetur & alterat aliam in similitudinem, & accidit in ea putredo, & febris. Et prima quidem res adueniens est facilior, et minoris nocumenti, q̃ res secunda: & iterum aut cum tali lassitudine corpus est mũdum ab humore crudo, aut non: ꝙ si non fuerit mundum ab eo, tunc aut talis humor crudus est intra venas, aut extra ipsas, aut est in eis ambobus simul: & iam Auicenna dixit regimen vniuscuiusq; istarum diuisionum, cũ dixit aut extra eas, intelligitur aut extra venas tantum aut in modo ꝙ talis materia non solum est in venis, sed etiam extra venas, aliter non accideret lassitudo, quoniam materia, quæ est intra venas, est non sensata, non causans horripilationem, neque lassitudinem, neque tristem sensationem. SI humor causa efficiens: melius fuisset, vt dixisset, si materia causa efficiens, vt comprehenderet omnes materias istius lassitudinis, quoniam quandoq; accidit ex liquefactione adipis, & carnis, quæ non sunt humor. Et iã Auicenna ponit differentiam inter materiam illam existentem in venis, & existentem extra venas, & declarat talem differentiam multis modis, quorum vnus est fetor vehemens vrinæ, quando illa materia est intra venas, sed non est talis fetor, qñ materia est extra venas tm̃: & hoc ꝑꝑ duas rationes, quarum vna est, ꝙ quãdo materia est intra venas, tunc est multa, quia ipsa est intra venas, & extra ipsas, quare est malitia cõplexionis calida maior, & fortior, quare fetor fit vehementior: Secũda ratio est, ꝙ superfluitates venarum ex sui natura expelluntur ad vias vrinę, sed nõ sic superfluitates carnis, quæ sunt ꝓpe cutem: plurimum enim expulsionum ipsarum aut fit per sudorem, & materia istius lassitudinis est acuta, quæ qñ multiplicatur, causat absq; dubio augumentum fetoris in vrina. Et scias, ꝙ hoc non appropriatur fetori vrinæ, immo illud est cõmune colori, & substantię, & sedimini vrinæ, quoniam si superfluitates fuerint intra venas, tunc illud quod ex eis expellitur ad vrinam, causat alterationẽ coloris vrinæ, & substantiæ eius, & tunc secundum plurimum in ea est sedimen, præcipue si iam tales superfluitates fuerint digestę, sed non sic est, si fuerint superfluitates extra venas tantũ: Secundus modus distinguendi est ꝑꝑ dispositiones ciborũ prę̃teritorũ, quoniã si fuerint grossi, existimatur, ꝙ sint in venis, quoniam quod ex eis generatur est grossum, & est necessariũ, vt retineatur ex eo aliquid i venis ꝑꝑea, ꝙ illud difficulter egreditur ex poris. Tertius modus considerandus est dispositio consuetudinis in generãdo multas super fluitates in venis, aut paucas, & velocitatem expulsionis earũ ab eis, & necessitatem curationis: ꝙ si fuerit talis consuetudo, tunc existima, ꝙ sint in venis, aliter non: quoniam illud, quod existimatur, non iudicatur nisi secundũ ꝙ est secundũ plurimum. Consideranda etiam sunt bibita, an fuerint clara, & proprie subtilia, tunc existimetur, ꝙ materia sit extra venas tantũ: si vero fuerint grossa turbida, existimatur ꝙ cum hoc etiam sint in venis. NON cogites exercitare eũ, quoniã timetur, ne ab exercitio augeatur lassitudo propterea, ꝙ ipsum expellit, quod est in venis ad extra venas, & vltra hoc alterat, & permutat. Et ipsum exercitium etiam ꝓhibet digestionem eius, quod in venis existit, quoniam quies digerit, sicut somnus propterea, ꝙ calor naturalis in motu, & vigilia distribuitur ad exteriora, & spargitur ad motus, & in quiete, & somno calor naturalis congregatur ad interiora, & digerit illas materias.

Digestio vero, quę fit per famẽ, et abstinentiam cibi causatur ex hoc, quia qñ minoratur illud, quod de cibo aduenit, tunc natura magis se cõuertit ad rectificadũ illud, quod de plurima materia apud ipsam aderat. Inunctio vero ventris cum oleo, quã docet Auicenna, administratur, vt perueniat virtus digestiua super materiam: Debet autem fieri inunctio prędicta in vespere circa noctem, vt remaneat oleum super ventrem per totam noctem ꝑꝑ somnum, quod fit post ipsam, Cũ operatio naturę in nocte vel in somno circa ea quę debent remoueri, & expelli seu resolui, sit maior, q̃ in vigilia. Et intentio in balneo est subtiliare illas materias, & eas lenire, vt facilis fiat earũ digestio, & vt humiditate balnei frangatur acuitas materiæ. SECVNDVM conditionem, quam diximus.s.cõferentia balnei, & ipsum delectetur. CVIVS tamen chimus sit bonus, vt non multiplicentur illę superfluitates, & ne fortificetur illa materia in cõuertendo illas in sui naturam ꝑꝑea, ꝙ natura paruã de ipsis habet sollicitudinẽ. EX genere entiũ, quę sorbentur, vt sit facilis digestio, & non occupetur natura in digestione illius. IN quo non est viscositas, vt materia lassitudis non acquirat viscositatem, ꝑꝑ quã ꝓhibeatur a resolutione. NEQVE multum nutrimentum, vt non multiplicentur humores, & vt natura non occupetur cum eo. ET candarusium intelligitur hic aqua cãndarusij, & non ipsum candarusiũ, quoniam est grossum. Et candarusium quidem est frumentũ romanum, & est species frumenti, et est notum. ET ydromel, vt digerat, & ꝑꝑ illud oportet, vt declinet ad caliditatem paucam, quãuis materia sit acuta, quoniam digestio fit per caliditatem. Dubitatur an hoc sit verũ, si.n. ita esset, tunc vinum citrinum, & vinum rubeum, quia calidius, esset eis magis conueniens, q̃ vinum album, Dicendum, ꝙ est differentia inter vinum, & inter potus medicinales, quoniam tales potus medicinales non administeatur, nisi in pauca quãtitate, sed de vino maior quãtitas exhibetur, quare si administearetur aliqua species vini calidi, tũc noceret, quia sup̃flue calefaceret. QVOD parum declinat ad citrinum: Itentio ex hoc est, vt in eo sit caliditas pauca, quoniam vinum declinans ad citrinũ est magis calefaciens parumper, quàm album, sed non est magis calefaciens, q̃ omnis species vini citrini ita, vt digestio ipsius, & subtiliatio fortior sit: & non dixit qđ parum declinat, nisi, quoniam vinũ citrinum vel rubeũ multum calefacit. Alia litera habet illud in quo sit parũ acetositatis, sed talis littera non est vera, quoniã acetositas vini non causatur, nisi ꝑꝑ eius corruptionem: postea Auicenna gradatim post vinum citrinum administrat vinum album, subtile, quoniam prouocat absq; calefactione multa, quæ de ipso timenda sit, ne ex ea calefiat materia, & ꝓprie cum iam excusatur a digestione ꝑꝑ antecessionem vini declinantis ad citrinũ. HVMOR ibi adest, quoniam si non esset resolutus ꝑꝑ bonitatem regiminis. COGNOSCES per vrinam, quoniã dispositiones vrinę in colorę, & substantia, & odore sequuntur dispositiones eius, quod expellitur de humore, ex quo generatur talis materia, quoniam non generatur talis materia, nisi qñ humor est malus superfluens. AVT ex sudore, quoniam sudor sequitur dispositiones humiditatum existentiũ ꝓpe cutim. & secundũ plurimũ tales humiditates sunt expulsę a venis. ET dispositionem somni, & vigiliarũ, quoniã diuersificantur secundũ diuersitatem materierũ: distinctio autem vniuscuiusq; istorũ est secundũ proprietatẽ vniuscuiusq; humoris: quare scias illud ex his, quæ dicta sunt de signis. ERIT significatio mala, qm̃ remotio somni, seu prohibitio somni fit secundum plurimum a vaporibus malis mordicantibus. Et non est dubium, ꝙ præsentia vaporũ

Candarusiũ est species frumẽti græci, et est yd medium inter frumentũ notũ, & inter ordeũ, & similis ordeo excorticato.

acetositas vini.s. qđ in acetum cõuertitur

tia vaporũ huiuſmodi cũ regimine bono eſt mala, quia ſignificat materias rebeles operationi naturę. TVNC fac eum quieſcere, & da ei comedendum: Intentio omniũ horum eſt digeſtio humoris crudi, quoniã iſta magis digerunt: ET non des ei ad bibendum pp duas cauſas, quarum vna eſt, vt non ſpargantur, vel diffundantur illi humores, vnde corrumpatur complexio corporis: Secunda cauſa eſt, quia materia laſſitudinis acuta, & multa calefactio augeret mordicationem, & acuitatem materię prędictæ. SED da ei ad bibendum aliquid &c. quoniam incisio humoris præcipue crudi eſt ex eis, quæ pręparãt ad digeſtionem, quoniam paruificat partes, quare impreſsio operantis eſt poſsibilis ſuper eos. ANTE comeſtionẽ, vt velociter penetret medicina ſuper materiam, quam volumus digerere. AVT poſt ipſam, vt adiuuetur digeſtio cibi, vt non generetur ex eo humor crudus. AVT in tempore ſomni, vt caliditas intrinſeca in ſomno pueniat, vel occupetur ſuper digeſtionem. SI autem pro certo ſcies ꝙ humores &c. Sciendum ꝙ in hoc loco dixit, ſi autem pro certo ſciueris &c. & in alio loco dixit Auicenna, ꝙ ſi humores crudi dominantes eſſe exiſtimaueris, tunc regimen adminiſtratum illic non nocet, quaſi dicat ibi, ꝙ ſi iudicatur, & cum hoc non ſit res, ſicut creditur, tamen illud regimen cum digeſtiuis non nocet, quamuis nõ ſint illic humores crudi, ſed in hoc loco regimẽn adminiſtrandum eſt laxatio, vel mollificatio, & fricatio, & adminiſtratio calefacientiũ, quorũ virtus ad cutem peruenit: & hæc quidem non adminiſtrari debent, niſi quando ſcitur non exiſtimatiue, ſed certitudinaliter, ꝙ humor crudus eſt extra venas. aliter vero nocumentũ faceret, quoniam augeret materiam laſſitudinis. SED in radicalibus contineri membris: Intelligit per hoc lacertos, qui ſunt radicales in dolore laſſitudinali, & talia membra ſunt lacerti, & caro, & cutis: & non intelligit per radicalia mẽbra illud, quod in alio loco intelligitur. ſ. membra ſpermatica, quoniam caro non eſt membrũ ſpermaticũ, & quoniam humor crudus ſi eſſet in aliis membris diuerſis ab iſtis, non perueniret virtus fricationis ad ipſa, quare non perueniret intentio. ſ. digeſtio ipſius, & eius ſubtiliatio.

Qualiter laxatiua digerit materias.

PROPRIE in matutinis, quoniam ſuperfluitates tunc iam [ſicut ſunt digeſtæ, ita] earum reſolutio cum fricatione eſt facilior. CVM oleis laxantibus vel mollificantibus pp multas cauſas, quarũ vna eſt mollificatio cutis, vt facilis ſit reſolutio illorum humorum: Secunda cauſa eſt ſedatio doloris laſſitudinis: Tertia cauſa eſt digeſtio illorum humorũ crudorũ, quoniã illa olea ſunt calida, & oportet quidem, vt adminiſtrentur calefacientia, vt perueniat virtus eorũ ad intra cutem, & ſit eorum digeſtio, & mollificatio, & lenificatio maior. ET iniunge ei quietem longam, quoniam humor, qui hic indiget digeſtione, eſt humor longiquus ab interiori parte corporis, quæ para interior eſt locus digeſtionis. ET da ei ex diacalamento, quoniã humor crudus exiſtens extra venas eſt remotus, vel longiquus a medicinis adminiſtratis ab intra, quare oportet, vt tales medicinæ ſint fortis operationis, vt ſit poſsibile, ꝙ virtus earum remaneat in penetratione ipſarum, quouſq; perueniant illuc. ABSQVE timore, quoniam fluxus humoris ad illum locum, & eius ſparſio nõ ſunt timenda, ſicut quando humor eſt in venis, quoniã qñ flueret humor in venis, & agitaretur ex diacalamento, tunc talis humor commotus in venis non haberet viam penetrandi extra venas propter ſtricturam porrorum venarum, vnde ex hoc ſequeretur corruptio humorum conuenientiũ. SED tamen oportet, vt ſit ante comeſtionem, quoniam eſt cauſa, ꝙ penetrat illuc velociter: Diacalamentum enim pp fortem calefactionem ipſius, qñ adminiſtratur poſt cibum, facit ipſum penetrare ante horam, & multiplicat humorem crudum. ET ante exercitium, vt exercitium adiuuet ad velocem penetrationem ipſius commouendo materias prope cutem, quare illuc perueniat virtute ipſius adhuc non confracta vel diminuta ex actione vel alteratione facta ab interiori corporis ſuper eam, & complexio etiam poſt exercitium eſt inflãmata pp calefactionem, quam cauſat exercitium, quare pp hoc ꝓhibetur tunc adminiſtratio calefacientium, & proprie fortium, ſicut eſt diacalamentum: Nam ſi ipſum adminiſtratur poſt exercitium, tunc inter ipſum, & inter cibum non eſt diſtantia temporis, quoniam cibus nõ multum poſtponitur, vel tardatur ab exercitio, quare ſi diacalamentum exhiberetur poſt exercitium, omnia ſimul miſcerẽtur, & ſic a cibo debilitaretur impreſsio, & operatio ipſius diacalamenti. QVOD ſit vehementer penetratiuum, vt non faciat penetrare cibum indigeſtum, vnde multiplicentur ſuperfluitates. RES modica, vt per eã aduentat digeſtio abſq; penetratione rei indigeſtę. AVT diacitonidem, quoniã eius caliditas eſt minor. PERMIXTIS cũ cera cũ volueris, vt talia diu morentur ſuper membra, vt ſit eius operatio fortior. AVT cõfortetur. ſ. qñ volueris augere calefactionem, & hoc qñ certificatus fueris, ꝙ humor crudus fuerit extra venas. CVM autem ſciueris humores ſuple crudos. ESTO de maiori ſolicitus: Iſte canõ eſt cõmunis oĩbus ægritudinibus. PRIVS intende ideſt prius intende, ꝙ fiat digeſtio cum diapipereon, quoniam non nocet vnum amborũ: Diacalamentum vero nocet, quando humores fuerint intra venas, & diaciminũ quidẽ eſt in virtute diapipereon. PARVM diacalamenti: intẽtio additionis, vel mixtionis diacalamẽti eſt conſideratio humorũ, qui ſunt extra venas, quoniã iuuamentum diapipereon, & diacimini in eis eſt parum valde. EX eo quod accepit de diacimino, & diatriumpipereon, quoniam potio amborũ cum eo, quod additur vel miſcetur de diacalamento, eſſet vehementis calefactionis, quare fieret nocumentum in humoribus, qui ſunt intra venas, ſicut nocumentum diacalamenti puri. Sed qñ gradatim augetur quantitas diacalamenti, & minorata fuerit quantitas aliorũ duorum, tunc conceditur adminiſtratio diacalamẽti puri, quoniam humores, qui ſunt intra venas, iam tũc ſunt digeſti, & expellitur maior para ipſorum extra venas expulſione facta a natura, quare tunc regimen adminiſtrandum erit regimen humorũ crudorũ, qui ſunt extra venas tantum. ILLOS vero, in quibus duæ res coniunguntur. Quòd ſi dicatur, ꝙ ſermo nunc eſt de regimine illorum, in quibus aggregantur duę res, quę igitur eſt vtilitas ſermonis, videlicet illos vero, in quibus aggregantur vel coniunguntur duę res &c. cum hoc regimen ſupradictũ fuerit: Dicendum, ꝙ intentio hic eſt ponere regimen illorum, in quibus coniunguntur duæ res, & non acciderit humori crudo exiſtenti in venis, ꝙ aliquid eius expulſum fuerit extra venas, ſicut accidit in eis, de quibus ante dictum eſt, quibus gradatim adminiſtratur diacalamentũ cum diacimino: Sed iſti, de quibus nunc eſt ſermo, oportet vt alienent regimen prędictum, vt non attrahantur humores, qui ſunt extra venas ad intra ipſas, ne augeatur illud, quod eſt in venis. Sed circa hoc, quod dicit Auicenna, ꝙ oportet, vt iſti alienent illa, quę vehementer attrahunt ad extra venas, dubitatur, quia illa videntur eis conferre, quoniam quando attrahitur humor prædictus ad extra venas, facilis fit ipſius reſolutio, & minoratur malitia: Reſpondetur, ꝙ Auicenna vult, ꝙ fiat illud, qñ materia eſt digeſta, ſed antequã ſit digeſta, non vult, quòd fiat illud, tunc enim non poſſunt attrahi ad exteriora illi humores totaliter, immo

Alia litera sunt cõpiose digesta quare.

non potest attrahi, nisi illud, quod ex eis est subtile, quare tunc relinquitur grossum ipsorum, & difficilis fit eius digestio, & resolutio. QVA propter nō cito vomitum, quoniam vomitus, & ventris solutio attrahunt ad interiora. NEQVE etiam exercitea eos, quoniam exercitiū attrahit ad exteriora. Quòd si dicatur, quare est, ꝙ prohibetur festinatio ad vomitum, & ad solutionem vētris ante incisionem, ante subtiliationem, sed exercitium prohibetur absolute? & oporteret, vt res esset econtra propter duas rationes, quarū vna est, ꝙ motus istorū humorum ad exteriora est minoris nocumenti, q̃ motus ipsorū ad interiora: Secūda ratio est, ꝙ isti humores, qn̄ sunt digesti ex administratione incisiuorū, & subtiliantiū, tūc resolutio ipsorum ab extra conuenientior est, q̄ motus ipsorum ad intra: Dicendum, ꝙ licet ita sit, tamen exercitium cum istis humoribus nocet, quāuis sint digesti, qm̄ natura de se retinet humores. exercitium vero potest dominare, vel vincere naturā in hoc ita, vt sequatur ꝙ possit extrahere eos ad extra: Immo qn̄q; ipsum exercitiū diffundit, vel spargit illud, quod est in corpore, vel in interius, quare augetur ipsorum nocumentum, sed non sic operatur vomitus, & ventris solutio, quoniam ambo sunt fortia in superando naturam, ꝓhibendo, ne retineat humores, quoniam ambo. s. vomitiuum & solutiuū mouent humores ad locum, vbi est eorū euacuatiuum, vel solutiuum, quare conceditur administratio amborū post digestionem, & non conceditur administratio exercitij post digestionem: & ex hoc apparet, ꝙ exercitium non conceditur hic, nisi post expulsionem humorū crudorum ad loca extra venas, & ꝙ vomitus ante digestionē hic est magis nociuus, q̃ ventris solutio, quoniam vomitus non potest expellere eos vel eos extrahere, sed bene mouere, & agitare, ex qua agitatione magnificatur nocumētum. ventris autem solutio extrahit aliquid eius, absq; ꝙ moueat reliquū motu laborioso, quare nocumentū solutionis ventris ante digestionem est minus, q̃ nocumentū vomitus. QVANDO autem lassitudo quieuerit: hoc quidē non fit, nisi post resolutionē materię causantis lassitudinem, aliter enim non quieta vel sedata esset, & post cōpletam digestionem crudi, aliter vrina non appareret digesta, & talis sedatio lassitudinis non fit etiam, nisi post mundificationem corporis ab humore crudo, aliter enim non melioraretur color, quoniā humores crudi, quamuis sint digesti, tamen de necessitate alterant colorem a rubedine sua ad albedinem ipsum declinando magis, dum ex illo humore remanet aliquid: fricationem autem multā administrat, vt resoluatur, quod forte remansit in carne, & reliquū quod de lassitudine, & de humore crudo: pauco etiam exercitio debet exercitari, vt non iam sit remansum aliquid ex illis reliquijs, quarū impressio non apparet ꝑꝑ earū paucitatē: verū qn̄ super eas fit motus plurimus, tunc sparguntur, vel diffunduntur in corpore, & alterant alia ab eis ad sui naturam, quare multiplicantur, & apparet earum impressio, & reuertetur res prima vel dispositio prima. ET considerabis: Intentio istius experimenti est, vt sciatur, an remanserint reliquię materiæ lassitudinis, aut humoris crudi, aut nō remanserit. Et vtilitas istius considerationis est, vt sciatur, qn̄ conceditur vsus consuetudinis in moribus, & in alijs. SI aliquid ęgritudinis: Sciendum, ꝙ ex hoc, ꝙ dixit aliquid ęgritudinis, & non dixit aliquid lassitudinis, est subtilis cōsideratio: Nā ideo Auicenna dixit aliquid ægritudinis ex hoc, ꝙ per ægritudinem hic intelligit duas res. s. lassitudinem, & dominium humoris crudi, & quodlibet amborū possibile est remanere in corpore, & causat reuersionem eius: & ꝑꝑ hoc dixit aliquid ęgritudinis, vt complecteret duas res. ET in fine rei addes in virtute oleorū, vt fortis fiat resolutio, & non administratur hoc in principio rei, quoniam materia lassitudinis vlcerosę est vehemēter acuta, & virtus istorum oleorū auget acuitatem materiæ, quę non tollerari potest. ET si absque vlceroso sensu: hoc quidem fit, qn̄ de materia remanet residuum aliquid vacuū ab acuitate, & exercitium reditionis resoluit illam materiam: & si permixta fuerit significatio mundificationis corporis ab humore cum significatione priuationis mūdificationis prędictę, tunc adhibe quietem, quoniam cum digestione eius non timetur ex ea. Cum motu vero non est securitas ab agitatione, vel commotione materię lassitudinis, si remanserit ex ea aliquid: Et non dixit sine sensu vlceroso, nisi quoniam cum apparitione est significatio priuationis residui materię. LASSITVDINIS aūt extensiuæ: hic consideratus de cura lassitudinis extensiuę per se venientis: Iam autem dictum est, ꝙ lassitudo extē siua accidit aut a ventositate, aut ab alia materia: & plurimum eius est materia sanguinea. Dicamus ergo, ꝙ hęc lassitudo eueniens per se est longinqua ab hoc, vt sit eius euentus a ventositate, quia ventositas contenta in musculis nō accidit, nisi a caliditate faciente ipsam, & diminuta a resolutione completa; & secundum plurimum accidit ista caliditas ex motu. Materia igitur lassitudinis extensiuę per se venientis secundum plurimū est materia sanguinea, multa valde, aliter non accideret tensio omnium lacertorum corporis, cum mouens illam materiā non sit ab extra: non enim est motus attrahens eā ad lacertū, absq; hoc ꝙ sit ipsa multa, quæ est repletio, neq; est ista materia mala, aliter accideret ab ea lassitudo vlcerosa: aut si talis materia esset maligna, acuta, tunc ipsa non causaret tensionem, cum qua fit ista lassitudo extēsiua, sicut prius declarauimus. Cum ergo ita sit, sufficit in cura ipsius lassitudinis extensiuę remouere vel abscindere materiā eius; & ipsa quidem lassitudo extensiua aut est in corporibus mundis, qui sunt in dispositione sua, sicut oportet, aut nō sunt: ꝙ si fuerit primum, sufficit in cura eius incisio, & subtiliatio, qm̄ hæc materia in istis corporibus est pauca, quare est possibile, vt tota resoluatur ex cute cum regimine lassitudinis euenientis ab exercitio: Si vero fuerit secunda, necessaria est flobothomia, & subtiliatio regiminis, quoniā illa materia in eis est multa. APOSTOMOSAE aūt medicatio est succurrere uel festinare in cura cū flobothomia propterea, ꝙ dictum est, ꝙ materia eius est sanguinea, quę PERTInet membro in quo est, sicut qn̄ est lassitudo in superioribus partibus plus, aut illic prius apparuerit, flobothomet cefalica: Si vero fuerit illa in inferioribus, flobothomet basilica, uel safena. SI iter mēbra nō fuerit inęqlitas. i. in pluribus lassitudinibus in sui principio. ILLICO cum apparet. s. lassitudo, quoniā in diebus vel post dies non conceditur, nisi qn̄ sanguis est valde multus, & non festinet tunc ad flobothomiam ꝑꝑea, ꝙ lassitudo est confirmata. ET in die secundo & tertio, & flobothometur etiam in vespere, quoniam cibus diei est digestiuus, quare non timetur debilitas ex reiteratione flobothomiæ. VT sit eius nutriens in die primo: subtiliatio quidem regiminis in die prima fit, quoniam sanguis adhuc est multus, & sorbitio nūc oportet, vt sit sine oleo, quoniam oleum multiplicat nutrimentū. Et oportet, vt sit non frigidus valde, Immo sit sicut aqua ordei, aut sorbitio de candarusio, vt in ea sit digestio. Debet autem cōtentari eo, sicut aqua ordei, si fuerit illic febris, quoniam febris ꝓhibet multiplicationem nutrimenti. In die vero tertio cibus debet esse grossior, q̃ prius fuerit, & frigidior, sicut cibus vel ferculū factum ex lactuca, & ex cucurbita, quoniam sanguis tunc est diminutus, & necessi-

tas

tas digestionis iam est diminuta, quare remanet necessitas extinctionis sola pp caliditatem. In die vero secundo sit illud cum oleo infrigidante, aut temperato, vt declinet ad cibos frigidos. A POTV aquæ frigidæ, quoniam intentio est digestio: aqua autem frigida incrudat. AVT vinum album subtile, aut vinum aqua permixtum. Intentio huius est, q nõ exhibeatur aqua sola, ne incrudet. Sciendum ex hoc, q si dies secundus dignior est, q in ea non administretur aqua sola, multo magis erit dies primus conueniens, vt aqua sola non administretur, cum necessitas digestionis maior sit in die primo. vinum vero album administeatur, vt sit minus calidum, quoniam in die secundo indiget infrigidatione: Et tale vinum debet esse subtile, vt fiat eius pnetratio velocior: Et debet esse permixtum aqua, vt sitis sedetur. TRIBVAS quantũ necessarium: hoc regimẽ est cõmune in omni euacuatione, sed in istis maxime conuenientius, quoniam in eis magis est cauendum a repletione membrorum, quoniã ęgritudo ipsorum est illa. Et Auicenna hic non dixit regimen lassitudinis arefactiuę, quoniam regimen eius non diuersificatur a regimine lassitudinis factæ ab exercitio, & iã precessit sermo ipsius.

Capitulo.xvii. de regimine corpõrum, quorũ &c.

Melius quidẽ est, ut dixisset in rubrica ista sic. De diuisione corporum, quorum complexio non est bona. In hoc enim capitulo non dicet regimen istorum corporum.

Doctrina tertia capitulo primo de regimine senum in vniuersali.



IAM sciuisti, q sanitas, & virtus nõ existit, nisi cum temperata complexione. Et sicut complexio est magis temperata, ita virtus, & sanitas est magis perfecta: Et quanto complexio est magis remota a temperamento complexionis, tanto res est econtrario: Et propter illud oportet, q medicus in regimine ętatũ solicitus sit in ęquãdo vel temperando complexionem. Senum autem complexio frigida est, & sicca, longinqua a temperamento. Et cum latus eius. s. frigiditatis, & siccitatis sit contrariũ vitę, quare oportet, vt talis complexio contemperetur. Contemperantia vero talis non fit, nisi cum contrario, quare regimen ipsorum fit propter illud, quod calefacit, & humectat. Et oportet, vt calefaciens non sit multum calefaciens, aliter enim augeret siccitatem, vnde sequeretur etiam augumentum in frigiditate: Caliditas enim naturalis non consistit, nisi per humiditatem: & quia virtus senis est debilis, & omne corpus, quod sic habet virtutẽ debilem, generat multas superfluitates propter defectum illius virtutis a regimine cibi, & a resolutione superfluitatum. Et hoc quidem indiget adiutorio medicinarum facientium illud, quapp oportet, vt medicus ingenietur in extrahendo superfluitates corporis senis a stomaco ipsius, & ab intestinis, & vesica eius, & ab aliĵs. Et ex summa eorum, quibus indigent ad hoc, est motus plurimus, vt resoluantur superfluitates, & viuificetur caliditas: verum quia ipsi sunt debiles, et deficiẽtes a motu forti, Ideo oportet, vt ipsi vtantur equitatione, & ambulatione, si possunt eam facere. PER viam intestinorum, quoniam grauitas humoris ipsorum causat declinationem huiusmodi humorum ad inferiora, & difficilis est eorum euacuatio per vomitum. FRICANDVM semel, aut bis redeundum, vt viuificetur caliditas.

Capitulo secundo de nutriendis senibus.

SEnes quidem indigent multo nutrimento pp humectationem, & fortificationem, vel confortationem. Et virtus ipsorum digestiua est debilis pp dominiũ frigiditatis, & siccitatis, quę ambo contrariantur complexioni confortanti digestionem: & pp illud oportet, vt cibus, quem administrant, vel assumunt, sit paucus, vt fortis sit virtus super digestionem eius, quare oportet, vt cibus senis sit paucæ quantitatis, & multi nutrimenti: & oportet, vt assumatur separatim multis vicibus, vt virtus possit eum digerere: & oportet vt incipiat primo comedere panem, & mel, vt abstergat stomacum, & mundificet ipsum, atq; eum calefaciat, & dissoluat superfluitates, & præparet ipsum stomacum ad digestionem cibi multi: Et oportet, vt panis sit bene factus bono artificio, & bene coctus, & salitus moderate, vt sit velocioris digestionis: postea in hora septima assumat illud, quod lenit naturam, quoniam flegma tunc est subtiliatum, & tenue pp causam mellis, & iam panis ille est digestus: & intentio per hoc est mundificare vel remouere superfluitates, vt membra recipiant plus de nutrimento apud horã noctis. Et istis lenientibus ventrem indigent illi, quorũ natura seu venter est stipticus: Sed illi, qui habent ventrem obedientem, excusantur ab istis lenientibus. POST balneationem: In hoc dicto est dubitatio, quoniam lenitio naturæ oportet, vt pręcedat balneum: & intentio balnei est resoluere superfluitates, & humectare corpus, & ipsum disponere ad nutrimentum. CIBVM laudabilis nutrimẽti: pro hoc intelligit cibum, qui est fundamentum nutricationis: iuxta noctem vero exhibet talem cibum, quoniã digestio in nocte fit fortior pp longitudinem noctis, & frigiditatem aeris, & priuationem motuum: & tunc illud, quod est assumptum, iam descendit a stomaco. Et in corporibus quidem senum multiplicãtur flegma, & melancolia. Et flegma multiplicatur pp debilitatẽ digestionis, et pp dominiũ terrestreitatis sup eos multiplicat melãcolicus hũor: et pp hoc oportet, vt senes alienẽt ea, q generãt tales hũores. ACVTO desicatiuo, ut nõ supfluat siccitas ipsorũ. ET lac in alchuamich est species alchuamich acuti. ET apium confert eis, puocando vrinam, & aperiendo, & digerendo. ET fuerint consueti qñ enim non fuerint consueti, nocet eis pp ascensionem allei, & ipsius euaporationem. IVVANTVR cũ eo propterea, q confortat caliditatem ipsorum, & propter eius puocationem, & apertionem cum muri, & oleo, vt succurratur debilitati stomaci, quam causat lubleb.

Capitulo quarto de aperiẽdis opilationibus senum.

SEnibus accidunt multę opilationes pp grossitiem humorum ipsorum, & terestreitatem: & pp hoc humores in eis sunt magis nigri, & melancolici, q in aliĵs: & oppilationes etiam in eis multiplicantur pp multam generationem flegmatis viscosi in eis pp diminutam digestionem, QVAE ex vini puenit potatione pp sui subtilitatem, quare opilatio, quæ ab eo causatur, faciliter curatur pp velocem eius digestionem, & resolutionem.

Capitulo quinto de fricatione senum.

OPortet &c, vt resolutio, & calefactio temperata absq; superflua exiccatione. DEBILIA cũ ea tãgantur, vt non ad ea attrahantur superfluitates pp

calefactionem factam cũ fricatione, & proprie qñ superfluitates in eis sint multæ. ET si fricatio vices. s. si indigent vicibus multis propter abundantiam superfluitatũ.

Capitulo sexto de exercitio senum.

CONuenientia, & iuuamentum exercitiorum istorũ nõ est appropriatum senibus, Immo omnibus ętatibus: Quantitas exercitiĵ administrari debet secundũ corporũ dispositionem, quoniam corpus indigẽs superflua resolutione fit cũ exercitio superfluo, neq; timetur ex motu temperato debilitas virtutis eius, neq; malitia complexionis, sicut timetur in patientibus lassitudinẽ arefactiuam ita, vt ipsi indigeãt, ꝙ exercitium in eis minoretur, & administretur exercitium debile. Et pp illud exercitium conuenientius in corpore temperato est exercitium eius temperatum in quantitate, & qualitate, vt calefactio, & resolutio ipsius exercitiĵ sit secundum quantitatem moderatam, vt non alteretur a dispositione cibi aliquid. NISI sit aliquid quod prohibeat, sicut ægritudo vnius extremorum. HAEC membra. s. debilia IN aliĵs ętatibus: Senes præcipue excluduntur, & ꝓhibẽtur a motu membrorũ debilium cum gradatione, vt fortificentur illa mẽbra, quoniam hoc administratur in omnibus ętatibus, nisi in senectute: sed concessio vel licentia ipsius est in omnibus aliĵs ętatibus, quoniam resoluit superfluitates illius membri, quare sequitur ad ipsum augumentũ virtutis: Priuatio vero licẽtię ipsius in senectute est, quoniã membra ipsa sunt debilia in radice, cũ ergo accidit cuidã eorum debilitas cũ ęgritudine, iam efficitur illa debilitas in vltimo: Multa autem debilitas disponit membra ad receptionem superfluitatum, sed quia in ipsis senibus superfluitates sunt multę, quare qñ calefit illud membrũ debile, & si calefactione leui calefiat, attrahuntur ad ipsum superfluitates, quę faciunt euenire apostema, & ægritudines repletionales, sed non sic est in reliquis ætatibus, qm̃ debilitas membrorum ipsarum non peruenit ad hunc terminum, quare conceditur eis gradatio membro ipsorum debilium ad exercitium, vt fortificentur. Motus vero mẽbrorum laboriosus absque gradatione non conceditur in aliqua ætatum.

Doctrina quarta capitulo primo.

IN hac doctrina princeps Auicenna refert regimen complexionis non temperatę simplicis calidę, & frigidę, & non dicit regimen complexionis humidę, neq; siccę, quia regimen humidæ est ꝓximum regimini infantium: Regimen vero siccæ est proximum regimini senum. SCIEMVS ꝙ caliditatis augumentum: Sciendũ ex hoc, ꝙ ęgressio vel lapsus complexionis a temperamẽto ęgressione simplici non est superflua, aliter sequeretur, ꝙ talis egressio a temperamento est composita, quoniã ad caliditatem superfluam consequitur siccitas, & ad superfluam frigiditatem consequitur humiditas: Cum ergo ita sit, sequitur, ꝙ regimen complexionis lapsę a temperamento simplicis facilius est, q̃ regimen complexionis lapsæ compositæ. MELIORABITVR ppea, ꝙ caliditas iuuentutis resoluet illam humiditatem parũ post parum. COMPLEXIONEM habentes calidã: Immo habentes omnem complexionem lapsam a temperamento lapsu simplici, vel composito. REDVCENDI eos ad ęqualitatem: permutatio quidem complexionum est difficilis valde, & non est possibilis, nisi in tempore valde longo, quoniam non fit, nisi cum contrario occurrente corpori, quod quidem contrarium aut est forte, aut debile: ꝙ si fuerit forte, tunc est contrarium naturę illius corporis causans in eo ęgritudinem: Si vero tale contrariũ fuerit debile, tunc ipsum non imprimit in corpus impressionem, de qua sit curandum, nisi reiteretur multotiens. et hoc quidem non fit, nisi in tempore longo, quia iudicium reiterationis factæ in breui tempore est iudicium eius, quod est forte absq; reiteratione, sed vice vna, & breui tempore, qñ ad quodlibet amborum sequitur alteratio illius corporis subito, quod quidem est horridum, & contrarium naturę: sequitur ergo, ꝙ illud non est possibile fieri, nisi gradatim, & in longo tẽpore. Et hanc quidẽ meliorationẽ vel permutationẽ complexionis ad melius non consequuntur homines, nisi qui sunt ociosi viuẽtes tranquille ita, vt eis non accidat aliquid in aliqua hora ꝓhibens vel obuians meliorationi prædictę. Regimen vero conseruans complexionẽ in sua dispositione leuius est, & facilius, q̃ regimen reductiuũ vel meliorratiuum complexionis supradictum. Et tale regimen conseruatiuũ apud medicos notum est, & famosum, ꝙ fiat per simile. Et demonstratio ipsorum super hoc est, ꝙ res non patitur a simili: Et si non patitur a simili, necessarium est, vt cum regimine simili remaneat res in sua dispositione, quoniam si permutaretur ab ea, tunc iam passus esset a re simili, & in omnibus istis est consideratio. Sermo autem eius, qui dicit, ꝙ res non patitur a suo simili, non est totaliter verus, quoniã si corpori lapso extra temperamentum superueniat simile, tunc fiet qualitas omnium aggregate in eo fortior, q̃ qualitas vniuscuiusq; earũ de per se. & sequitur ex hoc, ꝙ caliditas, quæ est in corpore, aut frigiditas iam est augumentata, quare corpus iam erit passum, & non remanens secundum dispositionem primam. Sermo autem, qui dicit, ꝙ regimẽ conseruatiuum corporis lapsi a temperamento oportet, vt fiat per simile, est sermo falsus per experientiam, & p demostrationem. PRIMVM quidem declaratur duobus modis, quorũ vnus est, ꝙ in corpore sequitur alteratio ab eis, quę illi superueniunt: Secũdus modus est, ꝙ absq; dubio corpus calidum est pręparatum, vt calefiat, & frigidum est dispositum, vt infrigidetur: & similiter corpus humidum, & siccum quodlibet eorum est dispositum qualitati sibi consimili: & iam ꝓbatum est, ꝙ dispositum ad aliquod a qualibet leui causa potest euenire, & causari: cum igitur ita sit, sequitur, ꝙ qñ complexioni calidæ superuenit corpus calidum, & si cum caliditate minori, q̃ sit eius caliditas, calefit ab eo sine dubio: & similiter dicatur de complexione frigida, & humida, & sicca. Per rationem vero demonstratur, quoniam omnibus corporibus lapsis a temperamẽto sicut calidis, & frigidis, qñ superuenit qualitas similis qualitati ipsorum, fit in eis nocumentum ab illa qualitate, & qñq; pp illam egrediuntur extra sanitatem. POST digestionem cibi primi, idest cibi, qui administratur ante balneũ. CIBI secũdi, idest illius cibi, qui administretur post balneũ.

Verum cõseruatio a nicaru cõseru. s. suo simili.

Capitulo tertio.

ISTI autem ad hoc sunt &c. vehemens receptio rei alicuius est dispositio, vt illa res aduentat, & in aduẽtu rei dispositę cũ qualitate sua sufficit quęlibet cã: & pp illud oportet, vt regimen eorum, qui vehementer recipiunt ęgritudines, sit eo modo, ꝙ eorũ dispositio rectificetur, donec remoueatur illa dispositio: Et corpus quidẽ vehementer recipit vel incurrit ęgritudines suę pp cãm extrinsecã, aut intrinsecã, exemplũ primi est, sicut ille, qui existit in aere pestilẽtiali: huiusmodi. n. corpus est dispositũ ad incurrẽdũ ęgritudines ꝓportionales pp corruptionẽ aeris illius, quamuis corpus ipsum sit sanum in vltimo: sed hæc in veritate non dicitur pręparatio, neq; dicitur, ꝙ

hoc

hoc ꝓueniat pp præparationem corporis prædicti, immo attribuitur, & dicitur, ꝙ ęgritudo illa, quæ accidit, causetur pp fortitudinem agentis. Corpus vero, quod incurrit vehementer ægritudines pp causam intrinsecam sic est dispositum aut pp membra corporis sui, aut pp humiditates, aut pp spiritus eius, cũ ista sint partes corporis: pp mẽbra quidẽ est sicut dispositio hominis habentis spatulas allatas, collum longũ, vel eminentem, & pectus strictũ, & declinans ad interiora: talis omnium homo est dispositus, vt sibi aduentat pthesis: Sed pp spiritus est sicut dispositio eius, cui diminuti sunt spiritus pp euacuationem aliquam, aut multam resolutionem, & pp alia similia, & corpus habens talem diminutionem spirituum est dispositum ad ægritudines pp debilitatem, & defectum a bona operatione in cibo, & superfluitatibus eius: Dispositio vero pp humiditates est, quoniã ipsę sunt extraneę præternaturales, aut in qualitate, aut in quantitate ipsarum, aut in ambabus simul. Quòd si dicatur, ꝙ dispositio prædicta qñq; fit pp corruptionem substantiæ ipsarum, & non pp vnam istarum i. & non est pp quantitatem, neq; pp qualitatem ipsarũ, quę dispositio supra fuit nominata: Dicendum, ꝙ corruptio substantiæ non imaginatur esse, nisi qñ qualitates eius sunt corruptę, quare illa corruptio substantię humiditatum ingreditur in corruptione qualitatum ipsarum, quia cũ corruptione qualitatum earum qñq; est corruptio etiam substantię ipsarum, & qñq; non est, sed dispositio corporis ad incurrendum ægritudinem pp qualitatem humiditatum est aut quia quantitas earum est multa, aut pauca, cum quodlibet amborũ præparet corpus existens in sanitate sua ad ægritudines. Et dispositio quidẽ prædicta pp qualitates humiditatũ est, ut qualitates suæ sint p̃ternaturales: uerũ plurimũ illarũ ĩ dispositione sanitatis sunt pp hãc cãm, ꝙ ipsę sunt crudę. et pp illud dixit Auicẽna: Isti aũt ad hoc sunt parati aut pp repletionem ipsorum, aut pp humores crudos in eis: & rectificatio quidem humorum crudorũ iã prædicta est supra de lassitudine, & capitulo de regimine eius, qđ comeditur & bibitur. Et pp illud Auicenna contentus est dicere regimen repletionis tantum.

ET humorum quantitas est temperanda cum ęqualitate quantitatis, hoc quidem regimen nõ fit cum eis, quę sunt sicut euacuationes factæ per uomitum, & flobothomiã, et solutionem ventris, & alia ab his, quoniã sermo eius est de eo, cui accidit illud in dispositione sanitatis completa, in qua non est nisi modica repletio: Et erat quidem conueniens, vt diceret Auicenna est temperanda cum minoratione quantitatis cibi, quoniã sermo hic est de regimine corporum repletorum. ET augumento exercitij &c. Intentio multiplicationis vel augumentationis exercitij, & fricationis est diminuere repletionem cum augumento resolutionis associatæ minorationi cibi. Et fricatio quidem est adiuuãs ad resolutionem, qm̃ ipsa aperit oppilationes, & porros, vnde materię recipientes resolutionẽ inueniũt vias latas. Oportet autem, vt talis fricatio sit lenis, qm̃ fricatio dura inspissat cutem, vnde minoratur resolutio. Et oportet, vt fricatio sit aspera, vt aperiat porros: & talis fricatio facta ante balneum causat augumentum resolutionis, quando mora in aere balnei est maior: quando vero erit econtra, tunc illa fricatio erit humectans, quia disponit porrositates; vt in eis penetret aqua, pręcipue quando post ipsam administratur tina balnei. Et scias, ꝙ administratio balnei non conceditur istis, si repletio fuerit superflua, quoniam timetur ex ea aduentus febrium pp commotionẽ humorũ, & putredioẽ ipsorum. VSVM habuerint idest consueuerint, ut nõ timeatur aduentus ęgritudinis in eo subito ppea, ꝙ res diuersa a consuetudine occurrens corpori disponit ipsum ad ægritudines. ET vt cibus eis p̃tatur, vt securus sit a nauseatiua facietate, qm̃ est dispositus ad nauseatiuam facietatẽ pp moltas humiditates in eis. POST horas quatuor diei eq̃les: hic Auicẽna mẽsurat tẽpus comestionis cũ huiusmodi horis diei equalibus, qm̃ cũ huiusmodi horis nõ est diuersitas, sicut in alijs horis obliquis. s. lõgioribus uel breuioribus. IN capite: causa est præmissio cibi ante balneum propter multitudinem vaporum elleuatorum vel ascendentiũ, quos cõmouet balneũ. CVM ambulatione, quia ambulatio ẽ ex eis, q̃ suo motu attrahũt mãs ad iferiora.

Capitulo quarto de impinguando macrum.

HOmines qdẽ indigẽt, vt ab eis remoueaĩ macies pp multas cãs, quarũ una est debilitas ĩ motibus, qm̃ macri sũt debiles ĩ motu, et illis nõ debẽt adhiberi motus resoluẽtes: Secũda cã est, qm̃ macilẽti vehemẽtius ledunĩ a calore, et a frigore, qm̃ macilẽtis mẽbra ipsorũ radicalia sunt discopta aeri, quare impssio in eis a calore, et frigore est maior: Tertia cã est, qa prędicti macilẽti uehemẽtius patiũĩ ab occurẽtibus ex obuiãtibus, sicut in casu, et ꝑcussione, qm̃ illa obuiãtia sunt dura, & nocumentũ eorũ superuenit mẽbris radicalibus macilentorũ corporũ: Quarta cã, qm̃ huiusmodi corpora macilẽta ęgrotatiua debilia parũ dormiũt, qm̃ ipsorũ corpora sunt sicca, qr̃ in eis multiplicanĩ vigiliæ: Quinta cã est vehemẽs nocumẽtũ ab eo, qđ resoluit, sicut lõga mora in balneo, et alia ab istis, qm̃ humiditas eius est pauca, qr̃ illud, qđ ab eis resoluiĩ ꝑ cõparationẽ ad illud, qđ remanet ĩ corpore, est valde multũ: Sexta cã est pauca tollerãtia famis, & hoc qdẽ nõ est cõe oĩbus macilẽtis, qm̃ macilẽtia qñ fuerit pp acuitatẽ sanguinis, et ppea ꝙ natura abhorret talẽ sanguinẽ ita, vt sanguis p̃dictus remaneat in venis, tũc patiẽs talẽ dispositionẽ est fortior ad tollerandũ famẽ, q̃ corpus pingue: Septima ratio est pp occasiõa plurima, quę faciũt accidere putredinẽ pp duas rationes, quarũ vna est pp dominiũ colorę in istis macilentis, quoniã secundũ plurimũ macilenti sunt calidi colerici. Secũda ratio est multa retentio sanguinis in venis ipsorũ propterea, ꝙ membra ipsorũ parũ cibantur ex isto sanguine, qui qñ multiplicaĩ, accidit ei putredo pp duas causas, primo quia caliditas naturalis parũ imprimit in eo, quare dominatur in eo calor extraneus, & facit accidere putredinem: Secũda causa, quia cũ tali sanguine multiplicãtur oppilationes, quare accidit putredo, pp priuationem euentationis: et hoc quidẽ fit, qñ macies fuerit pp hoc, ꝙ natura abhorret sanguinẽ ita, vt eo nõ vtatur: Octaua causa ex supradictis est, quia macilẽti mores habẽt acutos multũ irascibiles: Nona cã, quia ipsi sunt dispositi ad ægritudines malas, sicut ethica: Decima causa est, quia qñ corpora sunt macilenta superflue, tunc sunt breuis vitę pp paucitatẽ humiditatũ, & vita non existit nisi ꝑ humiditatẽ. Et maciei quidẽ plures sunt causę, quoniam macies vera, de qua loquimur hic, nõ fit nisi a siccitate secundũ plurimũ: et illa siccitas aut est extrinseca, sicut siccitas aeris, aut est intrinseca cõmunis, sicut siccitas cõplexionis corporis, aut talis siccitas intrinseca est propria sicut, siccitas mesaraicarũ. Siccitas autẽ aeris, & siccitas corporis cãnt maciẽ, qm̃ pinguedo fit per hũiditatem: Siccitas vero mesaraicarum causat maciẽ propter duas causas, quarũ vna est, ꝙ mesaraicæ qñ sunt siccæ, tunc sunt densæ debiles valde, quare nõ penetrat in eis nisi, quod est valde subtile, quare tunc nõ fit multa nutricatio: Secunda ratio est, quia si mesaraicę sunt siccæ, tũc non recipiunt de nutrimento tantum, quantum reciperent, si essent siccę mediocriter, quoniam ipsę attrahunt plus de aqua, quàm de cibo; & qñ ipsę parum attrahunt

Qualiter corpus aliquod macilentũ facilius tolerat famẽ, q̃ corpus pingue.

de cibo, tunc augetur ſiccitas in eis, & in corpore minora
tur humectatio, & ſequitur ex hoc augumẽtum maciei.
Auicenna vero contentus eſt dicere hunc modum ſolum-
modo, quoniam ſiccitas meſaraicarum ꝑꝑ cauſam vel
modum primum non cauſat maciem, niſi ꝑꝑ ſtricturam
meſaraicarum, quare cauſa in verificatione eius eſt ſtri-
ctura ipſarum, non ſiccitas ipſarũ Dixit Hyp. corpora,
quę in multo tẽpore extenuantur, tarde reuerti conſueue-
runt, quę vero modico, modice. Et primũ quod oportet
in impinguatione ſupradictorũ eſt remouere cauſam ma
ciei, cum ſit impoſsibile remouere cauſatum remanente
cauſa. Et qñq; cauſa maciei eſt, qñ quis contentatur ſolũ
cibis laudabilibus, ex quibus non generatur ſanguis groſ-
ſus denſus, quare oportet, vt mutetur ille cibus, & aſſu-
matur alius ab eo. Et qui uoluerit impinguari, oportet, vt
quiete, & tranquille viuat, & induat veſtes lenes, & dor-
miat in ſtrato leni, & quieſcat in vmbra, & vtatur odo
ribus, & letificantibus animã, & dilatãtibus ſpiritus: &
detur in potu aqua frigida, quoniam ipſa confortat vir-
tutes naturales omnes contemperando complexionẽ mẽ-
brorum, ſicut declarauimus in ſermone noſtro de aquis.
Et ꝑꝑ hãc cauſam ſal exhibetur in cibo ouibus, quas vo
lumus impinguare: Et intentio exhibitionis huius ſalis
eſt, vt oues magis bibant de aqua frigida, vt per eam
confortentur virtutes naturales. Et homines, qui volunt
impinguari, aſſumunt cibos, qui ſunt ſicut ferculum ex
frumento bene cocto, & algiudabat ideſt confectionibus
factis ex amido, & zucharo, & ſimilibus, & carnes ſint
aſſatę non elixę, quoniam cibus ipſarum elixarum eſt ci
bus mollis non fortis. Et ex eis, quæ laudantur in impin-
guendo, eſt caro anatis pinguis, & gallinę pinguis, & ſi
militer caro coturnicis. Et ingenietur in attrahendo ſan-
guinẽ ad exteriora corporis cum ſpeciebus fricationum,
& cum balneis, & alijs, ſicut declarauit Auicenna. ME-
DIA inter aſperam, & lenem, vt attrahatur ſanguis ad
exteriora cutis, quoniam fricatio aſpera reſoluit ſupfluę:
lenis vero fricatio non eſt potens attrahere. DONEC ru
beat, quia intentio eſt: vt perueniat ſanguis ad ipſam, &
iam peruenit. DEINDE fricatio fortior vel durior fiat,
vt retineatur, quod peruenit ad cutẽ ꝑꝑ oppilationẽ po-
rorum factam ab illa fricatione forti. POSTEA empla
ſtrũ ſale debet præcedere exercitiũ, vt oppilet poros, &
nõ ſupfluat reſolutio. EX pice, vt oppilet poros. TEM
PERATE exercitetur, vt attrahatur ſanguis ad cutem.
POSTEA abſq; tarditate balneetur, vt attrahatur ſan
guis ad cutem, qm̃ fricatio fortis, & longa in hoc non eſt
ſufficiens, quoniã fricatio ſufficiens attrahere illud, quod
intenditur, ſuperflue reſoluit, quoniam reſolutio ꝓcedens
a fricatione maior eſt, q̃ eius calefactio: et hoc contrariaẽ
illi, quod intenditur. Et aqua quidẽ, qua balneatur, opor-
tet, vt non ſit frigida, quia frigida repercutit, & retrocede
re facit ſanguinem venientẽ ad exteriora, & facit ipſum
moueri ad interiora: & oportet, vt ſit vehementer calida,
vt ſit magis attrahens, & aqua vehemẽter calida magis
rubificat colorem: & oportet, vt domus, in qua balneaẽ,
ſit calida temperate, quia calida valde reſoluit, & frigida
inſpiſſando repercutit ſanguinem ad interiora. & opor-
tet non ſit mora ſuperflua in eo, ne ſuperfluat reſolutio.
DEINDE ſiccis mandillibus exiccetur: Intentio huius
exiccationis eſt, vt non remaneat aliquid de aqua balnei
ſuper corpus, quia ipſa cauſat frigiditatem in cute, pro-
pter quam reuertitur ſanguis ad interiora: & ꝑꝑ illud
accidit ei, qui nõ exuccat ſe ab aqua balnei, vt citrinetur
color eius poſt paruũ tempus. Et oportet, vt hoc mandil
le exuccans ſit ex cotto, aut ſerico, aut ex ambobus, vt
adiuuet ſua calefactione ad attrahendũ ſanguinẽ: lineum

Macies quandoq; cauſat ex vſu ciborũ laudabiliũ abſque cibis generantibus ſanguinẽ groſſum.

Res impinguantes.

Quare ſal exibitum pecoribus impigüat ipſa.

Carnes impinguãtes

aũt mandille nõ conceditur ꝑꝑ eius frigiditatẽ, & exicca-
tionẽ. Et oportet, ut huiuſmodi mãdille ſit aſperũ, ut attra
hat. Et tale mãdille eſt habens in ſua ſuperficie fila pluri
ma inciſa, ſicut in tapetis reperitur. POSTEA pauco in
ungatur oleo, vt retineatur, quod acquiſiuit corpus de hu
miditate balnei: Tale aũt oleũ debet eſſe paucum, quia
multũ de oleo mollificat cutem, vnde facilis fit reſolutio
eius, quod ab eo reſoluitur: oportet etiã, vt in ipſo oleo ſit
ſtipticitas pauca, vt oppilet poros: Si.n. eſſet in eo mul-
ta ſtipticitas, tunc inſpiſſaret cutẽ, & ꝓhiberet dilatatio
nẽ, vel amplationẽ, quæ neceſſaria eſt ĩ impinguatione.
SI ętas tollerat: intentio in hoc eſt aggregare totũ illud,
quod corpus imbibit de humiditate balnei, & ꝓhibere ip
ſum a reſolutione: & oportet, vt talis aqua nõ ſit vehemẽ
tis frigiditatis, neq; etiã multũ adminiſtretur, vt nõ cau-
ſet retroceſsionẽ ſanguinis ad iteriora. Quòd ſi dicatur,
ꝙ ſupra dictũ eſt, neceſſariũ eſſe exuccationẽ aquę bal-
nei cũ mãdilis &c. cauẽdo, & timẽdo, ne remaneat aqua,
quę infrigidet, & repcutiat: Sed non eſt dubiũ, ꝙ infrigi-
datio aquæ frigidæ plurimę eſt maior, q̃ &c. Dicẽdum,
ꝙ illud, quod remanet de aqua balnei, quę nõ exuccatur
a corpore, infrigidat poſt diminutionẽ calefactionis cor-
poris, quare ipſum minus reſiſtæ infrigidationi aquę in
repercutiendo ſanguinẽ ad interiora: & iterũ qñ infrigida
tur illa aqua, tunc remanet ipſa ſuper corpus tempore lõ
go, quare erit infrigidatio partium exteriorũ maior, ꝙ in
frigidatio cũ aqua frigida, qua balneatur, quãuis fuerit
multa valde, qm̃ impreſsio cauſę debilis continua fortior
eſt, & potẽtior, q̃ impreſsio fortis, qñ nõ eſt cõtinua. Et
ſcias, ꝙ adminiſtratio aquę frigidæ oportet, ut ſit poſt cõ
plementũ balneationis cũ aqua calida, & tũc eius admi
niſtratio excuſat ab oleo in retinendo humiditates acqui
ſitas a balneo. Et oportet, vt inter balneum, & inter co-
meſtionẽ nõ intermediet tpũs, immo cibeẽ in hora, qua
cõpleta eſt adminiſtratio olei, & aquę, vt corpus poſtea
vehementer attrahat humiditates ꝑꝑ ꝑmiſsionẽ vel an-
teceſsionẽ fricationis, & balnei: poſtpoſitio aũt cibi poſt
illud vehementer macrefacit. Et ſcias, quod illud, quod di
ximus, eſt iudiciũ eius, in quo nõ eſt poſsibile ꝑmittere ci
bũ ſup balneũ, qm̃ anteceſsio cibi facit in eo accidere op
pilationes, & nocumentũ in capite, et alia ab his: In eo
vero, ĩ quo nõ timeẽ hoc, melius eſt, vt ſit eius fricatio, et
balneatio poſt comeſtionẽ, qm̃ uehemẽter impinguat: Sed
fricatio, & baleũ poſt digeſtionẽ impinguat moderate cũ
hoc, ꝙ ꝑ illud nõ timeẽ aduẽtus oppilationũ. Et ſcias, ꝙ
ex ĩpinguãtibus velociter ſunt radices mãdragoræ, q̃ de-
coquantẽ in vaſe, ſup quod eſt poſitũ aliud vas ꝑforatũ, ĩ
quo uaſe ꝑforato ſint paſſulę coopertę ab alio uaſe recipiẽ
tes virtutẽ, et uaporẽ radicũ mãdragorę: Cũ ergo paſſu
lę illę acceperit virtutẽ ꝓdictã, tũc decoquãẽ in cibarijs
ĩpinguãtibus, et impinguabit in una ebdomoda. Verũ nõ
ꝑmanet lõgo tpe, et nominaẽ arabice adeps feſtinata, uel
accelerata, et ĩfra iſtã eſt adminiſtratio iuſq̃am poſt eius
rectificationẽ cum decoctione aut reiteratione ablutionis
eius cũ aqua calida, et adminiſtratione cũ medulis ſeu nu
cleis fructuũ, puta amigdalarũ, pinearũ &c. & cũ ſemini
bus. Et ſcias, ꝙ reſtauratio in impinguatione maior eſt, q̃
reſolutio in carnę, & pinguedine, & adipe tantum, ſed in
augumẽto reſtauratio eſt maior in mẽbris radicalibus, q̃
eorũ reſolutio. FINIS vel terminus aũt fricationis, q̃ an
te picis emplaſtrũ ꝑmittiẽ. fricatio ꝓcedẽs adminiſtratio-
nẽ picis eſt ſecundum duas diuiſiones, quarũ vna eſt illa,
quæ adminiſtratur poſt balneum, & non conceditur ſi-
no, ꝙ ipſa perueniat ad terminum, ad quem videatur tu
mefactio, nedum ꝙ diminutio, & areſactio, quoniam ſi
perueniret ad illum terminum, tunc balneum poſt illud
ſuperflueret

Nota ꝙ ĩ partibus orientalibus poſt balneũ adminiſtrantur exccatores ex cotto conſtructa et nõ, quo ſcribitur ĩ hoc loco.

Quare in balneo poſt balneationẽ cum aqua calida effunditur aqua frigida ſuper corpus.

superflueret in resolutione supra illam, quæ fit a fricatione faciente cutem rubere, sicut prius declarauimus: & secunda est illa, post quam nō administretur balneū: & talis quidem fricatio oportet vt perueniat ad terminum, in quo tumefactio incipiat detumescere: & illa fricatio fiet ita, vt accidat tumefactio in vltimo, vt attractio tam in vltimo sit facta: & post hanc non timetur resolutio, qm̃ linimentum picis prohibet ab hoc, quoniam non succedit resoluens aliud, sicut balneum.

Capitulo quinto de macrefaciendo pinguem.

SCias, ꝙ homo indiget, vt ab eo remoueatur pinguedo superflua pp multas rationes, quarum vna est, ꝙ ipsa est sicut frenum vel impedimentum corpori prohibens ipsum ab operationibus, & negotijs. Secunda ratio est, quia ad superfluam pinguedinem sequitur putredo multa, & corruptio complexionis spiritus propterea, ꝙ superflua pinguedo coarctat venas, quare non est in venis transitus aeris euentantis ipsos spiritus, & humores. Tertia ratio est, quia ex pinguedine supflua timetur fluxus sanguinis ad cōcauitatē cordis, aut cerebri: & quodlibet istorum causat mortem velocem, & fluxus sanguinis ad concauitatem cerebri causat apoplexiam, aut ad concauitatem cordis, vnde causat mors subita: & causa istius fluxus sanguinis est, quia caro constringit, vel coarctat venas, vnde exprimitur, quod est in eis, & fluit ad concauitates prædictas: & motus adueniens facit fluere sanguinem, & rarificat ipsum, & facit ipsum habere augumentum in sua quantitate cum hoc, ꝙ venæ sunt vehementer replete, vnde sanguis commouetur impetuose ad hoc, vt causet solutionē cōtinui in venis, aut vt effundatur ad vnam concauitatum prędictarum, quare interficit. Quarta ratio est, quia tunc corpus parum recipit de nutrimento, quoniam ipsum causat augumentum in illa materia. Quinta ratio est, ꝙ ad superfluam grassitiem sequitur strictura anhelitus propterea, ꝙ eius instrumenta coarctantur a pinguedine. Sexta ratio est, ꝙ pinguedo vehemens disponit ad ea, quæ sunt sicut apoplexia, & paralesis, & syncopis: & totum ...ud pp debilitatem caloris innati, & etiam in eis est multa dispositio ad diariam pp multam humiditatem. Septima ratio propter multum flegma, quod in eis generatur pp frigus cōplexionis eorum, quod quidem flegma causat augumentum frigiditatis etiam: Octaua ratio est, quia huiusmodi pingues prædicti parum generant pp paucam digestionem spermatis, & superfluā humiditatē, & mulieres pingues valde nō concipiūt: Et si cōcipiūt, secundū plurimū aborsum incurrūt pp causas duas, quarū vna ē debilitas digestionis spermatum ipsarum, & multitudo humiditatis: Secunda causa est, quia zirbus coarctat os matricis, vnde prohibetur virga masculi a penetratione in matricem. Nona ratio est paucitas sensationis eius, quod accidit ex ęgritudinibus, donec conualescant, pp humiditatē in membris ipsorum, aut cerebris ipsorum: & propter illud pingues secundum plurimum habent sensus obtusos. Decima ratio est, quia ęgritudines pinguium prædictorum cum difficultate sanantur propterea, ꝙ medicinæ parum perueniunt ad membra ipsorum dolorosa pp stricturam viarum: et difficilis fit flobothomia ipsorum, & solutio ventris eorum timendo, ne caro, & pinguedo comprimat venas ipsorum, cum vacuæ fuerint a sanguine, & ab humoribus pp debilem resistentiam earū, quæ tunc in eis existit contra coarctationem prædictam: & hoc causat effusionem sanguinis ad quasdam concauitates, & est interficiens. Cum ergo sciueris, ꝙ intensio superflua pinguedinis, & remissio eius superflua pinguedinis, & remissio eius superflua sint malæ, tunc sequitur, ꝙ dispositio nobilis est illa, quæ est media inter illas: ꝙ si ab dispositione media parum declinet, melius est, vt declinet ad pinguedinem: & quomodo non, cū pinguedo non sit, nisi per humiditatem multam, cum qua stat vita, & vigorositas? & pp illud talis dispositio media significat longitudinem vitę. In pinguedine aut superflua magis accelleratur mors, q̃ in macredine, & illud pp debilitatem caloris innati: & hoc verificatur in pinguedine naturali, Sed in pinguedine accidentali secundum plurimum non est ita, quoniam complexio est calida, & venę sunt late: & pinguedo quidem fit pp paucam resolutionem, & multitudinem nutrimenti aduenientis ita, vt dominentur humiditates: & propter illud oportet, vt macrefactio fiat cum minoratione cibi, & cum multa resolutione. Et ex his, quæ multum extenuant, & macrefaciunt, sunt tristitia multa, & vigilare, & dormire super terram, & induere vestimenta aspera, & malitia vitæ.

Quare superflue pinguedo cāt mortē subitam.

Quare mulieres valde pigues raro cōcipiunt & si corripiunt secundum plurimum aborsū incurrunt.

Almuri quid sit ut debetur in secundo sasi.

Doctrina quinta de permutationibus. i. de mutationibus de vno tēpore anni ad aliud, & de mutatione aeris boni ad aerem pestilentialem, aut de aere vnius regionis ad aerem alium.

Capitulo de regimine temporum.

IN VERIS &c. hoc capitulū comprehendit quinque considerationes: de regimine veris iam diximus in his, quæ sunt pręterita, ꝙ tempus veris pp caliditatem eius subtilem facit fluere materias generatas multas in hyeme propter paucam resolutionem factam ī materijs, quas materias congelauit hyems pp fortitudinem frigoris, & illę materię qn̄ sunt factę fluidę, augetur sine dubio quantitas vel magnitudo earum, quare multiplicatur, & apparet impressio earū: & propter illud faciūt euenire ægritudines eis proportionatas: Et pp illud oportet, vt in vere succurratur cum euacuationibus, vt sit securitas, & pręseruatio ab ęgritudinibus ipsarum. Et talis euacuatio fit, aut per flobothomiam, aut per ventris solutionem, aut per ambo simul, secundum ꝙ exigit dispositio, & consuetudo. IN ipso quoq; proprie vomitus est prouocandus, idest administretur in eo vomitus multus, ac si dicat, & multiplicentur in eo mundificantia, & proprie vomitus, quoniā flegma multiplicatur in stomaco, & in partibus eius in hyeme, & mouetur ex motu veris, quod quidem flegma qn̄ non egreditur per vomitū, timetur ex eo nocumentum stomaci, & aliorum, & oportet, vt in ipso vere alienentur omnia, quę calefaciunt, & humectant. Calefaciētia quidem sunt euitanda, quia mouent, & agitant: humectantia vero sunt alienanda, quia multiplicant materias. EX carnibus, & potibus: de carnibus quidē est manifesta cā, sed de potibus oportet, vt potus vini minoretur. Potus aūt medicinales præcipue reprimentes oportet, vt multiplicentur in vere, vt sedetur motus humorum. ET nutriens est subtiliandum: per subtiliationem cibi quandoq; intelliguntur cibi, ex quibus accidit subtilitas sanguinis, & hæc expositio hic non verificatur, quia cibi subtiliantes sanguinem secundū plurimum sunt calidi, & etiam quia cibi frigidi grossi sunt conuenientiores in uere: frigidi quidem, ut per eos sedetur motus humorum: grossi uero exiguntur in vere, ut contemperetur subtiliatio humorū, quam causat natura tpis veris: & fortasse per subtiliationem cibi intelligitur regimen cibi in quātitate: & hoc etiā non est verū, quia ī uerę oportet, vt multiplicet uel augeat q̃titas cibi, qm̄

digestio in vere est fortis, quia in eo ventres sunt calidi: et quoniam minoratio cibi causat famem, quę acuit humores pp motum ipsorum. Et iam dixit Hip. ventres vere & hyeme calidissimi sunt natura, & somni &c. In his ergo temporibus plures oblationes dandę sunt: & enim caloe innatus est multus, nutrimento ideo amphori indigent &c. signum ętates, & athlethę &c. & fortasse per illud intelligitur minoratio nutrimenti: & hoc est illud, quod hic vere intenditur, quoniam humores in vere pp eorum rarificationem sunt plus augumentati: & istud quidem exquirit minorationem nutrimenti restaurantis. Sed multitudo caloris in interioribus, & fortitudo digestiuę exquirunt multum de cibo, quare oportet, vt in vere cibus sit multæ quantitatis, & pauci nutrimenti. ET exercitio vtendum est, vt resoluātur materię superflue ab eo, et quamuis resolutio ipsius exercitij sit superflua, tñ calefacit, quare adiuuat naturam ad faciendum fluere humores, & ad motum ipsorum. Et exercitium paruum valde non resoluit resolutione, de qua sit curandum, quare oportet, vt hoc exercitium sit augumentatum in quantitate, & diminutū in vehementia, quare sit eius resolutio maior, q̄ eius calefactio. QVOD sit maius exercitio ęstatis idest sit maius, q̄ exercitium æstatis pp calefactionē humorum, quæ fit in ęstate, & multam resolutionem factam cum caliditate aeris, quoniam in illa oportet minorare exercitiū valde. CIBO quoq; nō repleatur ipsa, imo ipsum partiatur. Iste sermo est dubius, quoniam partitio cibi est pp vnā duarū rerum, aut pp debilitatem stomaci indigestione sufficienti, quare partitur cibus, vt stomacus possit super ipsum, aut pp vacuitatem corporis, quare oportet, vt cibus adueniens sit plus, q̄ sit quantitas stomaci, q̄ tolerat stomacus mediocris virtutis, quare oportet, vt quantitas cibi necessaria pro restauratione prędicta partiatur, vt stomacus possit eā digerere, & quęlibet duarum rerum non accidit in vere, immo corpus in vere est repletum, non vacuum, & digestiua est fortis: & pp hoc oportet, vt in vere quantitas cibi sit multa, & nutricatio cibi prędicti sit parua, & minorentur vices administrationis eius. ET ab omnibus abstineat calidis, quoniā ista omnia causant acuitatem humorum, quare motus eorum sit plus. IN ęstate vero &c. hic consideratur regimen ęstatis. Iam sciuisti, q̄ in ęstate digestiua est debilis, & humores sunt calidi pp eorum ebulitionem a forti calore: & pp illud oportet, vt minoretur cibus vel nutricatio pp debilitatem digestionis: & quia necessitas nutricationis in eo est pauca, quāuis resolutio in eo sit multa pp ebulitionem humorū augumentantē eorum magnitudinem, vel quantitatem. Potus autem in ęstate sit illud, quod extinguit, & infrigidat, sicut syrupus de succis acetosis, & de tamarindis. Vinum vero pp eius calefactionem oportet, vt minoretur. Et similiter minoretur exercitium pp eius calefactionem, & resolutionem: & pp illud oportet, vt adhibeatur in eo quies, & tranquilitas, & exunguenta administrentur, vt ebulitio humorum sedari possit. ET si potuerit, vomat idest qn̄ indiget euacuatione, fiat p vomitum propterea, q̄ humores in ęstate sunt natantes, & declinantes ad superiora, & præcipue cū in eo humor dominans est colera, quę faciliter vadit ad superiora. IN autumno &c. hic consideratur regimen autūni. ET proprie in eo qui est diuersi aeris idest & proprie in eo, in quo dicitur esse consuetum, q̄ aer diuersificetur & talis autumnus est ille, in quo aer diuersificatur plus, q̄ naturaliter sit consuetudo. & non oportet, vt ex hoc intelligatur, q̄ qn̄q; sit autumnus non diuersi aeris, qm̄ autūnus semper est aeris diuersi. CONSERVATIO facienda est regimine meliore, quoniam diuersitas aeris

Instantia cōtra Auicennam.

Per resolutionem in hoc loco non intelligitur minoratio humorum aut euacuatio insensibilis sed intelligitur rarificatio humorū & magnificatio quantitatis ipsorū q̄ fit a calido cum aliquali euaporatione.

causat nocumentum corporum, & eorum debilitatē: si ergo cum eo accidat regimen malum, fortificatur eius nocumentum. Et si dicatur, q̄ hoc nō est appropriatum autumno diuersi aeris, immo oportet, vt in hora qualibet, & omni hora adhibeatur regimen melius, Dicendum, q̄ quamuis ita sit, tamen error accidens in omnibus tēporibus ex administratione regiminis non boni est minoris nocumenti, q̄ error accidēs ex administratione regiminis mali in autumno. ET omnia siccantia sunt dimittenda, vt non adiuuent naturam aeris imprimentis siccitatem. Et si dicatur, q̄ si exiccantia in autumno sunt euitanda pp siccitatem aeris, multo magis in ęstate sunt euitanda exiccātia, quoniam caliditas resoluens humiditatem aeri permixtum est fortis in æstate. Dicendum, q̄ licet siccitas aeris in ęstate sit maior, tamen fortitudo caliditatis eius facit fluere humiditates corporis, quæ resistunt illi siccitati, & pp hoc non repertuntur in æstate corpora ita sicca, sicut in autumno: & cauendum est a coitu, quia ex ipso sequitur augumentū siccitatis ppea, q̄ ex coitu euacuatē sperma, vnde debilitatur corpus, & resoluitur virtus. ET a potu multę aquæ frigidæ, & ab effusione &c. idest cauēdum ab infrigidatione multa, & cauendum quidem est a potu aquę prædictę, quoniam in autumno instrumenta gutturis, & pectoris sunt lesa ex diuersitate aeris: & aqua multa frigida est euitanda in quolibet tempore, sed multo magis in autumno pp illud, quod diximus: neq; in loco frigido dormiat, quia timētur ex hoc catarri: dormire enim in loco frigido, & capite discoperto manifestū est, q̄ causat catarros, neq; repletus dormiat, quoniam hoc replet caput vaporibus pp multos vapores, qui ex stomaco euaporant, pręcipue quia in autumno digestiua est debilis. A FRVctibus quoq; illius tpis: & Auicēna p fructus illius tpis intelligit fructus, q maturanē i ipē autūni, et tales quidē fructus debent euitari, quoniā in illo tempore sunt humidi, & fructus humidi faciunt euenire febres pp ebulitionem, & putredinem, q̄ faciūt in humoribus: & aduentus huiusmodi ebulitionis fit in autumno diuersi aeris, & corrumpitur digestio: & pp illud alienare in autumno fructus humidos est conuenientius. fructus vero, qui non sunt illius temporis, seu qui non maturanē in illo tempore autumni, qñq; sunt conuenientes, & iuuātes, temperantes complexionem, quoniam ipsi tunc aliqualiter sunt exiccati, quare in eis non est humiditas causans ebulitionem humorum. NEQVE balneentur nisi cum tepida: per aquam tepidam intelligitur aqua, cuius administratio delectatur, & non sentitur ex ea calor, neq; frigus, quoniam aqua calida exiccat pp superfluam calefactionem, & commouet materias quietas: & aqua frigida inspissat porros, & coarctat superfluitates, & prohibet eas a resolutione: & tempus autumni est malus faciens accidere ægritudines. CVMQVE DIES cum nocte fuerit ęqualis, euacuetur &c. quoniam hyems sua frigiditate coarctat materias, & coarctat vel aggregat eas ad interiora corporis, & maior pars autumni est malus pp diminutā digestionē, quę est in eo, & pp præcessionēa dustionis, q̄ fit in humoribus i ęstate, quare si nō euacuanē hūores, tūc coarctanē apud aduentū hyemis, et retinētur intra ventrē: et nō est dubiū, q̄ hoc est malū. Sed hic est dubitatio pp duas rationes, quarū vna est, quia Auicēna ponit horā, et tēpus euacuationis esse tēpus, in q̄ dies sunt ęquales cum nocte, & hoc non videtur esse verum, quoniā in illa hora aer est calidus, quare tunc non est adhuc temperies aeris, quæ cōuenit, & requiritur euacuationi: Secunda ratio, quia ipse dicit. cūq; dies cum nocte fuerit ęqualis, & per hoc intelligitur, q̄ illud sit in fine autūni, & tamen non est ita, immo qn̄ dies est equalis cum nocte,

cte, est tunc principium autumni: Responsio ad primā est, ꝙ Auicēna dixit illud, secundū ꝙ est cōsuetudo in regione sua, quę est ciuitas Persiæ dicta bochara: & talis regio est frigida, quare in illo tempore est illic aeris temperies, quia in regione frigida frigus accelerat, & calor tardatur. Ad secundum respondetur, ꝙ intētio apud medicos circa tempora non est intentio, quę est apud astrologos: Nam quamuis apud astrologos principium autūni sit hora, qua sol ingreditur libram, tamen medici non affirmant illud, sicut verificatum est de temporibus. Cū igitur ita sit, sequitur, ꝙ sit possibile apud medicos, ꝙ ęquinoctium in regione frigida reperiatur in medio autumni. LICET in multis corporibus: & huiusmodi corpora sunt illa, in quibus dominantur humores corrupti. Et non est dubium, ꝙ corruptio humorū augetur in autumno, & virtutes in eo sunt debiles: Si ergo tunc agitātur illi humores per euacuationem, corrumpuntur humores boni ex permixtione eorum cum ipsis malis, & commouentur ęgritudines eis proportionatę. & dico ego, ꝙ flobothomia in istis corporibus conuenientior est, ꝙ̄ ventris solutio, quoniam medicina solutiua vehementer agitat humores: Et qñq; medicina mouet, & nō soluit, quare malitia fit maior, sed non sic accidit ex flobothomia.

Regio & ciuitas Auicennæ.

Distinctio temporū diuersificatur inter Medicos & astrologos.

Quare in ḡbusdā corporibus prohibet euacuatio i autūno.

QVIDAM etiam veruerunt, ne vomitus fiat, quoniā vomitus cum forti motu suo agitat materias, quæ sunt in venis, & non euacuat ex eis aliquid, qm̄ virtus illius vomitus non peruenit illuc, & humores in autumno sunt acuti, qui si moueantur, augetur eorum acuitas, & illud causat febrem. VINVM pręterea &c. vinum quidē permixtum confert pp humectationem eius rectificantem siccitatē autumni factam pp acuitatem humorū, sed nō debet superflue potari, qm̄ repletio cibi, aut vini absolute est mala, sed in autumno est deterior pp debilitatē virtutum naturalium in eo, & ꝓprie digestiuę pp contrarietatem qualitatis aeris, quæ contrariatur complexioni confortāti digestiuā. s. calidæ cōplexioni, & humidæ SCIAS quoq;, ꝙ in multis pluuijs, propterea ꝙ contemperat siccitatem aeris, quare minoratur, & frangitur acuitas humorum IN hyeme vero &c. hic cōsueuerat regimen hyemis: In hyeme vero multum laborare debet, & copiosius comedere, quoniam frigus aeris causat spissitudinem humorum, vnde minoratur eorum quantitas, vnde non sufficiūt venas replere, & hoc exigit multum de cibo, vt restauretur loco eius, quod est minoratū pp inspissationem. Quod autem dicitur, ꝙ illud. s. exigentia multi cibi in hyeme sit pp multam resolutionē occultam &c. non est dictum conueniens, Si enim ita esset, tunc in vere non accideret repletio superflua, qñ cibus præcedens fuerit exhibitum secundum quantitatē eius, quod fuit resolutum, quare non esset tunc additamentum supra quantitatem necessariam, quod est falsum. Multus autem labor in hyeme cōmēdatur, vt humores sint fluidi, & sint subtiles, vt succurratur [impressioni frigoris super eos] NISI fuerit meridionalis, quoniam in hyeme meridionali non est frigus inspissans forte, quare non minoratur quantitas humorum minoratione manifesta, vnde non indigetur tunc multo cibo, & sunt in tali hyeme meridionali humiditates plurimæ, quæ indigent maiori resolutione: & pp hoc oportet, vt augeatur exercitium, & quoniam in hyeme meridionali sunt humores præparati ad putredinem pp corruptionem venti meridionalis, & pp dominium humiditatum, quæ indigent minoratione cibi, & multo exercitio: Indigent aūt minoratione cibi, vt minorentur superfluitates, & humiditates, vt minoretur dispositio ad putredinem: Sed indigent multo exercitio, vt viuificetur calor naturalis, & hoc prohibet putrefactionem.

Alia litera per illud multæ frigiditati.

OPORTET præterea, vt triticum panis, quoniā digestio in hyeme est fortior, & necessitas nutrimenti est multa pp illud, quod declarauimus: & oportet etiam, vt cibus sit grossus pp illud, quod diximus. Quòd si forte diceret aliquis, ꝙ oportet, ꝙ cibus hyemis sit subtilior ꝙ̄ cibus ęstatis, quoniam humores in hyeme sunt grossi, & in æstate sunt subtiles tenues, quare oportet, vt cibus adueniens sit contemperans, & æquans illos humores: Dicendum hoc non esse verum, quoniam sanguis cibi subtilis magis est passibilis, quare velocius congelatur a frigore hyemis, ꝙ̄ sanguis cibi grossi: & virtus digestiua in æstate non potest digerere cibū grossum. ET vt sint olera: Caules quidem, & canabis, & sicla sunt cibi grossæ substantiæ: Apium vero in hyeme commendatur, vt aperiat, & subtiliet humores; & pp illud oportet, vt in eo multiplicetur nasturcium ex rebus calidis subtilibus: & hoc quidē est necessariū, qñ necessaria est administratio olerum, aliter illud est dimittendum, & regimen cū eis quæ sunt sicut vinum, est conuenientius pp illud, quod diximus. HYP. quoq; visum est, ꝙ vomitus in hyeme sit abominandus, & in ęstate diligendus, & solutio ventris est cōueniens: et ratio est, quia humores in æstate sunt natantes, quoniam accidit eis caliditas faciens eos ebullire, & hoc causat eorum natationem, & ascensionem ad superiora: In hyeme vero declinant inferius propterea, quia declinant ad frigus, & grossitiem, & ad rem ꝓportionatam substantię terrestri. Et illud facit, ꝙ in ęstate euacuatio fit per vomitum: & in hyeme per solutionem ventris, quoniam euacuatio materierum oportet, vt fiat per partem, ad quam ipsæ magis declinant. Solutio autē veneris in hyeme est magis conueniens, ꝙ̄ flobothomia, quoniam flobothomia euacuat sanguinē, qui in hyeme in multa q̄titate est necessarius, vt resistat frigori. AER vero qñ corrumpitur: hic Auicenna considerat regimen aeris corrupti, & pestilentialis. Iam autē sciuisti, ꝙ essentia pestilēnę est corruptio accidēs corpori sparso in aere, in quo dominatur substantia aerea, sicut putrescit aqua, in qua aliquid infunditur: & iam sciuisti, ꝙ illud causat putredinem humorum, & spirituum: & pp illud oportet, vt in eo succurratur cum exiccatione corporis, quoniam qñ humiditates minorantur, tunc etiam minoratur dispositio, vel præparatio ad putredinem cum rebus, quæ suis virtutibus infrigidant &c. EST magis faciendum in pestilentia, idest contemperantia mansionis est magis facienda, & procuranda, vt aer illius mansionis rectificetur, quoniam remotio causæ ęgritudinis oportet, vt præcedat in quolibet regimine, & in qualibet curatione. Dixit autem cum rebus, quę infrigidant, & humectant, vt exemplificet, ꝙ rectificatio, & contraoperantia fit per contrarium: secundum plurimum autem cum exiccantibus est magis conueniens in pestilentia, quia corruptio, quę accidit aeri secundum plurimum causatur ex multa humiditate. ET quæ humectant suis virtutibus, quoniā hyemis, quæ actu humectat manationes fontiū, & cursus aquarū, & similia, augumētat in aere præparationem ad putredinē, et pp humiditates, quas multiplicat. ODOres pterea boni, qm̄ plurimū nocumēti aeris est, quia p ipsū corrūpitur cōplexio spirituū cordis, et humorū. Boni aūt odores sua uirtute succurrūt cordi: Et qñ ipsi odores boni cū hoc cōtēpāt cōplexionē malā inductā ab aeris corruptiōe, tūc sine dubio sunt magis iuuātes. IN pestilētia q̄nq; que, ut minorē nocumētū, et corruptio, et impressio ab aere sit debilis: et q̄es minorat necessitatē attrahēdi aerē frigidū, qm̄ motus disponit spiritus, ut calefiāt, et hoc cāt maiorē necessitatē infrigidationis eorū factę per attractionē aeris cū euētatione, qm̄ aer puenies ad cor cū euētatione

Quare in hyeme flobothomia est euitanda.

est frigidus, quare paucus aer ex eo sufficit ad cōtēperandū caliditatem spirituū: Si vero corruptio aeris prouenit ex terra, tunc aer elōgatus ab ea est minoris corruptionis, q̄ aer ei proximus, quoniam illud, quod ꝓxime occurrit causæ agēti, magis patitur ab ea. et ꝑꝑ illud oportet, vt mansio sit in domibus altis, & in locis vento expositis: sed quando causatur ex corruptione aeris vicini, aut ex re cælesti, occultum est hominibus, qualiter sit, sicut fit apud coniunctiones vniuersalium, ad quæ sequitur hoc: Et quantomagis tunc habitatio est magis proxima terræ, tanto est magis remota a causa agēte, & est magis sana, & domus tunc sunt meliores propter duas causas, quarum una est illa, quam diximus: Secunda causa, quia domus sunt nobis consuetę.

Capitulum primum ad succurrendū accidentibus &c.

IN expositione huius capituli dubitatur duobus modis, quorum vnus est: Nam accidens est illud, quod sequitur ęgritudinem: Illud autem, quod est in dispositione sana, quamuis ꝓnosticet ægritudinem, tamen nō denominatur accidens. Secundo modo dubitatur, quia illud, quod Auicenna hic dicit pronosticare ægritudinem, non est accidens: immo est ægritudo, sicut incubus, & vertigo, vel scotomia, & tremor cordis: Respondetur ad primum, q̄ essentia accidentis est secundum q̄ dictū est, & non ꝓhibetur, quin aliqua signa nominentur accidentia improprie, & secundum aliquam similitudinem, & præcipue illa, quę habent dependentiam cum ęgritudine: Ad secundum Respondetur, q̄ nō est inconueniens, q̄ res vna sit accidens, & ægritudo, & causa, sicut antedictum est in capitulo de ægritudinibus. ILLE cui accidit tremor cordis: chafacan, seu tremor cordis est motus tremulus accidens cordi, cū quo expellitur nocumentum, & talis quidem motus pronosticat mortem subitam, quoniā chafacan seu tremor cordis aut est ꝑꝑ debilitatem cordis, aut non: verum q̄n assidue perseuerat, secundum plurimum est ꝑꝑ debilitatem cordis, & q̄n est debilitas cordis, tunc cor non potest ꝓhibere materias aduenientes super ipsum, quare ipsum cor est dispositum, vt ad ipsum declinent materię, vnde sequitur mors subita: & non est dubium, q̄ iste tremor cordis q̄n fit absq̄ causa forti, tunc est significatio fortior super illud, quoniā ex chafacan vel ex tremore cordis facto ꝑꝑ causam fortem nō sequitur, q̄ cor in radice sit debile & iterum q̄n tremor cordis fuerit cum signis debilitatis cordis, tunc significatio super illud est magis completa, & magis perfecta, quoniam chafacan multotiens fit propter fortem sensum cordis ita, vt cor lędatur a minimis causis, sicut a vaporibus cibi verbigratia, & humorum, qui sunt necessarij: & ꝑꝑ illud q̄nq̄ tremor cordis perseuerat, quamuis cor sit valde forte. Et significat hoc fortitudo pulsus, & eius magnitudo, & bonitas anhelitus, & sanitas membrorum, et perfectio operationum, & virtus constans, & firma: Et tremor cordis, qui accidit cum signis contrarijs istorū, fit ꝑꝑ debilitatem cordis, & pronosticat mortem subitam in principio sui aduentus, quamuis adhuc non perseuerauerit. Et similiter, q̄ sincopis pronosticat eam, & sincopis, quæ magis est apta pronosticare, est illa, in qua aggregātur tres proprietates, quarum vna est, q̄ accidat multotiens: si enim accidat vice vna, aut duabus vicibus, nō sequitur ex hoc, q̄ cor sit debile: Secunda q̄ sit vehemēs, quoniam syncopis leuis q̄nq̄ fit ꝑꝑ fortem sensum cordis ita, vt lędatur ab omni nociuo licet minimo. Et natura succurrens tali nocumento transmittit ad ipsum sanguinem, & spiritus, vnde accidit syncopis leuis, quoniā virtutes in eo sunt fortes, & spiritus incolumes, & cor sanum. Tertia est, q̄ fit illud absq̄ causa manifesta, q̄m in facta a causa manifesta non sequitur, q̄ illud sit ex debilitate cordis. ILLE cui frequenter acciderit incubus, & vertigo &c. Incubus est ægritudo, in qua homo sentit, q̄n somnum ingreditur, fantasma graue super se cadens, & comprimens ipsum, & angustiatur spiritus, & intersecatur vox ipsius, & motus eius, & q̄n euadit ab eo, subito excitatur vice vna: & si cum eo fuerit rubedo oculorum, & caliditas cerebri, tunc indicat maniam, & non epilepsiam, neq̄ apoplexiam: Et incubus quidem nō indicat ęgritudines prędictas, nisi quoniam ipse non fit secundum plurimum, nisi a vaporibus materierum grossarum, sicut sanguinis, & flegmatis, & melancolię. Et tales materię euaporant ꝑꝑ caliditatem facientem eas eleuare, seu euaporare. Et necessarium quidem est, vt cerebrū istorum sit debile, Aliter enim non reciperet illos vapores. Q̄n autē illę materię ascendunt vel euaporant ad cerebrum, & fuerit cerebrum debile, non prohibetur, quin in eo multiplicētur materię ita, vt fiant istę ęgritudines. Et incubus quidem non accidit, nisi in somno, quoniam illos vapores resoluunt motus vigiliarum: & q̄n fuerit somnus super dorsum, tunc incubus plus accidit, quoniā talis somnus retinet materias in cerebro, sicut declarauimus. Et oportet, vt in hoc addatur ista conditio, q̄ aduentus incubus nō procedat a causa manifesta, vel extrinseca, sicut frigore vehementi, quod cerebro acciderit, q̄m huiusmodi frigus inspissat cerebrum, & facit imaginari has imaginationes, & talis incubus tunc non indicat aliquam ęgritudinem de prędictis, quia non sequitur, neq̄ causatur a materijs ęgritudinum prędictarum. Vertigo autem est, q̄ homo habens ipsam ymaginetur, q̄ res voluantur seu in girum vertantur, vnde non potest stare erectus, immo cadit: & vertigo quidem indicat ægritudines illas, quoniam ipsa non fit secundum plurimum, nisi a vaporibus ascēdentibus ad cerebrum, & in eo tales vapores in girum voluuntur quærentes exitum, & cum eis voluuntur in girū spiritus, vnde ꝑꝑ hanc causam diuersificantur res visę, & apud virtutem visiuam representātur esse in situbus diuersis, & ymaginantur reuolui in girum, sicut si diuersificarentur proportiones situum ꝑꝑ rerum reuolutionem in girū: Et oportet, vt in hoc addatur hęc cōdictio. s. q̄ vertigo non accidat a causa extrinseca, sicut si homo ex se ipso in girum voluatur valde, & multo tempore, tunc enim post illud accidet vertigo propterea, q̄ post eius quietem spiritus adhuc remanent in girū vertentes se, sicut remanet aqua, quæ reuoluitur in vase reuoluto in girum post quietem vasis prædicti. Et vertigo quidem indicat epilensiam & apoplexiam magis in senibus, q̄ in alijs &c. CVM multa in toto corpore: lectigatio est motus accidens apud motū ventositatis grossę retentę quęrentis resolutionem, & penetrationem ad exteriora, quare mouetur cum ea illud, quod de cute, & carne mouetur: & diximus ꝑꝑ motum ventositatis, q̄m non est possibile, vt sit eius aduentus ex motu virtutis motiuę existentis in lacertis, quoniā motus illius virtutis est voluntarius secūdum modum, quem sequitur motus membri, qui mouetur per illum lacertum, neq̄ est possibile, vt materia huiusmodi sit habens substantiam ꝑꝑ multas rationes, prima est, quia illa materia non haberet motum, seu non moueret: Secunda, quia si illa materia haberet substantiam, non esset possibile, vt ipsa resolueretur velociter: Neque est possibile etiam, vt sit vapor, aut aer, q̄m motus istorū amborū est ad sup̄iora directe, quare nō esset lectigatio, imo fortasse esset inflatio, quia cutis, & caro impediret penetrationem eius; & hoc est

Nota q̄ rasis i libro almasoris quarto capitulo septimo connumerat omnes istas pronosticationes.

Incubus causatus a frigore extrinseco nō indicat ęgritudines.

difficile valde, quia porrositates corporis sunt latiores, quam ille vapor, quare eius aduentus non est possibile, q sit nisi ex uentositate, & nō est possibile, vt sit illa vetositas, nisi grossa vētositas: si enim esset ventositas subtilis, tūc resolueretur in principio motus, quare nō reiteraretur ita, vt faceret motum sensatum, & accideret ab ea iectigatio sensata: qualiter autem accidat motus ad diuersas partes est, quoniam ventositas mouetur multum ad partes diuersas: Q ñ igitur iectigatio fit a veotositate grossa pp̄ eius multitudinem in corpore toto, tunc in eo generatur ventositas cōmunis toti corpori ex materia, quæ est frigida humida, sicut flegma, aut sicca frigida, & est melancolia, & illa materia est grossa: si enim esset materia subtilis aquosa, tunc euaporaret, & ab ea fierent vapores, & non ventositas, quia ventositas non fit secundum q declarauimus, nisi ex materia fumosa inspissata, & infrigidata: Fumositas autem generatur ex materia terrestri, quæ est grossa de necessitate: & est necessarium, vt illic sit caliditas subtilians illas materias ita, vt ex ea fiat ventositas, & talis caliditas est diminuta, & si non, tunc eius resolutio esset completa, & perfecta, & non fieret ventositas. Amplius si non esset illa caliditas diminuta, non generaret in corpore illa materia. Q ñ igitur ita contingit, tunc est necessarium, vt ab illa materia eleuetur causa caliditatis prędictæ res plurima ad cerebrum: & tunc aut est illa materia pp sui multitudinem ita se habens, q ipsa replet ventriculos cerebri, & oppilet meatus spirituū, vnde accidat ab ea apoplesia: Aut materia non se habet ita, & tunc cerebrum est potens in expulsione completa, aut non: q si cerebrum non est potens, tunc accidit epilepsia, quoniam de necessitate talis materia oppilat oppilatione diminuta: Si vero cerebrum fuerit potens ad expellendum illam materiam ad membra cerebro cōtinua, tunc accidet ab illa materia spasmus, & tetanus: & nō accidet ab ea paralesis multa, quoniā materia paralesis oportet, vt sit subtilis tenuis ita, vt non extendat neruos secundū latitudinem, alter enim nerui diminuerentur in longitudine, & fieret ex illa materia spasmus: & est possibile, q Auicenna per spasmum hic intelligat spasmum, secundum q spasmus est cōmunis tetano, & epilepsię, & spasmo proprię dicto, quoniam epilepsia est spasmus cōmunis toti corpori, & tetanus causatur ex duobus spasmis. ET similiter qñ perdurauerit, vt sensus sint turbidi: hęc turbulentia sensuum fit ex multitudine eius, quod ascendit ad cerebrum ita, vt ex hoc spiritus ingrossentur: & hoc non fit, nisi qñ cerebrum est debile pp illud, quod ad ipsum ascendit: & debilitas quidem motionum nō causatur, nisi pp neruorum debilitatem, & eorum humectationem, vel mollificationem. Et non est dubium, q ad hanc dispositionē sequitur illud, quod diximus. s. aut apoplesia pp repletionem cerebri ex eo, quod ad ipsum ascendit, aut accidit epilepsia, aut tetanus, aut spasmus, qñ nō fit talis repletio. CVM membra omnia stupida: Stupor est dispositio non naturalis accidens sensui tactus cū diminutione, aut destructione motus. Et qñ illud fuerit cōmune toti corpori, significat materiam existentem aut in ipso cerebro, aut in membris corporis totius: q si fuerit in ipso cerebro, & est secundum minus seu raro, tunc accidit ex multiplicatione materiæ prędictæ epilepsia. Et princeps Auicenna non cōmemorauit hoc tertium. s. epilepsiam. Et si materia fuerit in neruis, tunc facit accidere paralesim, si fuerit materia tenuis: & facit spasmum, si materia fuerit grossa. Verificatio autē huius pertinet ad verificationem sermonis de stupore, & illud est ex eis, quæ prolongant sermonem. Et pauperi cuidam accidit dominiū flegmatis in corpore, vnde accidit ei oppilatio in meatu, qui est a chisti fellis ad intestina, & expulsa est colera ad gibum eius, et pp talem oppilationem expulsa est colera ad stomacum eius, vnde vomebat coleram, & medici putauerūt, q eius ægritudo foret ex caliditate superflua, pp quod non cessauerunt exhibere in potu canforam, vnde mollificatum est corpus eius, & minorata est eius caliditas ita, vt stupefacta sint membra omnia, & extimauerunt medici, q illud esset ex superflua caliditate, & continue administrauerunt canforam ita, vt acciderit illi epilēsia, cuius parosismi frequenter inualuerunt, donec mortuus est ille pauper. CVM facies multum iectigauerit &c. antequam ad torturam deueniat. Tortura faciei est alteratio formæ faciei naturalis pp attractionem vnius duorum laterum eius ad partem alteram pręternaturaliter, cum qua remouetur obuiatio duorum labiorū, & duarum palpebrarū vnius lateris: & fit aut ex mollificatione, aut spasmo; & illud a causa propriata lacerto faciei; Si enim esset illa causa in cerebro, aut in origine neruorum, tunc esset communis omnibus membris: Iam autem declarauimus, q iectigatio significat materias frigidas: Si ergo illa iectigatio est in facie, significat, q illę materiæ frigidę sunt proprie in facie. Et quando multiplicantur, causant in neruis eius illud, quod causant in membris totius corporis, si essent cōmunes; & sequitur ad illud aduentus torturæ, Sed hic est consideratio, vtrum si iectigatio, qñ fuerit in tota facie, tunc significet, q materia sit in tota facie; & tunc oporteret, q ab ea accideret nocumentum in quolibet laterum, & nō apropriaretur vni lateri; Et iterū quęrendū, quæ sit causa, q in corpore accidit palesis cōis, et spasmus cōis ex multitudine materię. s. qñ materia multa esset cōis duobus lateribus, & in facie non accidit tortura vtriusq lateris, qñ in cerebro materia est multa: Dico, & respondeo, q nerui corporis cōmunicant in vno principio, quod est nucha: Si ergo acciderit nocumentum vtriq lateri cerebri cōmune, est illud cōmune vtriq lateri corporis: In facie autem, quia principium, in quo cōmunicant nerui eius, est cerebrum, Ideo si accidat ei nocumentum, non cōmunicatur nocumētum eius super faciem tantum, Immo cōmunicatur reliquo corporis etiam: Sed q accidat illud nocumentum neruis vtriusque lateris faciei, absq hoc q accidat principio, tunc illud est accidens raro valde eueniens. CVM facies vehementer: sirsem est apostema cerebri calidum causatum a sanguine, aut colera, aut ex ambobus simul, ad quod sequitur permixtio rationis, & lumen effugere fit ex ea pp caliditatem cerebri: & lumen ab istis abhorretur pp caliditatem, quæ a lumine inducitur, & pp agitationem spirituum inductam a lumine: & fluxus lacrimarum, qñ fuerit cum abominatione luminis, est pp fluxū hūiditatū cerebri ex supflua calefactione ipsius: & multa rubedo faciei, qñ fuerit cū istis accidentibus, est pp multitudinem sanguinis tendentem illuc: & ad illud sequitur secundum plurimum sirsem: Quòd si acciderit illud in febre acuta, & fuerit natura constricta, tunc significatio est fortior, & proprie cum albedine vrinæ, & maxime qñ illa fit subito. Et scias, q talis vrina fit propterea, q natura expellit materias ad superiora secundum semitam crisis, & tunc succedit fluxus sanguinis narium, aut apostema post aures, & tunc non fit sirsem: et hoc nō fit, nisi qñ virtus fuerit fortis valde. CVM multa absq causa fuerit tristitia &c. ne ad melancoliam deueniat: Melancolia est ægritudo melancolica, ad quam sequitur malitia opinionis, & cogitationis. Et non est dubium, q multa tristitia, et timor absq causa extrinseca causatur pp humorem melaocolicum, qui qñ superfluit, accidit ab eo melācolia, ADVSTI humoris euacuatione: circa hoc dubita-

tur primo, quoniam ab humore adusto non causatur melancolia, sed mania, et quod ei similatur. Secūdo dubitaē, quoniam tristitia, & timor possibile est, ꝙ sit ꝑꝑ multitudinem melancolię fecalis, non adustæ, quare &c. FACIES quoq;, qñ multum rubet, lepram portendit: lepra est ægritudo ex aggregatione humoris melancolici paulatine facta, in qua ęgritudine alteratur forma vel figura membrorum. Et qñq; soluitur continuitas in fine rei, & rubedo quidem faciei cum fuscedine non est ꝑꝑ multitudinem sanguinis, quoniam rubedo sanguinis est cum claritate, & splendore: immo est talis rubedo cum fuscedine ꝑꝑ multitudinem melancoliæ, & huiusmodi rubedo absq; dubio qñ perseuerat, timetur aduentus lepræ, quoniam illa melancolica materia iam est dominās, & firmata ꝑꝑ eius assiduitatē: & hic est ęgritudo alia ex qua accidit illud. s. rubedo coloris cum fuscedine in facie, & nō succedit ei lepra, & talis ęgritudo nominatur albedasnā: ꝙ si fuerit cum illo humore melancolico multo animi superbia, iracundia, & desiderium vindictę, indicatio lepræ est fortior. QVANdo corpus fuerit graue &c. hæc dispositio non fit, nisi ꝑꝑ repletionem superfluam, vnde sequitur vnum istorum, & proprie qñ acciderit habenti eam motus corporeus, aut animalis, aut comestio rei calefacientis, quoniam sanguis tunc rarificatur, & augetur eius quantitas, & mouetur. Postea cum ipse non inueniat locum capacem ꝑꝑ eius augumentum factū a rarificatione, sequitur ad ipsum aut solutio continuitatis in quibusdam venis, vt ex eis egrediatur, aut effusio ad aliquod spatium, quod non est nisi spatium, & concauitas cordis, & cerebri: ꝙ si effundatur ad spatium cordis, causatur mors subita: Si vero penetrauerit ad cerebrum, causatur apoplexia: ꝙ si non associatur illi aliquid eorum, quę diximus, tunc erit aduentus vnius istorum minus, quoniam dum non accidit ei augumentum, remanet secundū quantitatē, qua ipse erat in venis, quare non indigebit spatio latiori uel ampliori, ꝗ̄ sit spatium venarū. CVM tumor seu inflatio sparsa &c. quoniam ista inflatio qñ multiplicatur, tunc fit idropisis carnosa: Si vero cum ea aggregatur aquositas in ventre, tūc fit idropisis aquosa: & si cum ea multiplicatur ventositas in ventre, tunc fiet idropisis timpanites: & quodlibet istorum accidit ex nocumento epatis. ꝙ si non succurratur illi nocumento, quod accidit in epate, tunc vehementius fiet, & faciet accidere idropisim. CVM stercoris fetor: hoc verificatur, qñ non fuerit vehementia fetoris a corruptione digestionis, & in summa a cā ꝓpriata stomaco, et intestinis, aut a causa extrinseca, sicut fit vrina fetida apud comestionem sparagorum, quoniam tūc significat, ꝙ putredo est in humoribus: ꝙ si non succurratur remouendo fetorem prędictū, tunc multiplicabiē, & accidet febris putrida. VRINAE tamē significatio in hoc est vehemētior: hoc etiam significat illud, qñ non est fetor ꝑꝑ nocumentū in vijs vrinę: Et hęc quidem significatio est fortior, quoniā significatio vrinę super dispositiones eius, quod in venis existit, est maior, quia plurimum superfluitatum venarū expellitur per vrinam, non per egestionem, quoniam si tales superfluitates venarum expelluntur per egestionē, oportet, ꝙ ipsę transeant per epar, sed non oportet in expulsione ipsarum per vrinam. QVANDOq; lassitudinē, & fracturā: Iā declarauimus in capitulo lassitudinis, ꝙ lassitudo antecedit ægritudinē, & ꝙ ipsa lassitudo qñ vehementior fit, accidit post eam febris. QVANDOQVE comedendi appetitus cadit: vult per hoc, ꝙ qñ causa istius non fuerit res naturalis, sicut apud mutationem dentium vel ætatis, aut aliorum, ꝙ tunc sine dubio est res pręter naturalis: & qñ augetur aut vehementior fit talis casus appetitus, tunc accidit ęgritudo de necessitate. ET similiter usus: per menstrua intelligit illa, quę sunt non naturalia, sicut menstrua præternaturalia: & per mutationem a suo vsu ꝓnosticantem ægritudinem intelligit illam, quæ non est a causa sanitatis, & præseruationis ab ęgritudine consueta, quoniam sanguis hemoroidalis, & menstrua pręternaturalia, qñ abscinduntur ꝑꝑ corporis mundificationem, non ꝓnosticant ægritudinem: & similiter qñ abscinditur vomitus, & fluxus sanguinis narium, aut remouetur appetitus corruptus ꝑꝑ remotionem causæ ipsius nō naturalis, non ꝓnosticat ęgritudinem. EST pręterea, qñ res particulares particularium &c. Auicēna non posuit has res esse particulares, nisi quoniam ipsę ꝑ comparationē ad res supradictas dicuntur particulares. Perseuerantia autem doloris capitis, & emigraneę pronosticat dilatationem pupilę ꝑꝑ fortem dolorem causantem aduentum humiditatum ad exteriora, vnde soluitur continuitas vueæ apud foramen, vnde dilatatur pupilla: & est possibile, vt fiat illud ꝑꝑ generationem ventositatis extendentis ꝑꝑ debilitatem digestionis sequentem ad dolorem. Descensus autem aquę in oculo causatur, quoniam humiditates superfluę multiplicantur tunc ꝑꝑ debilitatem digestionis propter dolorem, & ꝑꝑ debilitatem duorum oculorū ꝑꝑ resolutionem spirituū factū ꝑꝑ dolorē, vnde augetur receptio illarū superfluitatum. IMAginari oculis coram facie: huiusmodi quidē imaginatio nō fit, nisi ꝑꝑ existentiā corporum vel vaporū parū transparentium inter virtutem visiuam, & inter visibilia, ad quę peruenit potentia visiua, vnde videt sicut obscuritatem vel tenebrositatem secundum quantitatem ꝓportionis illius ad rem visibilem: & qñq; est illud propter vestigium consolidationis vlceris in tunica cornea, vnde efficitur locus consolidationis non peruius ꝑꝑ eius inspissationem: & qñq; est ꝑꝑ humiditates extraneas a vaporibus eleuatis, qui qñq; sunt subtiles velociter resolubiles, & qñq; sunt grossi stabiles: & in ꝓcessu temporis augentur ita, vt inspissentur, & efficiantur aqua, & hoc ꝓnosticat aquam in oculis. CVM mansiuum fit, idest quando mansiuum fit, & non resoluitur velociter: & non intelligitur qñ mansiuum fit, idest qñ figitur, & permanet tempore longo valde, quoniā tunc non ꝓnosticat aquā, quoniam secundum plurimū est res in tunica {ꝓxima} Et ꝑꝑ illud dicit, ꝙ imaginationes qñ perseuerauerint in patiente ipsas sex mensibus securus fit ab aqua: Et augmentatio diminutionis visus significat, ꝙ illi vapores iā inceperunt conuerti in aquositatem: In facta autem a tunica cornea ꝓcedit res secundum dispositionem vnā, & visa non habent figurarū variationem, quoniā sequitur ad vestigium corneę tunicę remanens secundum suā dispositionem CVM grauitas &c. per grauitatem intelligit illam, quę est sub ipocundrio dextro: Illa autem, quæ est in pectore, aut in mirach, qñq; est ꝑꝑ aliud ab eis: & nō est posita ista additio vel conditio si perseuerauerit, nisi quoniam quę accidit & remouetur statim, iam est a materia, cuius penetratio accidit, aut oppilatio acciderit, deinde aperta est, & remouetur eius nocumentum, quare non est postea in epate nocumentum, sed qñ perseuerat, tunc non est nisi ꝑꝑ malitiam dispositionis epatis ita, vt si esset illud ꝑꝑ oppilationē, quæ iam aperta esset, tamen epar cum hoc haberet etiam malitiam dispositionis ꝑꝑ nocumentum vel nociuum, quod ei occurrit. GRAVITAS & tensio &c. grauitas apud partem dorsi inferiorem, quę dicitur alhasen, qñ fuerit aliquid illius, non significat super dispositionem renum omnino, quoniam locus eorū est superior, ꝗ̄ ille locus alhasen: & non apropriauit illi, ꝙ cum ea vrina sit alterata ab eo, quod est consuetū,

quoniam

Albadesnā est ista tio nasi cum rubedine fusca in ipsa.

Alia litera cornea.

quoniam si non est talis alteratio, tunc fortasse est illud pp multitudinē materię in lacertis, qui sunt in alchatin. STERCVS nō habens tincturam: Auicenna intelligit, qñ illud non est ex cruditate, & debilitate digestionis, neque cū ipso stercore prędicto fuerit vomitus colericus: & hoc quidem ita se habet, quoniam priuatio tincturę in egestione, qñ non est pp rem ab extra, neq; pp cruditatem, tunc ipsa est pp oppilationem meatus coleræ: q si expellatur colera ad stomacum, tunc accidit ab ea vomitus colericus: & si non expellitur ad stomacum, sed ad mēbra, tunc accidit ictericia secundum plurimum. Q ñq; autem expellitur colera per vrinam, & non expellitur ad membra, & tunc non accidit ictericia, & iam præcessit sermo istius in sermone de vrina. CVM ardor vrinæ perseuerat: Si ardor vrinę ꝓlongatur, tunc fit illud ppea, q multa colera est permixta cum vrina, quę cum perseuerat, excoriat vesicam, & virgam, vnde sequitur vlcus, q si fuerit ardor ante vrinam, tunc adustio est in vesica: Si vero fuerit ardor in hora, qua mingitur vrina, tunc est in virga, & est vrina in adustione vel vlceratione vesicę paucę quantitatis, multi numeri, seu multis vicibus micta, quoniam fortitudo doloris in ægritudine vesicæ vlceratę non tollerat vrinam ita, vt ipsa aggregetur multa in vesica. EGESTIO adurens: Causa huius est illa, quam ante diximus de ardore vrinę. DESIDERII casus &c. portendūt colicam. Colica est dolor intestinalis, cum quo difficilis fit exitus eius, quod egreditur per naturam seu naturaliter, & sequit̃ sine dubio ad illud grauitas in inferiori parte uentris, & eius tostatio: & multitudo inflationis est pp retentionem ventositatis generatæ, quę prohibetur a penetratione, vel exitu, & cum hoc multa tūc generatur ventositas pp retentionem fecum vel ęgestionū, & multam vaporationem: & ad illud sequitur vomitus pp multas rationes, quarum vna est cōmunitas vel communicatio stomaci cum intestinis in nocumento pp cōtinuitatem eius cum eis: Secunda ratio est, & retentio cibi, & eius ꝓhibitio a penetratione ad intestina, vnde expellitur cibus ad superiora per vomitum: Tertia ratio est pp multam coleram, quæ expellitur tunc ad stomacum propterea, q ipsa colera prohibetur penetrare vel transire ad intestina: Et illud quidem aut est pp oppilationē meatus chistis fellis, & est causa manifesta: qñ vero non fuerit ita, tunc est propterea, q fex retenta ꝓhibet, ne colera illa penetret ad concauitatem intestinorum: & sequitur ad illud etiam casus appetitus pp causas multas, quarum vna est cōmunitas stomaci, & intestinorum, sicut diximus: Secunda causa est pp multam coleram expulsam tunc ad stomacū: De natura enim coleræ est deijcere appetitum pp eius amaritudinem, & horribilitatem eius apud naturam: Tertia causa est, quia natura tunc magis appetit expellere, q̃ attrahere: Q uarta causa est pp multas humiditates retentas in stomaco pp priuationem expulsionis rarum ad intestina: Q uinta causa est multitudo fecum vel superfluitatum euaporantium ad stomacū ex superfluitatibus retentis in intestinis. Et scias q casus appetitus a re dulci, & vnctuosa tunc est plus pp multā eius humectationem, & illud est, quia acetosum incidit illas humiditates, & contrariatur colerę. Dixit autem & dolor extremitatum, quia secundū plurimum colica sequitur dolorem duorum cruriū, & causa eius est coarctatio eius, quod retinetur in intestinis, & neruis penetrantibus ex alchatin ad crura cum tensione: & apparet nocumentum eius in duobus cruribus: qñ igitur aggregantur ista accidentia, tunc manifestum est, q ꝓnosticant colicā, & pręcipue qñ cum illis fuerit sitis, & nausea, & subuersio animę, & proprię qñ cum hoc fuerit diminutio in appetitu. PRVRITVS in ano &c. quoniam materia hemoroidarum, qñ est expulsa illuc, causat pruritū pp eius acuitatem, sicut etiam causant pruritum vermes parui: Q uòd si non fuerit illic sanguis, tunc illud est pp fluxū vel effusionem sanguinis hemoroidalis, vnde talis pruritus ꝓnosticat aduentum ipsarum hemoroidarum: & dictum Auicennę. s. qñ non fuerint ibi vermes parui, est dictum superfluum, quoniā vermes, qui sunt illic, nō sunt, nisi vermes parui, quare non fuit necessarium particulariter dicere vermes parui. MVLTORVM foruncolorū natiuitas: Aldubeleti seu exitura est apostema, in quo aggregatur sanies, q si cum hoc fuerit calidum, appellatur choragiao idest exitura: & per nodum hic intelligitur apostema lene, qđ fit ex flegmate: Apostema enim nodosum melancolicum non pronosticat aldubeleti, & exitus vel natiuitas multorū apostematū prędictorū significat aldubeleti, seu exituram, quoniam multa ipsorum natiuitas vel egressio non est, nisi pp multam materiam ipsorum in corpore: Si ergo egreditur ex illa materia res multa simul in vno loco, & aggregetur, & faciat saniem, tūc est illud dubeleti vel exitura. SERPIGO pronosticat albaras nigram: Medici per albaras nigram non intelligunt albatas cum multa nigredine solum, neq; volunt, q proportio albaras nigræ ad morfeam nigram sit, sicut proportio albaras albi ad morfeam albam, immo per albaras nigram intelligunt adustionem, quę accidit cuti cū asperitate vehemēti, & pruritu, et squāmis, sicut squāmę pisciū: verū talis albaras nigra est melācolica: et ipsa est i veritate species serpiginis, et est species serpiginis excorticalis: & pp illud aduētus serpiginis, qñ multiplicat̃, pronosticat albaras nigram prædictā. Et morfea alba: Differentia inter morfeam, & albaras est, q morfea est in exteriori parte cutis non profunda: q si habuerit aliquam profunditatem, tunc illa est parua valde: Albatas vero est profunda in carne, immo profunda vsq; ad os. Et q morfea alba pronosticet albaras albam est manifestum, quoniam in veritate albaras alba, est sicut vehemens morfea, & eius augumentatio.

Signū distinctiuū inter ardorē vrinæ significantē vlcus i vesica, aut i virga.

Quare in colica accidit vomitus & casus appetitus.

Differētia inter aldubelet, et inter alcoragi, idest exituram, et inter vesela, idest nodum.

Capitulo secundo de regimine iter agentis,

IAm manifestauimus prius necessitatem obseruandi consuetudinem in conseruatione sanitatis ita, vt si cōsuetudo fuerit mala, oportet, vt ipsa non dimittatur, nisi gradatim. Et iter agens sine dubio permutatur necessario ad id, quod est diuersum, & contrarium suæ consuetudini in pluribus rebus. Et pp illud oportet, vt studeat in gradatione illius ita, vt dimittatur consuetudo gradatim. Et qualitas istius gradationis fit duabus rebus, quarum vna est, q in tempore ante itinerationem incipiant administrari omnia illa, quæ extimantur debere accidere in itinere, & tunc fiat permutatio ad illa cum gradatione: Secunda est, q in itinere studeat minorare totum illud, quod diuersum est consuetudini eius, deinde addatur in eo parum secundum quantitatem, q̃ non est possibile, vt administretur minor quantitas, q̃ illius. VT de se ipso sit solicitus idest de corpore suo. Q uòd si quis dicat non esse verum, q maior sit habenda solicitudodo de nutriente, & de lassitudine, quoniam oportet haberi maior solicitudo de aquis in itinere, quia nocumentum diuersitatis aquæ eius est maius, q̃ nocumentum diuersitatis cibi pp duas rationes, quarum vna est, q diuersitas ciborū in villis, & hospitationibus nō est multæ diuersitatis uel malitiæ: Secunda ratio est, q aqua velocius penetrat ad interiora corporis, q̃ cibus, quare nocumentum diuersitatis ipsius aquę est maius: Respondetur, q res quātis ita

fit, tamen diuersitas cibi est ex eis, quorum administratio delectat hominem, & non sic est diuersitas aquarum: & pp illud oportet cauere ab administratione ciborũ diuersorũ magis, q̃ oporteat cauere ab administratione aquarũ diuersarũ. Et pp hoc princeps Auicẽna pmisit necessitatem solicitudinis habendę in cibi conuenientia. Et oportet, vt iter agens multiplicet colores. s. nigrum, & cęleste, & quę eis similantur ita, vt tentoria, & vestes sint sic coloratę, pręcipue qñ itineratur i niue, vt aggregetur visus, & succurratur motui, & resolutioni spirituum factę pp vehementiã splendoris. NISI sit pp causam, quã dicemus. s. ppter causam, q stomacus eius sit colericus. LASSITVDO quoq; eius regenda. s. si acciderit ei lassitudo propterea, q sit consuetus in domo sua quiescere. VTATVR ordine, vt non permutetur subito ad illud, quod non est consuetum, vnde accidat labor lassitudinalis. SITIM facientia sicut pisces. Sciendũ, q causa, quare pisces faciunt sitim, est viscositas piscis, quę a calore stomaci ingrossatur, & ledit, vnde stomacus desiderans ab eo remoueri nocumentum desiderat potum, tanquam aliquid abluens, & remouens viscositatem piscis ledentẽ, viscositas vero cibariorum ex pasta non ita ingrossatur a stomaco, et ideo nõ causat sitim, sicut piscis viscositas.

Capitulo tertio de regimine iter agentis in calore. Seu de regimine cauendi a caliditate, & proprie in itinere.

OPortet, vt in itinerans in calore iter suum faciat in nocte, & quiescat in die: & vt hospitetur in loco alto, & q administret cibos frigidos. Et lactuca cũ sua infrigidatione rectificat aquas. Et induat vestimenta [solida] facta ex lino, vt defendat corpus eius a calore. EX lino quidem pp eius frigiditatem: vestimenta nõ debẽt habere pilos, ne calefaciãt corpus. MVLTORVM praterea quibus &c. Dixit Gal q iter agentibus in calore qñq; accidit pp superfluam resolutionem debilitas tanta, q loqui non possunt, cũq; isti infundũtur in aqua frigida, statim redit virtus eorum. Et causa illius est ęquatio complexionis eorum. Et princeps Auicenna tam dicit, q est melius, q ingressio in ipsa sit cum gradatione, & fiat illud, postquã expectauerint per horam, vt non accidat permutatio ad contrarium laboriosa, & non profundetur frigus aquę ad interiora pp raritatem corporis factam ex calore, vnde extinguatur caliditas naturalis, pcipue qñ ipsa iã debilis sit ex supflua resolutione. NARES & os sibi instita etc. vt minoretur penetratio illius aeris calidi, vel venti calidi ad cor, ne spiritus resoluatur, & vt sit penetratio illius aeris calidi, qui penetrat, post eius temperamentum in tempore transeundo per pãnum seu institam coopientẽ nares, & os. SALITI quoque pisces: Dixit Gal. de cura illius, cui acciderit aer ęstuosus, seu aer vehementer calidus, q effundatur super faciem eius, & super corpus aqua frigida, & pręcipiatur, q fiat oris colutio cum aqua frigida, de qua non debet multum assumere ita, vt facietur, sed ex ea debet paulatim paulatim traĳcere, et exhibere in potu oleũ rosatũ cũ aqua, deinde post illud bibat aquam, & cibetur lactuca, & endiuia, & citrulo, & cucumere, & cucurbita, & cibetur ẽt piscibus salitis, & iuribus carnium autum. Et tam princeps Auicenna dixit cibos ipsorum esse pisces salitos, maxime qñ quiescunt, & sedatus fuerit vel remotus fuerit calor ab eis, sed non scitur causa, pp quam pisces saliti sit cibus eis conueniens. BIBAT dog acetosum idest lac absq; butiro, vt vnctuositas lactis non augeat caliditatẽ febris. QVIA tunc subito morietur, quoniam cor tunc vehementer attrahit aquam frigidam propter superfluã eius inflammationem, & exiccationem. Quòd si fuerit illud, quod bibitur, secundum quantitatẽ saturitatis, tũc non est aliquid, quod prohibeat illam attractionem a stomaco, & ab aliĳs, quoniam tunc stomacus est saturatus, & tunc aqua frigida penetrat ad cor, & extinguit caliditatem naturalem. Qñ vero illud, quod bibitur fuerit parum, tunc retentio stomaci causat paulatinam attractionem cordis, et epatis, quare ad ipsa non penetrat otii post eius contẽperamentũ in stomaco. BIBERE incepit oleũ rosatũ, vt membra humectentur, et prohibeatur aqua a veloci penetratione ad cor. Et hoc quidem est dictũ Gal. qui dicit hoc, & alia multa, quę sunt dubia, qm̃ oleum non permiscetur cũ aqua: & si bibatur aqua, & oleum simul, tamen aqua descendit sua grauitate, & oleũ supernatat, quare oleum potatum non prohibet penetrationem aquę &c.

Alia litera antiqua neque habentia pilos.

Alia litera dicta alfasica non habentia pilos: alfasica est panus habẽs texturam densam.

Quaẽ itinerantibus in calore non debet exhiberi aqua multa subito in potu.

Capitulo quarto de regendo iter agentem in frigore.

AEr frigidus est causa congelationis spirituum, & extinctionis eorum propter duas causas, quarum vna est, quoniã aut ex illo aere attrahit cor quãtitatem sufficientem pro nutricatione spirituum, & tunc interficit eum forti frigore ipsius, aut non attrahit illam quantitatem, immo attrahit, quod sufficit pro contemperamento tantum, & tunc illa sine dubio est parua valde propter fortitudinem frigoris, & tunc illa quantitas non sufficit pro nutricatione spirituum, & tunc ex hoc sequitur consumptio ipsorum spirituum propterea, q ipsi priuãtur nutrimento, & sequitur mors. Et talis mors causatur aut ex parte anhelitus, aut ex eo, q aer frigidus penetrat porrositates ad interiora corporis, vnde extinguitur caliditas naturalis: Nocumentum igitur, quod aer frigidus infert spiritibus, est, quia eos extinguit, aut per hoc q diminuitur de nutrimẽto ipsorũ. Nocumẽtũ aũt aeris calidi, qđ infert spiritibus est ex supflua calefactione ipsorũ pp phibitionẽ euẽtationis, et ex hoc, q spũa cõsumit p resolutionẽ. Sciendũ, q iter agẽs infrigore, qñ descẽdit in loco, in quo hospitat, seu q iter agens i frigore qñ ingreditur hospitium oportet, vt eligat [ad hoc locum calidum, aut locum subterraneum, aut locum inferius] coopertum a ventis, & prope hospitium vel tentorium ligẽtur animalia, puta equi, & muli, vt calefiat locus ex aggregatione anhelitus vel flatus ipsorum: & apud horam hospitationis multiplicetur motus, quoniã ipse viuificat caliditatem innatam valde, & ipsam fortificat, & expellit nocumentum frigoris, et permutẽtur vestimenta oia, si est possibile. Et si non, saltem mutentur vestimenta superiora: Et experti sumus multotiẽs, q per hoc subito accidit calefactio corporis: Quòd si non deponit aliquid ex illis vestimentis, difficulter calefit, licet super ipsum apponantur vestis pelibus suffulta, & alia, & hoc videtur procedere propter infrigidationem illorum vestimentorum prius existentium, vnde non calefit velociter, postea inũgatur cum oleis calidis, & tiriacalibus, & cibetur cibis, in quibus sit alleum, & syonpis, & post eius digestionem bibat vinum purum; deinde ingrediatur balneum, si est possibile: & si non, apud ignẽ se calefaciat. SPASMO, et cuzezit Aduentus istius spasmi, & cuzezi est pp frigus neruorum, & vehementiam passionis a frigore extrinseco: & congelatio est ęgritudo, quę arabice dicitur sachus, & est, q homo remaneat secundum dispositionem, & formam, secundum quam prius erat ante aduentũ illius ęgritudinis, donec sanetur, aut moriatur, & causa illius est frigus vehemens neruorum, & cerebri, & congelatio humiditatis eius, vnde congelãtur nerui secundum figuram suam

Alia litera locum inferiorẽ in valle, et profundũ vt sit.

De loco eligendo in valle, profundo & a ventis cooperto maxie vt calificat, ubi in itinere non reperiuntur domus hospitantes.

fuam ita, vt accidat frigus.s. in cerebro, vel secundum aliquos ita, vt accidat frigus idest donec accidat mors. Et q frigus & aldemach idest ventus frigidus cum pluuia seu nix cum vento faciat accidere hoc, est manifestum. Causa vero, quia apoplexia aduenia a frigore, est oppilatio meatuũ spirituũ cerebri cũ constrictione, & aggregatione pp fortitudinẽ frigoris: q autem moriãtur mor te eorum, qui biberit opium, & mandragoram, causa est extinctio caliditatis spirituum, sicut prius declarauimus. QVAE vocatur bolismus: bolismus est fames vacina, & q membra vehementer exquirunt cibum, sed stomacus renuit ipsum, & causa aduentus eius in hoc est mors duarum virtutum.s. attractiuę, & sensitiuę pp frigus forte. ET melior quidem res est: Causa, quare specificauit ista, est ꝓhibere illud, quod omnibus est conueniens, vt ꝓhibeat.s. vehemens nocumentũ ex aduentu frigoris per porros, quoniam qñ ipsi fuerint aperti, tunc penetratio frigoris in eis ad interiora est facilis, vnde peruenit ad membra, & causat spasmũ, & cuzezi: & oppilatio eorũ fit cum administratione oleorum calidorũ, vt adiuuetur ad succurrendum nocumento frigoris. Et oportet, ut cum hoc sint tyriacales, vt adiuuetur in confortatione caliditatis naturalis: nares autẽ, & os custodiant, vt penetratio ne aeris frigidi per os ad stomacũ non accidat bolismus, & quæ eis similantur, & ne accidat congelatio ex penetratione ipsius per nares ad cerebrum, & ne ex penetratione ipsius ex ambobus.s. ex naribus, & ex ore ad cor accidat mors similis ei, qui assumpsit opium, & mãdragoram. Extrema aũt custodiant, qm ipsa sunt remota a corde, quod est minera caloris naturalis, vnde dominatẽ super ea frigus magis. Et ex eis, quæ sunt ab istis obseruanda, est oppilare duas aures, vt non penetret in eis aer frigidus ad cerebrũ. CVMQVE iter agẽs in frigore: intentio est, qñ non est frigus ex itinere perueniens ad hoc, q deijciat virtutem, tunc non oportet accelerare calefactionem in ipso, sed gradatim conceditur ei calefactio approximanda paulatine paulatine, quæ calefactio conuenientior est absq igne ei approximata. Et si igni approximetur infrigidatum, oportet, vt non approximetur ei, nisi gradatim, sed tamen melius est, q nõ approximetur calefactioni factæ per ignem. In illis autem, in quibus frigiditas ad hũc peruenerit terminũ, q virtus debilitatur, & ꝓsternitur, tunc est festinandum, vt calefiat calefactione, quę fit, absq q igni approximẽtur. Et scias, q priuatio calefactionis absq igne, & absq forti calore, qñ non fuerit intentio itinerãdi cito, et egredi ad frigus, est ex eis, quæ non sunt conuenientia, siue frigus peruenerit ad terminum, q deijciat virtutem, siue non peruenerit ad hoc, quoniam infrigidatio corporis, qualitercumque fuerit illa infrigidatio, est mala. Dico ergo, quòd iter agens in frigore qñ hospitatur, & iã frigus impresserit in ipso, aut iam peruenit illud frigus ad terminum, q facit cadere virtutem, aut non sic, & conclusiue loquendo, aut tũc corpus est calefaciendum cũ forti calore seu igne, aut alio modo: Calefactio autem absq igne seu absq forti calore est acceleranda super ipsum absolute, siue frigus impresserit in corpore vsq ad terminum casus virtutis, aut non: verum si impresserit frigus vsq ad illum terminũ, tunc necessaria est acceleratio ad illam calefactionẽ fortiorem, siue voluerit ire vel recedere in illa hora, & egredi ad frigus, aut non voluerit: sed si voluerit recedere in illa hora, et ire ad frigus, tunc oportet, vt non perueniat cũ illa calefactione ad terminum, quo egrediatur a temperamento tendẽte ad terminum calefactionis ita, ꝗ vt non rarificetur corpus, & disponatur ad recipiendum impressionem frigoris, & eius ꝓfundationem: q si non sit fuerit intentio eius eundi vel recedendi in illa hora, conueniens est peruenire in calefactione vsq ad illum terminum: Si vero calefactio fiat cum forti calore, seu cum igne, tunc si operauerit frigus vsq ad terminum casus virtutis, non conceditur omnino administratio in corpore illius calefactionis, nisi gradatim, quoniam frigoris operatio in corpore qñ peruenit ad hunc terminum, iam tunc ab eo accidunt duæ res, quarum vna est retentio eius, quod ex superfluitatibus resoluebatur a corpore per euaporationẽ: secunda est debilitas caliditatis innatæ, & ambæ istę res multiplicant superfluitates in membro. & debilitas calorũ innati absq dubio disponit ad putredinem, et ad hoc, q calor extraneus agat: Caliditas autem ignis sine dubio est extranea, & disponens ad putredinem, quare oportet vt putrescat, & corrumpat: sed qñ fit illud cum gradatione, tunc calefactio ab igne non est potens, nisi iam fortis sit caliditas naturalis ad mouendum naturam illuc: ut sanetur, quod a frigore est debilitatum: & similiter est illa calefactio, quæ fit absq igne, quoniam eius calefactio non est fortis in membro, nisi iam calor naturalis sit fortis, vnde destruitur, & impeditur putredo. Si vero frigus non fecerit, vel non operauerit vsq ad terminum casus virtutis, tunc conceditur ignis ꝓximatio subito, quoniã caliditas naturalis non est tam debilis vsque ad terminũ, q disponat membrum ad putredinem, neq superfluitates sunt multiplicatæ vsq ad illum terminũ. Et melius est, vt nõ approximet illud pp id, quod prius diximus: Quòd si non est excusatio ab eo, tunc fiat illud cum gradatione, vt fortificetur calor naturalis ante, q̃ calefiat mẽbrum calore exteriori siue manifesto. SICVT ex febre mirabilis: & causa eius est, q caliditas naturalis iam minorata est in exterioribus corporis pp frigus extrinsecũ, & famem. Qñ igitur comeditur aliquid calidum, viuificatur, & spargitur caliditas naturalis ad exteriora, quæ iam prius erant frigida valde, vnde exteriora corporis p cõparationem ad dispositionẽ eius priorẽ sunt calida valde, vnde extimatur, q illa sit febris, & non est ita. Et dixit medicus samaritanus asignãdo causam istius, q porrositates eius sunt iam oppilatæ ex inspissatione facta a frigore, vnde fit febris de genere febris effimere, quæ causatur ex condensatione porrorũ facta a frigore, aut balneatione cũ aqua frigida vel stiptica, sed in hoc est consideratio.

Claudere duas aures, & eas oppilare cũ cotto, & f utilibr cõfert iter agenti bus in frigore.

Illuc idest versus partẽ lesam a frigore.

Capitulo quinto de custodiendis extremitatibus.

SCiendum, q regimẽ extremorũ in frigore aut est ante aduentum frigoris super extrema, aut post ipsum aduentum. Cum primo quidem regimine intenditur conseruare extrema a cõgelatione facta a frigore forti: ipsa enim sunt remota a calore naturali continue exposita frigori, quare oportet vltimã habere solicitudinem, & custodiam de ipsis: In secundo autem regimine considerandum an frigus, quod accidit iam peruenit ad terminum putrefactionis extremitatum, aut non: & si non peruenerit ad talem terminum, aut ergo membrum iam incepit tendere ex ipso frigore ad fuscedinem, & nigredinem, aut non. Istæ igitur sunt quatuor dispositiones, & hoc capitulum comprehendit regimen vniuscuiusq earum, & regimen quidem primum fit cum oleis, & medicinis positis super membrum, vt prohibeatur aduentus frigoris ad interiora ipsius: & intentio est oppilare porros mẽbri, & huiusmodi olea oportet, vt sint calida, vt cũ hoc adiuuetur ad expulsionẽ vel repulsionẽ frigoris cũ inspissatione, & calefactione caloris naturalis, & q olea prędicta sit actu calida etiam, vt calefiat membrũ, vt attra-

hatur sanguis ad ipsum, vt sit virtus eius magis resistēs frigori. Et olea prędicta debent esse tyriacalia, vt magis sint confortatiua spirituum: & hęc quidem olea sunt, sicut oleum ilirorum, & oleū de bein, & alia ab eis, & quādoq; administrantur ista de per se, & qñq; administrantur cū eis, quę sunt sicut allia, & alleū. Medicinæ vero alię ab oleis sunt, sicut almisus idest syrupus de lilijs factus cum aromatibus calidis, & sicut alkitran, & similia. Et oportet, vt sit administratio istorum oleorum, & medicinarum aliarum post calefactionem membri factam cū fricatione, & exercitio, vt attrahatur ad ipsum sanguis. Et quando equitat oportet, vt moueatur membrum, vt perseueret eius calefactio: & pp hoc oportet, vt non multiplicentur tot indumenta, vel calciamēta, & alia ab eis, q ad hunc perueniat terminū, q ex illis indumentis prohibeatur motus, quoniam motus magis calefacit, & magis conseruat naturam membri, q̄ multiplicatio eorum, quę circumponuntur: & pp motum prædictum frigus pedum non potest stabiliri in eo, qui equitatur pp multū motum ipsorū pedum: & pp hoc non oportet, q calciamenta ex corio, aut ex pellibus, aut ex alijs sint constructa in modum, q pedes pp stricturam eorum cū difficultate moueātur: Cibi vero, & potus oportet, q sint secundum modum prędictum in capitulo præcedenti: In secūdo autem oportet festinare ad abscissionem eius, quod corrūpitur, & putrefacit, et abscindere ipsum, vt nō corrumpat reliquū. In tertio autem oportet, vt fiat scarificatio, & q fluat quod in eo est de sanguine corrupto: si.n. dimittitur, tunc carnē corrumpit, & mortificatur membrum. In quarto autem regimen vel in regimine dispositionis quartę oportet, vt ponatur in aqua caparū, & similium ex eis, quæ cōnumerantur in libris. QVEMADMODVM fructibus accidit congelatio: Apud habitantes regiones frigidas vehemens frigus in hyeme congelat fructus ita, vt poma fiant ita dura, sicut lapis, q si approximentur igni, corrumpuntur: si vero poma prædicta congelata ponantur in aqua frigida, lenificantur, & rectificantur ab illa aqua, et congelatur illa aqua, quę eis vicinatur in modo, q poma in exteriori ipsorum induuntur seu circumuoluuntur a glacie ipsa circumdante sicut a cute. Et in parte interiori ipsorum pomorum prędictorum non est aliquid congelatum omnino. Et causa huius est, q humiditas ipsorum pomorū naturalis radicalis iam est coagulata, & caliditas ipsorum naturalis iam est debilitata valde: Si ergo huiusmodi poma non approximētur igni, nō corrumpuntur, quoniam illæ humiditates cum sua congelatione non sunt recipientes putredinem: Si vero approximantur igni fluunt illę humiditates, & occurrunt debilitati seu defectui caloris naturalis, & pręsentię caloris extranei, qui aduenit ab igne, vnde putrescunt & qñ ponuntur in aqua frigida, possibile est q natura ipsorum resocilletur vel restaurē ab illa aqua loco humiditatum in eis congelatarum, et attrahit ex illa aqua illud, quod suplet vicem illarum humiditatū, & expellit natura pomorum illas humiditates congelatas propterea, q tales humiditates non sunt ei cōuenientes, quare illud, quod in eis erat congelatum, expellitur in aqua, & congelatur aqua, quę ipsis continuatur, & pp illud congelatur illa pars aquę, quę fructus eis circumuoluit, seu circundat. Et similiter qñq; fit membrū, quando superfluit in eo frigus cum hac dispositione, vel cum tali modo prędicto. Dixit samaritanus medicus in assignādo causam huius, q verisimile est, q sit illud propterea, q frigus & siccitas obsedit, & coarctauit calorem naturalem, & non dimisit ei partem, per quam transpiret seu euentetur. qñ igitur infunditur mēbrum in aqua frigida, mollificatur humiditas illius membri, vnde dilatatur calor naturalis, qñ vero dilatatur seu spargitur caliditas naturalis, & currit in membrum, ęquatur, & reuertitur in dispositionem pristinam.

Quare poma cōgelata a frigore si infundantur in aqua frigida redeunt ad dispositionem suā. Si vero igni approximentur putrescūt & corrumpuntur.

Capitulo septimo de conseruando iter agentem etc.

DIuersitas quidem aquarum est pp illud, quod eis admiscetur. Aqua vero ex se ipsa est simplex ęq̄lis per totum. Si ergo ita est, sequitur, q omne qđ remouet illa, quę sunt ei permixta, rectificat aquas. Et illa, quę sunt ei permixta, secūdū plurimū sunt ptes terreę, aut aereę, aut igneę, quæ resoluunt, et separantur ab aqua pp sui subtilitatem: & pp hoc distilatio, & similia rectificant aquas malas. ET similiter cum aqua conquassatur in vase: Intentio ex conquassatione est rarificare substantiam aquę ita, vt facilis sit separatio partium terrestrium ab ea. Lutum autem, quod in eo ponitur debet, esse liberum ab omni mala qualitate, ne addatur aquæ illa malitia. Et proprie q in sole fuit adustum: Intentio est, q tale lutum non habeat qualitatem malam præcipue illam, q̄ habet lutum adustum in sole, quoniam illud est incineratum habens qualitatem acutam, quare per illius administrationem seu mixtionem additur aquę malitia in gustu eius, & impetasione ipsius. QVAE exprimitur, est melior prima, quoniam cū ea associantur partes terrestres apud earum residentiam, & cum lana etiam retinentur partes terrestres: Si ergo exprimatur aqua, tunc aqua illa, quæ per expressionē separatur, est minus terrestris, et oportet, q illud ponatur in ea tempore ebulitionis, tunc enim aqua est vehementer rara, quare separatio partium terrestrium ab ea est facilior tunc, sicut declarauimus de causis. PANNO interposito scilicet vt ponatur super os orificij vasis lana, aut aliud, vt colletur, & clarificetur per hoc, quod est in ea.

Capitulo octauo de regimine viatoris in mari.

ET cōmouetur in ea nausea &c. Causa quidē euentus nauseæ, et vomitus nauigantibus est cōmotio, & agitatio humorū pp imaginationes extraneas, aut timorosas, quę accidunt animæ ex diuersitates situū in corporibus alijs ab ipsa naui corpore ipsius hominis existente quieto, vnde iudicat homo, q totus mundus mouatur: & causa quare Auicenna specificat in diebus primis est, q qñ tempus nauigationis prolongatur, assuescit anima: Et non oportet, vt abscindatur illud subito, qm̄ humores, qui agitantur, oportet vt egrediantur a dispositione naturali, quare mundificatio corporis ab huiusmodi humoribus est conuenientior.

Expositio Syrasi super fen quartam primi canō.

Capitulo primo.

DIcemus q res medicationis &c. Istud capitulum quatuordecim continet considerationes: quarum prima est de rebus, quibus cōplet medicatio etc. QVARVM vna est regimē. Regimē cōmuniter sumptum in ydiomate arabico est administratio, seu distributio rerum, sed apud scolas medicorum hoc nomen regimen appropiatur administrationi, & vsui, qui fit in causis sex rerum necessariarū: quoniā regimen in eis est magis commone, quàm regimen medici in alijs. Quanque vero medici appropriant hoc nomen regimen administrationi cibi secundum eius subtilitatem, & grossitiem, et paucitatē eius, & multitudinem ipsius: vnde dicunt regimen subtile, & regimen grossum. Auicēna vero

distinxit

distinxit nutrientia a summa regiminis, quamuis ingrediantur in eam ppea, q nutrientibus appropiantur iudicia, quę dicemus. ET alia est medicinarum exibitio: Medicina est corpus imprimens in ventre hominis qualitatē cū permanentia suę formæ: Et per hoc differt medicina a cibo, quoniam licet ipse imprimat, tamen non remanet sub forma sua. Vigilię vero, & somnus, & motus, & euacuationes, quamuis imprimant, tamen non sunt corpus: & volunt seu intelligunt per hoc impressionem magis cōmunem, q̄ illa, quę fit cum qualitate, & forma, siue sit illud, quod facit vel operatur in eo in potentia, aut in actu: quare in hoc ingreditur calidum, & frigidum in actu, siue administretur intra corpus, siue extra corpus: in hoc .f. numero medicinarum. quare ingreduntur in hoc emplastra, & embrocationes. Medicatio autem cum vomitu, & solutione ventris, & prouocatione vrinæ, & sudoris, & fluxu sanguinis nariū, & similia secundum q sunt euacuationes, ingrediuntur in summam causarum necessariarum: & sunt de numero sex rerum necessariarum: & administratio eorum est de summa regiminis: secundum vero q huiusmodi perueniunt a virtutibus corporum, quę proprietatē habent opādi illud, tunc illa corpora sunt de summa medicinarum: Et medicatio facta cum eis est medicatio cum medicina. Extractio vero sagitarum, & spinæ, & similium ingredit euacuationem seu est euacuatio, quare ipsa est ex summa regiminis. Aqua vero, & aer, secundum q ambo operantur qualitatem in corpore humano, sunt duę medicinę. EX quibus est nutriens &c. Consideratio secunda de canonibus regiminis cibi: tales quidem canones in regimine cibi diuiduntur in tres summas, in quarum prima sunt canones dependentes a minoratione cibi, aut eius additione, aut ipsius negatione, vel ablatione. Dicamus ergo, q cibus aut est ex toto negandus, aut non sic: Et cibus quidem negatur, sicut in statu ægritudinum, aut in crisi, aut in die vel tempore paroxismi, aut in repletione superflua, vt infra circa textum declarabitur. Q̄n vero cibus non negatur, tunc aut oportet minorare, aut augere cibum, aut mediocrem quantitatem ipsius exhibere. Et cibus quidem est augendus, sicut in principijs ægritudinum cronicarum valde. Mediocris autem quātitas cibi est exhibenda, sicut in principio ægritudinum, quę sunt in primo ordine ægritudinum cronicarum, aut in augumento ęgritudinum vehementis temporis vel longitudinis seu vehementer cronicę. Minoratio vero cibi aut fit in quantitate tantum, aut in qualitate seu nutricatione tantum, aut in ambobus simul: Prima quidem minoratio fieri oportet, sicut quando virtus digestiua fuerit debilis, & corpus non fuerit repletum, tunc enim nos cibamus cum eo, quod est paucę quantitatis, & multi nutrimenti: Et in his quidem minoramus quantitatem cibi, vt virtus digestiua possit digerere illum cibum: Et procuramus, q talis cibus sit multi nutrimenti, vt quātitas ex eo parua sufficiat pro nutricatione corporis: Secunda autem minoratio scilicet minoratio nutricationis fit, sicut quando virtus appetitiua, & virtus digestiua sunt fortes, & corpus fuerit repletum: tunc enim minoramus nutricationem, vt quantitas cibi multa sufficiat sedare appetitum absque hoc, q causet repletionem in corpore, & precipitur in istis, q quantitas cibi non minoretur, vt non superfluat vacuitas stomaci, ex qua accidit illud, quod diximus de effusione colerę ad stomacum, & alia ab istis: & quoniam cibus, quando est minoris quātitatis, q̄ illa, quam potest digerere stomacus, tunc aduritur, & corrumpitur. Et cibus quidem multę quantitatis, & pauci nutrimenti est, sicut olera, & fercula absque carne. Et multiplicatio istorum non est, nisi multiplicatio quantitatis cibi absq; multiplicatione nutrientis. Tertia vero minoratio cibi .s. in quantitate, & qualitate simul fit, quando cum debilitate appetitus, & debilitate digestiuę aggregatur repletio superflua, tunc enim minoramus quantitatem cibi, vt virtus digestiua sufficiat ipsum digerere: & nutricationem minoremus in eo propter repletionem existentem. Et scias, q intentio in cibo tempore sanitatis diuersa est ab intentione cibi, quę fit tempore, & in dispositione ęgritudinis: quoniam intentio cibi in dispositione sanitatis per se est restaurare, & suplere loco eius, quod fuit resolutum, & suplere ac sufficere augumentationi, si fuerit tempus augumentationis: & sequitur ex hoc conseruatio virtutis, & sanitatis: Quare oportet tunc, vt quantitas cibi aduenientis corpori sit illa, qua possibilis est, vt fiat restauratio loco eius, quod fuit resolutum. Intentio vero cibi in ægritudine non est intentio restaurandi deperditum, immo intentio per se est confortare virtutem vsque ad terminum, in quo possit expellere ægritudinem apud horam, in qua oportet, vt sit talis fortitudo virtutis: & oportet, vt cibus sit secundum quantitatem, per quam ponatur virtus in dispositione, qua possit expellere ægritudinem in hora, in qua oportet. Et sciaa, q cibus sicut per se augumentat virtutem, similiter ipse per accidens debilitat ipsam virtutem, quoniam fortificat ęgritudinē, quę est contraria ipsi virtuti. Et cibus quidem fortificat ęgritudinem pp multas causas, quarum vna est, q natura, q̄n occupatur in digestione cibi, diuertit ab ęgritudine, & minoratur eius operatio in ipsam ęgritudinem, quoniam operatio agentis in duas res non est, sicut operatio in re vna: & tunc fortificatur ægritudo pp priuationem resistentiæ cōtra ipsam ęgritudinē: Secunda causa est, quia opatio naturę in ipso cibo est debilis pp debilitatem ipsius naturæ causatā ab ęgritudine: Ipsa etiā natura occupata est cū ęgritudine, quare sequitur ex hoc, q nō bona fiat eius digestio, et maturatio: quare sine dubio est talis cibus p̄dictus dispositus ad corruptionē: et natura materię ægritudinis est tūc dominās, quare potest cōuertere cibū ad naturā suam, vnde multiplicatur materia ęgritudinis, & sequi augumentū ægritudinis: Tertia ratio est, quia ex cibo multiplicantur materię corporis ppea, q operatio naturę in eis est debilior, quare dominiū materię ægritudinis est maius. Et sequitur ex hoc cōuersio quarūdā materierū ad naturā materię ęgritudinis, vnde multiplicatur, & augetur ęgritudo. Et cū ita sit, oportet, ut sit q̄titas cibi in ægritudine scd̄m q̄titatē, qua minore virtus nō potest expellere ęgritudinē: Et talis quidē q̄titas cibi scit ex multis rebus, ex quibus est fortitudo infirmi, q̄m si fuerit fortis, sufficit q̄titas cibi pauca, sed nō sic est, q̄n fuerit ęger debilis: Secūda res est species ęgritudinis, q̄m si fuerit, sicut fluxus ventris, aut fluxus sanguinis, oportet augerer cibū. Si vero fuerit sicut synochus, oportet minorare cibū, q̄m sanguis, q est materia nutrimēti, tūc est multus in corpore. Tertia res est q̄titas fortitudinis ęgritudinis, q̄m ęgritudo si fuerit fortis, debilitat uirtutē magis: Et virtus, q̄ est sufficiēs expellere ęgritudinē, oportet vt sit fortis, et hæc indiget cibo multo: Si vero ęgritudo fuerit debilis, tūc res est ecōtra: Quarta res est q̄titas tēporis ægritudinis, q̄m si ęgritudo fuerit cronica, indiget plus de cibo: Si vero fuerit ęgritudo breuis tpis, sufficit pauca q̄titas cibi, q̄m ęgritudo cronica īdiget uirtute, q̄ possit tolerare, et durare usq; ad pugnā, et crisim ęgritudinis cronicę: et q̄m mā eius est difficilis digestionis, et expulsionis, qr̄ oportet, vt uirtus, q̄ sufficit hoc, sit fortis: Quinta est hora ęgritudinis, q̄m opꝫ ī pricipio ęgritudinis dare multū de cibo, q̄m hora, ī qua dēt expelli ægritudo, iā est valde lōginqua, & remota: et iā

non fiet talis expulsio, nisi post longum tempus: In augumento vero ægritudinis minus de cibo indiget, quoniam tempus expulsionis seu crisis iam appropinquat: In statu autem non indiget cibo omnino propter illud, quod postea dicemus: Sexta est quantitas temporis, quæ remanet de quiete: ꝙ si fuerit parua, & tempus paroxismi fuerit præsens, vel proximum, tunc nõ est possibile administrare cibum multum, ut non augumentetur paroxismus, vel vt non accidat paroxismus super repletionem stomaci, vnde prolongatur paroxismus, & inquietudo, & accidentia omnia propter illud efficiũtur vehementiora: Si vero quantitas quietis fuerit longa, possibile est administrare quantitatem cibi, quam exigit infirmus, q̄m digeret ipsum tempore quietis: Septima est dispositio figuræ, vel formę, quoniam si velociter contabescat, aut extenuetur plus, q̄ exigat ægritudo, tũc illa ęgritudo vehementer debilitat virtutem, & tunc necessitas nutricationis est maior: Et si non, tunc non est illa necessitas: Octaua est dispositio corporis in raritate, & spissitudine ipsius, quoniam acceleratio debilitatis virtutis in raro corpore est plus, quare indiget cibo plus: & in corpore denso est econtrario: Nona est ętas infirmi, quoniam pueri minus tollerant paucitatem cibi, & ieiunium propter multam resolutionem propter ipsorum caliditatem cum hoc, quòd eorum humiditates recipiunt resolutionem faciliter: Consistentes vero & primi senes econtra propter paucitatem resolutionis in eis causa frigiditatis, & siccitatis. Decima est complexio infirmi, quoniam si fuerit calida, indiget plus de cibo, quoniam resolutio est maior: & similiter si fuerit humida: Si vero fuerit frigida, aut sicca, erit econtrario. Vndecima est regio, si enim fuerit calida, tunc necessitas cibi est minor: Si vero fuerit frigida, est econtrario. Duodecima est tẽpus præsens anni, si enim fuerit æstas, tunc necessitas nutricationis est maior propter multam resolutionem, si vero fuerit hyems, erit econtra. Et hoc quidem contrariatur ei, quod oportet fieri in sanitate, quoniam in sanitate oportet, vt cibus in hyeme sit maior, q̄ in æstate, quoniam diminutio humorum in hyeme est maior propter ipsorum inspissationem: Tertiadecima est accidẽtia ęgritudinis, quoniã ęgritudo, in qua est, sicut vigilia, & spasmus, indiget multiplicatione cibi, vt succurratur resolutioni illius, vt non dominetur debilitas, Et non sic indiget illa ęgritudo, quę non est ita. Cum ergo ita sit, oportet, vt sit medicus sciens illud, quod istæ res exquirunt de cibo apud principium ægritudinis ita, vt possit administrare cibum secundum modum conuenientem &c.

Secunda summa canonum est de canonibus dependentibus a velocitate penetrationis cibi, aut tarditate ipsius: Cibus autem est velocis penetrationis, sicut est de dispositio vini, aut tardę penetrationis, sicut est dispositio assatorum, & frixorum, aut medio modo se habet in hoc, sicut panis mediocriter fermentatus, & salitus, & coctus. Et necessitas quidem cibi velocis penetrationis est velox confortatio vel fortificatio virtutis: Et hęc est necessaria, quando virtus fuerit debilis, & virtus non sufficit, quousq; penetret cibus, qui non est sic velox. Cibus vero tardę digestionis est necessarius, qñ appetitus est vehemẽs, pcipue qñ tardatio cibi est cã effusionis humorũ malorũ ad stomacũ, et cum hoc fuerint in epate, aut in venis humores crudi, quare, oportet, vt præmittatur vel acceleretur cibus habita consideratione ad appetitum, & stomacum, vt nõ effundantur ad ipsum humores mali: & oportet, vt talis cibus sit tardæ penetrationis, ut i stomaco tardet, quousq; digeratur, quod est in epate, & in venis.

Summa tertia de canonibus dependentibus a cibo subtili, aut grosso, aut mediocri: Et iam sciuisti, ꝙ cibus grossus est ille, ex quo generatur humor grossus: & cibus subtilis est ille, ex quo generatur humor subtilis: & absque dubio cibus mediocris erit ille, ex quo generatur humor mediocris substantiæ. Et vnusquisq; istorum ciborum aut est secundum sanos, aut secundum ęgros: & eorum, quorum humorum est grossus aut grossities est maior, q̄ oportet in dispositione sanitatis, aut in ęgritudine: Et similiter dicatur de subtili, & mediocri. Et cibus quidem subtilis habet ordines: ex eo enim quidam est subtilis sermone absoluto, & est secundum sanos, sicut caro capreti vel edi, & pedes castratorum: aut secundum infirmos, sicut sunt fercula liquida absque carne, & extramitates pullorum: Et ex eo est cibus subtilis valde, & illud secũdum sanos, sicut gallinę, & extremitates edorum: aut secundũ ęgros, sicut ius pullorum, & pars spissa aquę ordeis Et quidam est cibus subtilis in vltimo, & illud secundum sanos, sicut pulli, & brodia carnium: aut secundum infirmos, sicut sauich, & aqua ordei mediocris substantię. & quidam est cibus subtilissimus seu subtilis in vltimo subtilitatis, & illud secundum sanos sicut pullorum ius, & extramitates pullorum: aut secundum ægros, sicut est iuleb, & pars subtilis aquæ ordei: Cibus autem grossus aut est secundum sanos, sicut frumentum coctum, sicut puls, & caro vacina: aut secundum ęgros, sicut caro edi, & pedes castrati. Et cibus quidem grossus administratur, quando oportet administrari cibus multus: & subtilis administratur, quando oportet administrari parum de cibo. Et diuersitas ordinis in subtilitate est, sicut diuersitas ordinis in paucitate cibi. Sed modo manifestabimus ordinem ęgritudinum acutarũ, vt sciamus ex hoc locum seu tempus administrationis ordinũ cibi subtilis. Dicamus ergo, ꝙ ex ægritudinibus acutis quædã est acuta absolute, & est illa, quæ completur seu terminatur in die decimoquarto: & quędam est, quæ est minoris acuitatis, & est illa, quę terminatur post illud vsque ad dies viginti septem: Et quędam est acuta cronica, & est illa, quæ terminatur post illud vsq; ad diem quadragesimum: Et quędam est acuta valde, & est illa, quę terminatur inter nonum, & decimum. Illa vero, quæ terminatur in septimo, et infra septimum, aut est habens timorem, vel est timorosa, aut non. Et prima quidem, quę terminatur inter quartum, & nonum, est acuta in vltimo acuitatis. Secunda vero, quę non est timorosa, est sicut febris effimera, quam nominamus ægritudinem facilem. Quòd si dicatur, ꝙ in declaratione ęgritudinis acutæ est ista condictio, ꝙ sit timorosa: & supra in diffinitione ægritudinis acutę non fuit considerata ista condictio, ꝙ sit timorosa: Dicendum, quòd ægritudo, quando augetur in die septimo, iam efficitur timorosa, aut terminatio ipsius postponitur vsque ad nonum vel circa, est timorosa: Dicamus ergo, ꝙ in ægritudine, quæ est cronica valde, oportet vt sit cibus grossus secundũ egros: In ęgritudine vero mediocris tẽporis oportet, vt cibus sit mediocris: Et in ęgritudine acuta absolute oportet, vt sit cibus subtilis absolute. In ęgritudine vero acuta valde oportet, vt cibus sit subtilis ualde: et sic pcedat secundũ istas opationes uel pportiones. SED nõ prohibet, nisi quãdo medicus vult, vt natura occupet in digestione humorũ etc. Et hoc quidem fit, quoniam cibus phibetur in quatuor dispositionibus, quarũ vna est apud statũ, secũda apud crisim vel in hora crisis, tertia apud paroxismũ vel in paroxismo: quarta apud repletionẽ supfluã, in qua sperat, ꝙ corpus nutriatur ex illa repletione, q̃ qdẽ aut est ex cibo, sicut prohibetur cibus post repletionem cibi noviter assumpti: aut est repletio ex humoribus, sicut prohibetur

cibus in principijs febrium, precipue si fuerit sanguis dominans: in omnibus n. istis dispositionibus intentio principalis medici in hac prohibitione cibi est occupare naturam circa digestionem materiæ. Et scias, q in omnibus istis dispositionibus non prohibetur cibus, nisi qn virtus fuerit tollerans. ET non minuitur &c. cibus quidem minuitur, quando cum intentione, q natura occupetur in digestione, est etiam intentio consortandi virtutem. littera sequēs ex prædictis patet. AVT propter intentiones alias: vult per hoc, q quando virtus fuerit fortis cum tali appetitu, tūc possibile est digerere illud, quod oportet: si vero virtus digestiua fuerit debilis, tunc non est curandum de appetitu. AVT propter intentiones alias, sicut quando est intentio macrefaciendi, & sicut quando fuerint in venis humores multi quamuis digesti. ET quanto magis ęgritudo fuerit acuta, & nisi causę acciderint &c. tales causæ sunt, sicut res, quæ indicant cibum necessario esse augendum, sicut quando infirmus est caræ substantiæ, aut virtus eius est debilis, aut tempus, & regio sunt calida. Sed dubitatur circa ea, quę supra dicta sunt, q in ęgritudine cronica cibus grossus seu regimen grossum est exhibendum: & in ægritudine acuta regimen subtile est exhibendum: hoc enim videtur esse falsum, quoniā spasmus, & singultus sicci sunt ex ægritudinibus acutis, & in eis oportet multiplicare cibum: Paralesis vero, & spasmus, & tortura, quę sunt ægritudines humidę, sunt de numero ęgritudinum cronicarū, & in eis oportet minorare cibum. Secundo dubitatur circa illud, quod dictum est in quinta ss. s. q in principio ægritudinis oportet dare multum de cibo &c. quoniam consuetudo in cura febrium est prohibere cibum in principio ipsarum: postea cibare in augumento, & in statu: immo quandoque illud, quod administratur in statu de cibo, est plus, q̄ illud, quod de cibo administratur in augumento, & in principio. Ad primum respondent quidam, q illud dictum verificatur solum in febribus: sed ista responsio non est sufficiens, quoniam sermo Auicennæ in hoc capitulo est vniuersalis ad omnes ęgritudines materiales, in quibus oportet, vt natura occupet, & opponatur ægritudini: in huiusmodi enim ęgritudinibus oportet, q natura digerat materiam earū, & oportet, vt virtus eius in hora pugnę sit fortis: & pp hoc oportet, vt mensuratio cibi in eis sit secundum q diximus. Spasmus autem, & singultus sicci quamuis indigeant multo cibo, tam hoc nō fit in ęgritudinibus materialibus: Neque in spasmo sicco, & singultu sicco multiplicatur cibus ratione nutrimenti, sed solum, vt conferat in humectando: Minoratio vero cibi in paralesi, & tortura, & spasmo humidis non fit, nisi quia speratur, & creditur, q tales sint ęgritudines breuis temporis: et propter hoc quando prolongatur tempus ipsarum, & certificati sumus de tempore ipsarum longo, tunc oportet in eis multiplicare cibum, non tamen volumus, q talis multiplicatio cibi sit maior, q̄ sit in dispositione sanitatis, quoniam hoc est impossibile, immo talis multiplicatio intelligitur, q sit respectu reliquarum ęgritudinum. Ad secundum respondetur, q medici dimittunt cibum, & prohibent ipsum in principijs febrium, non quia in hora principij conueniat illud, immo prohibetur tunc, aut quia infirmus abhorret cibum in illa hora, & propter nauseatiuam facietatem, & repletionē, quę precessit, quare oportet tunc dimittere cibum, vt natura occupetur circa materiam, & digestionem eius, sicut diximus prius, aut pp res alias, propter quas ipsa ęgritudo exquirit illud. NOBIS quoque necessarium est nutriens, quod cito penetret &c. ET non est tempus, aut virtus sufficiens digerere cibum, quod tarde digeritur. quando enim virtus non sufficit digerere cibū tardę digestionis, manifestum est, q non succurret casui virtutis: Tempus etiam non sufficit, quando cibus, qui tarde digeritur, non potest cito, et velociter succurrere casui virtutis, nisi digeratur, sed talis cibus non digeritur, nisi post tempus longum, quare cibus iste non potest cito succurrere casui virtutis. Alio modo exponitur & tempus non est sufficiens, & sicut quando hora paroxismi iam est proxima, tunc enim non est possibile, vt administretur cibus tardę digestionis, vt succurratur virtuti, ne cadat propter longitudinem paroxismi, in quo paroxismo non licet cibū exhibere: si enim exhibeatur cibus tardę digestionis in hora proxima paroxismo, tunc talis cibus non digeretur ante paroxismum, sed remanebit in stomaco, & ex hoc augebitur, & prolongabit paroxismus, vt supra dictum est. Et si dicatur, q melius fuisset, q Auicenna dixisset. Et tempus, aut virtus non est potens tollerare, vt penetret cibus tardę penetrationis: dicendum, q Auicenna dixit, non est potens tollerare, seu expectare, vt digeratur nutriens, quod tarde digeritur, vt nobis innotescat, q cibi penetratio non fit, nisi post eius digestionem. Qñ igitur cibus fuerit tardę digestionis, sequitur necessario, q sit tardę penetrationis: & similiter cibus velocis digestionis est etiam velocis penetrationis. ET fiat secundū modū, quē declarauimus. s. supra capitulo de regimi. c eius, quod comeditur, & bibitur. MEDICATIO autem, quę fit cum medicinis &c. In hac parte ponitur consideratio canonum curationis cum medicina. Dixit ergo princeps Auicenna: Medicatio autem, quę fit cum medicina, tres habet regulas, quarum vna est elligendi, s. elligendi ipsam calidam, aut frigidam, humidam, aut siccam. Et sciendum, q sermo iste videlicet elligendi ipsam calidam, aut frigidā etc. non est, nisi per modum exempli, quia Auicenna in hoc loco per qualitatem intelligit illud, quod est commune ad formas, et qualitates, siue sint de qualitatibus quatuor primis, aut alię ab eis: Et illud, quoniam quandoque curamus cum eo, quod agit a proprietate, & tunc non attēdimus omnino ad qualitatem: & similiter quandoque curamus cū eo, quod agit per qualitates secūdas, sicut sunt medicinæ solutiuæ, & puocatiuę, et incarnatiuę, siue cōsolidatiuę, et tūc nō attēdimus ad q̄litates primas. s. ad caliditatem, frigitatē, humiditatem, & siccitatē Et necessarium est quidem in curatione vel medicatione cum medicina elligere qualitatem medicinę, quoniam curatio fit p contrarium, quare oportet, vt qualitas medicinę sit contraria qualitati ægritudinis. Secūda regula est regula elligendi quantitatem medicinę: Et ista quidem regula iā diuiditur in duas, quarū vna est regula mensurandi pondus medicinæ: et secunda est mensurandi ipsius qualitatē, seu gradum qualitatis eius. Exemplum primi est sicut, si dicamus, q dosis agarici, aut pulpę coloquintidę est quatuor danich. Exemplum secundi est sicut si dicamus, q hęc caliditas extranea in corpore existēs ad hoc, vt remoueatur, indiget medicina infrigidante in gradu tertio: Et ista frigiditas preternaturalis ad hoc, vt remoueatur, indiget calefaciente in gradu secundo, & similia. Et hoc quidem est necessarium in medicatione cum medicina, quoniam gradus ęgritudinum diuersificantur in fortitudine, & debilitate. Et hoc quidem sine dubio indiget medicinis diuersis in hoc. Amplius virtutes medicinarum illarum etiam sunt diuersę, & diuersificantur secundum quantitatem earum multam, aut paucam. Et hoc propter illud, quod affirmatum, & declaratū est in philosophia, q virtutes corporales augumētant cum augumētatione subiecti ipsarum, & diminuūtur ex diminutione illius; vnde dicitur, q in maiori quanto est maior virtus; & in minori

quanto est minor virtus. Tertia regula est regula obseruandi vel ordinandi suam horam: Et illud, quoniam medicina vna quandoque est in vna hora conferens ægritudini, & in alia hora nocens ei; & illud sicut medicina repercussiua, quoniam ipsa est iuuatiua in principijs appostematũ, & nociua in fine eorum. Et notandum, ꝙ hora, quę eligitur in administratione medicinæ, aut est propria ægritudini, aut non est sic. Prima quidem est, sicut administratio medicinæ solutiuæ in hora augumenti ægritudinum. Secunda vero, sicut administratio medicinę solutiuę in vere, & autumno, non in ęstate, & hyeme. Et est sciendum, quòd istę tres regulæ sunt fundamentum curationis cum medicina: sed hic sunt alij canones necessarij in illis etiam, quorum vnus est substantia medicinę, quoniam medicina cordialis oportet, vt sit eius substantia vehementer conformis substantię spirituum: Et quando duæ medicinę ęquantur in contemperando complexionem, & substantia vnius fuerit conueniens corpori, & alia contraria illi, tunc non est dubium, ꝙ administratio conuenientis est melior. Secunda est administrationis medicinæ electio, quoniam melior modus administrandi medicinas colicæ est per clisteria: Et medicinarũ pro nausea stomaci administratio melior est per os, & illud, quoniam medicinę penetratio oportet, vt sit ex via propinquiori. Tertia est forma medicinę, quoniã quædam medicinæ melius est, vt administrẽt in formã loch, sicut sunt medicinę pectoris: et q̃dã melius administrant ebibitę, sicut medicinæ, q̃ administrant ad ęgritudines mẽbrorũ remotorum, vel longinquorum a stomaco, vt sit etenim penetratio ad ipsa velocior: & quędam melius administrãtur in pillulis, sicut medicinę, quę administrantur ad mũdificandum caput, & alia ab his. Quarta est ellectio medicinę simplicis, aut compositę, quoniam in quibusdam ægritudinibus oportet, vt administrentur medicinę compositæ sicut in lapide, quoniam medicinæ simplices raro operantur illud, quod intenditur in cura ipsorum lapidũ: In quibusdam uero oportet, vt medicinæ sint simplices, sicut in plurimis ægritudinibus cõplexionalibus. Quinta est electio medicinæ nouę, aut antiquę, quoniam quędam sunt medicinæ, quarum administratio non conceditur, nisi postquam super eas pertransierit multum de tẽpore, sicut sunt medicinæ, in quibus cadit opium, sicut sunt trocisci de sumach facti ad zaye, & sicut tyriaca. Quędã vero medicinæ meliores sunt nouæ, q̃ antiquæ, sicut trocisci de canfora. Et quędam sunt medicinæ, quæ quando antiquantur, debilitatur virtus ipsarũ, sicut multę gumæ. Et sunt quędam, quę quando antiquãtur, fortificatur virtus ipsarum, sicut est vinum, & oleum.

IN ellectione autẽ qualitatis medicinæ. In hac parte considerat ea, quę conferunt ad cognitionem eligendi qualitatem medicinę. Quñ enim sciuerimus, ꝙ curatio ægritudinis sit per contrarium: Et sciuerimus, quòd qualitas ęgritudinis sit ista, vel illa, tunc ex hoc sciemus, quòd medicina oportet, sit illa, quæ habet qualitatem cõtrariam qualitati illius ęgritudinis: Sufficit ergo in cognitione qualitatis medicinæ habere cognitionẽ qualitatis ægritudinis: Sed in sermone Auicennæ, quando dicitur. IN ellectione autem qualitatis medicinę absolute non habetur cognitio &c. est dubitatio, quoniã species ægritudinis est eius essentia, in qua quidem fundatur bonitas seu perfectio curationis: cognitio autem qualitatis medicinę nõ fundatur super illam cognitionem speciei ęgritudinis, quoniam cũ qualitate medicinæ non est intentio contrariandi speciei ęgritudinis, sed contrariandi qualitati eius: Et etiam quia cognitio speciei ægritudinis non confert cognitioni qualitatis medicinę, quia ęgritudo vna specie quandoque habet qualitates contrarias, sicut soda verbigratia, quoniã ipsa quandoque fit a caliditate, & frigiditate, & similia, quare cognitio speciei ægritudinis non sufficit ad cognoscendum qualitatem medicinę, Auicenna vero hic dicit duas propositiones notas in medicinę scientia ita, vt plures primates in hac scientia nostris temporibus putent tales propositiones esse tanquam prima principia: quarum vna est, ꝙ curatio ęgritudinis fiat per contrarium: Secunda est, ꝙ conseruatio sanitatis fiat per similia. Dico ergo, ꝙ propositio prima est vera nullam habens dubitationem: & hoc demonstratur ratione, & experimento: Ratione quidem, quoniam contrarium ęgritudini quando aduenit corpori, sine dubio alterat ipsum ad sui naturam de necessitate, cum virtus ipsius possit hoc facere, & corpus sit recipiens, quoniam omne recipiens vnum duorum contrariorum est recipiens alterum contrarium, secundum ꝙ declaratum est in philosophia: Et corpus, quod iam recepit ęgritudinem, est sine dubio aptum recipere suum contrarium: Et quando alteratur corpus ad contrarium, oportet vt remoueatur ęgritudo de necessitate: quia aggregatio duorum contrariorum simul est impossibilis. Experimento quidem declaratur, quoni-m testimonio uerificatur, & experitur, ꝙ repletio curatur per euacuationem, & econtra: & caliditas sanatur per frigiditatem, & econtra: & sic de alijs. Sed hic sunt dubitationes, quarum vna est, quòd sicut cõuersio seu alteratio ad contrarium prohibet remanere ęgritudinẽ, similiter esse ęgritudinis prohibet alterationem vel permutationẽ ad contrarium, vt non aggregentur duo contraria: Secunda est, si corpus in hora ęgritudinis alteraretur ad contrariũ causaret in corpore ęgritudinẽ cõtrariam ęgritudini aliquę præcedenti, quare non causaret sanitatem, quoniam sanitas fit cum mediocritate inter illa contraria duo: & tunc non fieret cura per contrarium. Tertio si conuersio vel permutatio ad contrarium prohiberet remanentiam vel esse ęgritudinis, tunc conuersio ad mediocritatem prohiberet etiam remanentiam ipsius, quoniam remanentia contrarij cum existentia mediocritatis est impossibilis, quoniam est impos[illegible]bile, quòd frigus remaneat, & existat cum esse tepid[illegible]tatis: & similiter se habent omnia cõtraria cum medijs qualitatibus ipsorum. Et cum ita sit, est possibile, vt fiat curatio ęgritudinis per mediocritatẽ seu per qualitatem mediam, & non per contraria. Quarto si ęgritudo remoueretur post aduentum sui contrarij, tunc ęgritudines omnes sanarentur in hora vna, vel in tẽpore vno, quod esset hora aduentus contrarij, & tunc nõ esset ęgritudo cronica, aut acuta. Quinto arguitur sic, colica est ęgritudo frigida, quę sanatur per stupefactiua, quorum virtus est frigida. Sexta febris colerica, quæ est ęgritudo calida valde, curatur per scamoneam, cuius virtus est calida. Septimo euacuatio curatur per euacuationẽ. s. ventris solutio per ventris solutionẽ, & vomitus curat̃ p̱ vomitũ, et vẽtris solutio p̱ vomitũ, et ecõtra, & ambo p̱ sudorẽ curantur. Respondet ad primũ, ꝙ cõuersio seu alteratio ad vnum duorũ contrariorum non prohibet receptionem alterationis ad alterum, neque prohibet alterationem ad tensionem ipsius: verum qñ alteratur ad vnum contrariorum, tunc priuatur altero p̱pea, ꝙ illud, quod est frigidũ, calefit, & quod est calidũ, infrigidat̃. Ad secundũ respondetur, ꝙ medicina cõtraria ęgritudini sua qualitate nõ potest facere, ꝙ accidat ęgritudo cõtraria, dum qualitas talis medicinę nõ est superflua valde, & illud, q̃m ęgritudo frangit, & diminuit de fortitudine eius p̱p̱ cõtrarietatẽ, quã habet ipsa ad cõtrariũ: Qñ igit̃ medicina p̃dicta agit, tũc ex ipsa aduenit mediũ, qđ est sanitas. Ad tertium respondetur, ꝙ mediũ non potest remouere

uere ęgritudinem totaliter, sed solum ipsam diminuere: & propter hoc tepidum non potest facere, ꝙ frigidũ fit tepidũ, sed solũ minorare frigiditatẽ eius: Et secũdũ plu rimum talis diminutio non est diminutio, de qua sit curandũ, qm̃ ęgritudo est fortior, q̃ sit qualitas media inter cõtraria, vel qm̃ virtus ęgritudinis fortior est, q̃ virtus mediocritatis seu qualitatis medię prædicta. Amplius alte ratio dispositionis vel qualitatis mediæ prædictę ad vnũ cõtrariorũ nõ fit per hoc, ꝙ ipsa sit qualitas media, sed p hoc ꝙ est cõtraria cuilibet extremorũ: tepidũ enim frãgit frigiditatem non per hoc, ꝙ est dispositio media inter calidum. & inter frigidum, sed per hoc, ꝙ est calidum, quia tepidum comparatum frigido est calidum, & comparatum calido est frigidum. Ad quartam respondetur, ꝙ licet ægritudo remoueatur per aduentum contrarij, tamen non sequitur, ꝙ ęgritudines sanentur subito, quoniam non est possibile, ꝙ ægritudini adueniat suum contrarium, nisi post tempus, quod exigit natura ipsius, & illud est sicut euacuatio verbigratia, quoniam ipsa non aduenit, nisi postquam materia replens est facta disposita ad egressionem, & hoc quidem indiget tempore: Ad quintum dicitur, ꝙ medicatio colicę cum stupefactiuis non est medicatio oppilationis, & prohibitionis exitus eius, quod debet egredi secũdũ nãm, sed est medicatio doloris: sedatio uero doloris cũ stupefacientibus cõtrariatur huiusmodi dolori: Ad sextũ Dicendũ, ꝙ scamonea nõ sanat febrẽ colericã, sed euacuatio coleræ putridæ sanat: vnde scamonea per accidens contrariatur ęgritudini, quæ est repletio coleræ putridæ. Ad septimum dicendum, ꝙ vomitus, & ventris solutio quando curatur cum vna ipsarum, tunc illa non est curatio alicuius ambarum per se, sed repletionis ex materia causante vomitum, aut solutionem ventris. Circa autem secundum quę est, ꝙ sanitas cõseruatur suo simili: Hęc propositio licet sit notissima, & famosa, tamen est falsa valde non habens veritatem, quoniam verum temperamentũ impossibile est reperiri, sicut scíuisti: Omnis igitur complexio siue sit sana, siue ęgra, necesse est, vt sit extra illud temperamentum: quare in ea sine dubio est qualitas d[illegible]minans: Si ergo adueniat ei qualitas similis, oportet vt fortificetur, & intendatur illa qualitas in complexione dominans propter illud, quod declaratũ est in philosophia videlicet, ꝙ omne corpus habens qualitatem, dum augetur eius qualitas, fortificatur illa qualitas: Et hoc potest videri in aqua: Si enim accipiatur de aqua pauca quantitas, tunc eius frigiditas, et infrigidatio non erit sicut infrigidatio aquę multæ: Si ergo augeatur illa qualitas dominãs in complexione, tunc non remanet, sicut prius erat, immo est iam permutata ad dispositionem aliam. s. ad maiorem lapsum a temperamento. Et hoc quidem contrariatur sanitati. Et iterum si sanitas conseruaretur suo simili, tunc sanitas iuuenis, & calidi conseruaretur per res calidas: Et sanitas senis, & infrigidati conseruaretur per res frigidas: & similiter dicatur de humido, aut sicco. hoc autem est falsum, quoniam vnusquisque istorum, quando super eos aduenit illud, quod eis similatur, læditur valde, & egreditur a temperamento superflue. Dico igitur, ꝙ conseruatio sanitatis fit per illud, quod contrariatur qualitati ipsius cũ hac condictione, ꝙ inter ambo non sit diuersitas seu distantia multa, sicut est distantia contrarij, quo fit curatio ægritudinis: Et similiter fit pmutatio cõplexionis ad cõplexionẽ meliorẽ. verũ permutatio fit cũ eo, quod in contrarietate est fortius, q̃ illud, quo fit conseruatio sanitatis. IN electione qualitatis autem medicinæ &c. hæc est consideratio quinta de his, quæ conferunt ad cognoscendum qualitatem medicinæ. Aegritudo quidem, quę intenditur medicari, aut est ęgritudo propria vni membro, & tunc medicatio illius nominatur medicatio propria, aut ægritudo non est propria vni membro, & nominatur medicatio communis. In prima autem medicatione cognoscitur quantitas medicinæ administrandę ex tribus rebus. s. ex natura membri, cuius ęgritudo medicatur, & ex quantitate ægritudinis, & ex rebus, quę sua conuenientia vel conformitate significant illud, & sunt decem. s. virtus, & forma, & genus, et ętas, & tempus, & dispositio aeris in illa hora, & regio, & ars, & consuetudo, & regimen pręteritum: & Auicenna quidem ex istis decem pręteremisit dispositionem aeris in illa hora, & regimen pręteritum, quoniam dispositio aeris includitur in tempore, Nam per tempus medici intelligunt tempus, in quo aer est in dispositione calida, aut frigida, & sicut de alijs. Regimen autem præteritum includitur in consuetudine. Natura vero dicitur secundum plures intẽtiones, sed per ipsam hic intelligitur illud, quod includit seu denotat quatuor res s. creaturam membri, et eius complexionem, & situm, & virtutem eius. In medicatione aut communi scitur quantitas medicinæ administrandę ex tribus rebus. s. ex complexione corporis, & quantitate ęgritudinis, & ex rebus, quę significant sua conuenientia, & conformitate, secundum ꝙ in illa est necessariũ. Et in hac medicatione quidẽ non consideratur natura membri, quoniam non est dependens ab vno mẽbro apropriata. Diximus autem, ꝙ mensuratio quantitatis medicinę cognosci debet in medicatione propria, & in medicatione communi, quoniam illa diuersificatur secundum earum diuersitatem. Et quidam addiderunt in rebus, quę significant sua conuenientia, secundum ꝙ in ea requirit complexio: Et hoc quidem non est conueniens in medicatione communi, qñ medicatio communis connumerat illud vel includit illud principaliter. In medicatione autem propria est illud conueniens, quia curatio diuersificatur secundum diuersitatem illius. Auicenna autem contentus est dicere, & declarare solum illud, quo cognoscitur mẽsura quantitatis medicinę in medicatione propria: Nam illud, quo scitur mensura quantitatis medicinę in medicatione communi, est complexio corporis. Et iudicium eius in mensurando quantitatem medicinę est sicut iudicium complexionis membri, quã continet vel includit in se natura ipsius membri: Et hoc quidem subintelligitur, quando complexio corporis non ponitur ingredi inter res, quę sua significant conuenientia, secundum ꝙ oportet in eo: sed si posuerimus, ꝙ complexio ingrediatr in eis, tunc cognitio eius, quo cognoscitr mẽsura q̃titatis medicinæ in medicatione cõi est manifesta ex cognitione illius, quo cognoscitr illud in medicatione ꝓpria. ET cõplexionis quidem membri &c. In hac parte ponitur quinta consideratio, qualiter ex cognitione complexionis membri scitur mensura quantitatis medicinę: littera patet vsq; ibi infrigidatio parua, Difficultas vero de sene, & iuuene & ęqualiter febrientibus, & vtrum in frigidatio ipsorum debeat esse equalis, alibi per tractata est. ET creationis quidem membri &c. hęc est sexta consideratio de his, quę conferunt ad cognoscendum quantitatem medicinæ, quę consideratio sumitur ex creatura mẽbri: vnde creatura membri includit in se figuram, & meatus, & vasa, & formam, superficiem membrorum in lenitate, & asperitate. Auicenna vero hic diuidit membra secundum eorum creaturam duobus modis, quorũ vnus est ex parte concauitatis eorum, aut priuationis eius: Secundus est ex parte raritatis, aut spissitudinis ipsorum. Dico ergo, ꝙ omne membrum aut est habens cõcauitatem, aut non, Quod vero non habet concauitatem est,

Vtrũ conseruatio fiat per similia.

sicut nerui, qui sunt in manibus, & in pedibus, quoniam ipsi ab extra adherentes carni, & ab intra non habent cōcauitatem manifestam sensui, quoniam spiritus, qui penetrant in eis, non indigent concauitate manifesta, sicut fuit necessarium in spiritibus visus, vt nerui ipsius sint manifeste concaui. Membrū autem, quod habet concauitatē, aut habet ex vno latere, aut ex duobus lateribus: Et illud quod habet ex duobus lateribus est sicut pulmo, quoniā ab extra habet concauitatem pectoris, & ab intra habet concauitates causatas, & diuisas per diuisionem concauitatis cannę pulmonis. Illud autem, quod habet concauitatem ex vno latere, aut habet illam concauitatem ab intra, sicut sunt venæ, & arterię, quę sunt in manibus, & pedibus: Aut habet concauitatem ab extra tantum, sicut nerui, qui sunt in concauitate ventris, & pectoris. Istę ergo sunt quatuor membrorum diuisiones, & quęlibet earum aut est rara, aut densa, aut mediocris, quare fient diuisiones duodecim. Et istarum diuisionum ordo diuersificatur in fortitudine, & debilitate medicinarum ipsorum: & per rarum membrum intelligitur illud, cuius porrositates sunt amplę, sicut est pulmo: Densum vero est illud, cuius porrositates sunt strictę, sicut sunt renes. Membrum vero mediocre in densitate, & raritate est illud, cuius porrositates sunt medię inter istas duas, sicut est epar, & splen. Amplius sciendum, ꝙ in hac consideratione Auicenna manifestat causam, quare sufficit quędam medicina subtilis seu leuis, & talis causa est expulsio superfluitatum facilis, quoniam expulsio superfluitatum quando fuit facilior, sufficit in ea quęcunque virtus medicinæ. Et membrū quidem, quod est facilis penetrationis, & interius, & exterius est locus vacuus, ad quem expelluntur superfluitates, expellit superfluitates eius magis faciliter, quoniam concauitates, quas habet, non prohibent receptionem superfluitatum, quare expulsio illarum superfluitatum est salua ab impedimēto expulsionis mēbrorum, quæ sunt in parte expulsiua, vel quę sunt creata ad expellendum: quare non indigent in complemento operationis ipsorum virtute forti valde: sed non est sic, quando membrum non habet concauitatem, quoniam tunc membrum, ad quod expelluntur superfluitates, prohibet receptionem earum vel resistit receptioni ipsarum a virtute expulsiua, quare in hoc indiget virtute forti, vt possit superare virtutem membri repelentem: Et illud non fit, nisi cum medicina forti valde: Et in mēbro quidem raro sufficit medicina subtilis leuis. Et in membro denso requiritur medicina fortior, quoniam penetratio superfluitatum in membro raro ab interioribus ad exteriora facilis est propterea, ꝙ meatus in eo sunt ampli: Et similiter facilis est etiā penetratio medicinæ ad interiora, vt agat in eis: sed non sic se habet membrum spissum, quoniam dispositio eius est econtrario in ambobus. Et non est dubium, ꝙ superfluitas membri quando expellitur ad exteriora, tunc expulsio ipsius est facilior, q̄ si fuerit in profundo. Et scias, ꝙ concauitas maiorem causat facilitatem [resolutionis] superfluitatum, q̄ raritas corporis membri, quoniam raritas adiuuat ad expulsionem superfluitatum propter facilitatem penetrationis ad exteriora: & illud non causat expulsionem liberam a repulsione vel a resistētia eius, quod [ad ipsum] expellitur, sed non sic est concauitas. Facilitas autem penetrationis medicinę ad membrum, & eius difficultas sic se habet, quoniam si membrum habet concauitatem ab extra, tunc medicina in ipsum non habet ingressum, immo talis concauitas prohibet penetrationem medicinæ ad ipsum propter priuationem continuitatis inter ipsam, & inter illud, quod circuit illam concauitatem, si fuerit via penetrationis medicinæ ad ipsam ex illo, sicut si volueris medicinam penetrare ex interiori parte pectoris ad venas, & ad neruos, qui sunt intra concauitatē eius: si vero fuerit concauitas interius in membro, tunc causatur facilitas penetrationis medicinæ, donec occurret superficiei ventris illius membri multo plus, q̄ causetur a raritate, quoniam medicina faciliter penetrat ad ipsum ex illa concauitate. Penetratio vero medicinę in corpore vel in substantia membri facilior est in membro rarę substantiæ: Et propter illud resolutio ægritudinum materialium ex mebro habenti concauitatem multo facilior est, q̄ resolutio ipsius ægritudinis ex membro raro. Aliarū vero ægritudinum ab istis resolutio siue sanatio multo facilior est in membro raro, quàm in membro habenti concauitatem ab extra. Et cum sciueris hoc, possibile est vt tuo ingenio ellicias, & extrahas diuersos seu distinctos ordines membrorū indigentium medicina forti, & membrorum, quibus sufficit medicina subtilis vel leuis secundum exigentiam creaturæ ipsorū. Et Auicenna dixit ordinem quorundam membrorum, & contentus est eis timens prolixitatem. ET SITVS quidem membri: hac est cōsideratio septima, per quam cognoscitur ex parte situs membri regimen quantitatis medicinæ: vnde situs, sicut sciuisti, includit in se locum, societatem: & vnumquodque istorum ponit diuersitatem mensurationis quantitatis medicinæ: & propter hoc cognitio amborum iuuat ad cognoscendum mensuram quantitatis medicinæ. & per communitatem intelligo illam communitatem, quæ est inter duo membra, inter quę est continuitas: & causa ipsius in dispositione amborum sana, & egra sunt talia membra ad se inuicem communicantia. Et nos manifestabimus qualitatem eliciendi scientiam mensurandi quantitatem medicinæ ex vno quoque loco, & ex communitate ipsorum membrorum. In cognitione autem illius ex loco aduertendum seu considerandum, ꝙ aut locus membri est proximus penetrationi medicinæ, aut longinquus, aut mediocris: & primus quidem est sicut stomacus: Secundus vero sicut renes: Tertius autem, sicut epar. Et in membro propinquo sufficit illa medicina, cuius virtus sit opposita ægritudini vel potest contrariare ęgritudini, quoniam talis medicina peruenit ad illud mēbrum, & virtus eius .s. medicinę remanet in sua dispositione. Membrum autem longinquum, & mediocre inter propinquitatem, & longinquitatem indiget medicina, cuius virtus sit fortior, q̄ sit quantitas, quæ opponitur ęgritudini secundum mensuram, qua existimetur, ꝙ frangatur de virtute eius propter alterationem eius factam in membris, quę sunt in via vel transitu, quoniam medicinę alterantur a natura membrorum, quibus obuiant, & proprie in quibus permanent, vel morantur, sicut stomacus, & epar, & proprie illæ, quæ sunt ex medicinis cibalibus, quoniam alteratio ipsarum a membris est maior propterea, ꝙ in eis est nutricatio. Et ex mēbris sunt, quę sunt longinqua a penetratione seu a uia, & proxima alteri, sicut vesica, tunc enim ebibita perueniūt ad ipsa ex via seu transitu valde longinquo .s. ex ore. Medicinę vero, quæ in ipsam projciuntur per syringam, penetrant ad ipsam vesicam ex via proxima ei, quę est foramen vel transitus virgę. Et propter illud medicinæ, quę per syringam projciuntur, sunt potentiores in remouendo ęgritudines ipsius vesicæ. Et ex membris est illud, in quo penetratio medicinarū est per vnā viā, quæ qn̄q; est pxima, et qn̄q; est lōginqua: Et tale mēbrū est sicut pulmo, quoniam medicinę per os assumptæ quandoq; perueniunt ad ipsum per meri resudando ex porris panniculi, qui est inter ipsum, & inter cannam: & hęc penetratio

Alia litera expulsionis.

Alia littera nō habet illā particulam ad ipsum.

tratio est proxima valde: Q ñq; vero medicinæ perueniunt ad ipsum per viam stomaci penetrando ex ipso ad epar, deinde ex eo ad venam concauam, postea ex ea peruenit ad ipsum pulmonem. Et propter hoc melius est, vt medicinę pectoris & cannę pulmonis administrentur in formam loch, aut in pillulis, vt sit earum incessus super meri in tempore longo, & sit illud, quod resudat illuc ex illo paniculo, plus: Et propter illud medicinę ad tussim hoc modo administrantur. Cognitio vero mensurę quātitatis medicinę, quę elicitur ex cōmunitate membri sit, quoniam omne membrum per comparationem ad aliud membrum aut sic se habet, q inter ea ambo cadit cōmunitas, aut non: q si fuerit secundum, tunc non erit appositio medicinarum super vnum ipsorum ingrediens in curam alterius, sicut membra pectoris cum membris vrinę, quoniam appositio medicinarum, super quodcunque illorum sit, non confert in cura alterius: Si vero fuerit primū, aut illa cōmunitas est multa, aut pauca, aut mediocris. Prima quidē est, sicut est dispositio matricis cū mamillis: Secunda sicut est dispositio matricis cum vena sciatica: Tertia sicut est dispositio matricis cum saphena. Et vbi cōmunitas fuerit multa, sufficit, q medicinę permutent materias de vno ipsorum ad aliud, si fuerit debile, quoniam talis permutatio ad ipsum erit facilior: Vbi vero cōmunitas fuerit pauca, oportet in illa, vt illæ medicinæ sint fortiores, quoniam illa permutatio est difficilior: Sed vbi cōmunitas fuerit mediocris, oportet, vt medicinę sint mediocres. ET quandoq; ex consideratione loci, & societatis simul. Omnis materia, quę effusa est ad aliquod membrū, nō euacuatur, quin in illo membro sit expulsorium naturale, per quod expellitur illa materia, & ex egressione eius non sequitur nocumentum illi mēbro, neque alteri membro: aut non est ita. Quòd si fuerit primum, tunc oportet euacuare illā materiam ex illo membro: Et illud sicut qñ expellitur materia ad concauitatem intestinorum, quoniam tunc oportet expellere illā materiam cum solutione ventris, quoniam euacuatio materierum oportet, q fiat per partem, ad quam declinant magis, quia illa est facilior naturæ: Si vero fuerit secundum, tunc nō euacuatur, quin aut sit illud membrum in modo, qui est possibile, vt in eo accidat expulsorium, ꝑ quod si egrediatur materia, non nocet illi membro, neq; alteri membro, aut non est ita: q si fuerit primo modo, tunc oportet extrahere illam materiam ex illo membro per expulsorium vel euacuatorium, quod accidit in eo: & illud sicut qñ scinditur vena cruris in ægritudine, quę nominatur uarices. Si vero non est possibile, vt accidat euacuatorium ita, vt non noceat extractio materię, & tunc non euacuatur, quin aut sit effusio materiæ ad illud membrum iam completa, aut non: q si fuerit secundū, tunc oportet attrahere ipsam materiam ad contrariam partem longinquam cū euacuatione, & est melior: aut absque euacuatione, sicut ligatura duorum cruriū apud ascensionem materiæ ad caput: Et si fuerit primum, tūc aut est illa materia iam confirmata in illo membro, & longo tempore permansit in ea, aut non: q si fuerit secū do modo, tunc oportet attrahere eam ad partem contrariam proximā, sicut positio ventosarum super nocram, vt attrahantur materiæ ab oculis. Si autem fuerit primo modo, tunc extrahitur ex loco, vbi est, sicut apertio exiturę. Et causa seu declaratio in his, quę dicta sunt, est, quia aut effusio materię non est adhuc completa: & tūc illa materia non effusa est ad illud membrū, nisi ꝑꝑ debilitatem eius in repellendo seu separando ipsam ab eo, & tunc oportet diuertere materiam ab eo, vt non aggregētur in eo cū debilitate ipsius materię multę, propter quas postea membrum deficiat in regulando eas, vel in digestione ipsarum, quare oportet, vt diuertantur ab eo ad membrum longinquū: Si enim attraherentur ad membrum propinquum, tunc adiuuaretur earum attractio ad membrum, ad quod iam declinauerunt, quoniam est secundū conuenientiam motus ipsarum. Si vero effusio iā est completa, & non est tempus prolongatum, tunc attrahatur ad locum propinquū, quoniam attractio ipsarum ad locum remotum nō est possibilis, nisi fiat cum attractione laboriosa, quę nocet corpori, quoniā qñ effusio materię ad membrum fuerit completa, tunc firmatur in eo, quare difficilis est earum eradicatio ab eo ad locum longinquum, sed non est ita, qñ effusio materię adhuc nō est completa, quoniā materia tunc adhuc est in motu ex sui natura. Et quia etiā illa attractio laboriosa prædicta nocet pluribus membris absq; iuuamēto ipsius, et absq; necessitate ipsius, quoniam super vnumquodq; membrum incedit illa materia, quare ab ea leduntur membra lesione præternaturali. Si vero effusio fuerit iam completa, & tp̄e fuerit prolongatū, tūc materia est iam cōfirmata, et resudauit in mēbrū, in quo est, quarę est ꝑmutatio ipsarū seu eradicatio ipsarū ab illo mēbro difficilis: et ꝑꝑ hoc extratio huiusmodi materię ab illo membro est conuenientior: Et illud fiat sicut cū apertione seu perforatione, aut resolutione cum resoluentibus, & his, quę sunt similia.

QVONIAM, qñ sciuerimus q materia adhuc est in fluxu per partem, cū dicit, quarum vna est partis diuersitas &c. intelligitur vna partium sex. s. superior, & inferior, dextra, & sinistra, ante, & retro. Para quidem contraria seu diuersa requiritur de necessitate, quoniam non potest fieri attractio sine ipsa. Secunda res est consideratio societatis, quoniam materię non possunt trahi ad illud membrum, quod non est sociatum, sicut supra declarauimus. Tertia res est consideratio rectitudinis in vna partium sex, quia inter quęlibet duo membra, immo inter duo puncta cadit rectitudo vel aspectus rectitudinis: & propter illud non licet trahere, vel q fiat transitus per duos diametros, quoniam inter eos non est rectitudo in vno illorum laterum: & non consideratur ista rectitudo, nisi ꝑꝑ paucam cōmunicationem membrorū, quę non sunt in vna parte: Quarta res iam supra declarata est, & eius causa est assignata. Et scias, q hic sunt condictiones alię. Prima, q membrum, ad quod expulsa est materia, non sit expulsorium naturale, aut si fuerit expulsorium naturale, materia tamen in eo existens sit ex eis, ad quæ sequitur nocumentū magnum, quoniā materia, qñ declinat ad membrum, in quo est euacuatorium naturale, & ex egressione ipsius per eum non sequitur nocumentum, de quo sit curandum, tunc oportet euacuare ipsam materiam ex illo loco. Secunda condictio est, q mēbrum illud sit taliter dispositum, q in eo non accidit euacuatoriū pro euacuatione materię, sicut est lacertus, aut est illud possibile, tamen ex egressione materię per illud membrum est nocumentum magnum, quoniam ex mēbro, ad quod declinat materia, si esset possibile extrahere materiam per flobothomiam, aut aliud in modo, q nō sequitur nocumentum magnum, sicut in flobothomia; oportet extrahere ipsam ex illo loco, vt mūdificetur corpus ab illa materia, absq; q sit necessarius incessus ipsius super membra alia. Tertia condictio, q membrum, ad quod attrahitur materia, nō sit nobile, sicut membrū, a quo attrahitur: aliter enim illud nocumentum accideret membro nobili ꝑꝑ ignobile, quod non est conueniens, sicut si expellatur materia post aures, tunc non attrahemus ipsam ad cerebrū, immo procurabimus, vt augeatur expulsio eius ad illum locum. s. post aures, vt per eā

non ledatur cerebrum. Quarta cōdictio, q membrum, ad quod attrahitur, non sit minus tollerans illam materiam: si enim habuerit fortem sensum, tunc augetur nocumentum per illud, quod aduenit ei per naturam, sicut est oculus. Aut fuerit membrum infirmum, Si enim attractio materiæ ad ipsum nocet ei, non attrahemus ad ipsum, quamuis membrum, a quo attrahitur, sit nobilius, sicut nō attrahimus materiam ex capite ad oculum, licet cerebrum sit membrum nobilius. Quinta condictio, q ex penetratione materię ad membrum, ad quod attrahitur, non sequatur incessus eius super membrum, vnde ledatur ex hoc nocumento maximo, & illud aut quia est membrum principale, sicut si fuerit incessus materię super cor, nisi non sit illud membrum principale ex his, quę ex tali incessu materię super eum ledantur, sicut est epar, quoniam materię qñq; attrahuntur ex mēbris aliis ad intestina, vt egrediantur per secessum, & ad hoc sequitur incessus vel transitus earum super epar. Aut leditur nocumento maximo non pp membri principalitatem, sed ppea q membrum parum tollerat illud, quod sit per eum incedit vel transit, aut quia in eo est ęgritudo ledens ipsum. Sexta, q nō sit illud membrum, super quod incedit, ex illis, quibus leditur corpus per illud, quod accidit ex aduētu materierum ad ipsum, quamuis ex illo non sit lesio magna, & illud sicut, qñ incipit apostema in dextra parte gutturis, tunc non attrahemus illam materiam ad latus sinistrum timendo, ne apostema commune fiat in omnibus partibus gutturis, vnde ledatur corpus ex prohibitione cibi, & anhelitus: Septima, q non fiat attractio materierum ex parte opposita parti membri, ad quam declinauit materia ita, vt sit membrum, a quo attrahitur, cadens inter membrū, a quo declinauit, & inter membrum, ad quod fit attractio, quoniam hoc adiuuat, vt expellatur materia ad illud membrum. Exemplū huius sicut si fuerit materia expulsa ad epar ex superiori parte corporis, tunc enim nos non trahemus eam ad inferiora, sed oportet, vt fiat illa attractio ad partē, a qua expulsa vel transmissa est talis materia, ut resistentia fiat ex parte, a qua expellitur, & retineatur illa declinatio sanguinis, sicut verbigratia trahemus ipsam ad manum. Octaua, q membrum, ad quod fit attractio, sit magis longinquum, q̄ membrum, ad quod declinat materia, ut sit opposita declinatio ipsius materiæ ad membrū, a quo attrahitur. Nona, q effusio non sit completa: Cū enim non fuerit ita, tūc iudicium est aliud ab eo. ET dicemus, q in ęgritudinibus in quibus &c. verificatio huius canonis est, q medicinæ fortes sine dubio sunt magis contrariæ naturæ, q̄ medicinę debiles: & pp illud oportet, vt non administrentur fortes, nisi qñ debiles non sufficiunt. Et semita in hoc est, vt procedatur gradatim a medicinis debilibus ad fortiora, quousq; perueniat ad terminum, quo possit perficere intentionē: Sed hoc quidem est possibile, vt fiat, qñ non timetur ex hoc, q adueniat nocumentū maius, q̄ sit nocumentū perueniens ex audacia in exhibendo medicinā fortē: Quòd si timetur, illud nō fieri debet. Et talis timor verificatur in pluribus dispositionibus, quarū vna est, q ęgritudo non sit furiosa, in qua materia est mobilis, qm̄ tunc oportet, vt audacea simul primo in euacuatione materię cum solutiuis fortibus, licet materia etiam non sit digesta, quoniam si non fiet illud, timetur motus illius materię ad quędam membra principalia, vnde sequitur mora. Secnda est, q corpus sit vehementer dispositum ad illam ęgritudinem, aut q sint humores velocis conuersionis ad naturam materię, tunc enim oportet, vt incipiatur cū medicinis fortibus, vt ęgritudo non fortificetur valde propter dispositionem ad ipsam. Tertia, q ęgritudo in se ipsa sit fortis valde, quoniā tūc oportet, vt incipiatur cum medicinis fortibus, vt minoretur fortitudo ægritudinis, & dispositio corporis in recipiendo ipsam. Quarta est, q virtutes sint debiles, vnde existimetur, q non possint tollerare vehementiā ægritudinis tāto tpe, q fiat gradatio a medicinis debilibus ad medicinas fortes, tūc.n.oportet incipere cū fortibus: Et hoc qdem fieri oportet, qñ debilitatio nō fuerit vehemēs valde. Virtus.n.debilis valde non tollerat aduētū duorū contrariantium superflue ipsi naturæ, sicut est ægritudo, & medicina fortis. PRAETER hoc quoq; tibi caue etc. hic canon cōprehendit alios canones, quorum vnus est, q oportet vt caueas, ne a rectitudine recedas propterea, q tardetur impressio seu iuuamentū medicinarū: & intentio huius est, q qñ creditur regimen aliquid esse conueniens propter rationem, quæ significat illud, aut aliud: & administratū fuerit tale regimen, & nō appareat eius iuuamentum, oportet, q non iudicetur ex hoc, q tardat eius impressio, q ipsum non sit conueniens, vnde recedatur ab eo. Et illud, quia est possibile, quòd propter illud, quod occurrit, non sit corpus dispositum ad patiendum, aut quia non aduenit tempus, quo compleatur receptio vel passio corporis ab eo, quod occurrit, quoniā manifestauimus, q condictio ad hoc, q fiat impressio a causa est, q sit fortitudo seu potentia virtutis agentis, & fortitudo seu potentia virtutis corporis dispositi. Et est possibile, q occurrat vnum istorum alteri in tempore tali, q proueniet ab eo illa operatio: Et sic oportet, vt intelligas hoc: Aut scit regimē esse cōueniēs, et receditur ab eo, licet sciatur, q sit conueniens: Sed hoc est ex his, quę nō accidunt omnino, quoniam medicus prudens non recedit ab eo, quod est conueniens, quia in hoc non est vtilitas. NEQUE in errore morteris, licet eius non &c. hic est canon secundus. Et intentio, sicut diximus, est, q in regimine, quando ratio demonstrat, q ipsum sit nociuū, & administratum fuerit tale regimen, cuius nocumentū nō apparet, tūc nō oportet, q ppter hoc falsum sit illud, quod ex ratione iudicauimus, neq; oportet putare illud regimen non esse nociuū propterea, q non apparuerit adhuc nocumentū ex eo, neq; propter hoc est perseuerādū in eo, si accidat cōtrariū eius, quod ratio demonstrauit, tūc illud non peruenit ex hoc, q illud regimen nō sit nociuū, sed propter illud, quod diximus de regimine cōueniente. ET cum hoc non secundū vnam medicationē. hic est canon tertius litera patet. QUONIAM ab ipso, quod cōsuetū, non fit passio: hic est q̄rtus canō. ET vnicuiq; quidem corpori &c. hic est canon quintus.s. quòd dispositio ad patiendum diuersificatur secundum diuersitatem corporū, & membrorū, immo secundū diuersitatem temporū, quāuis corpus sit vnum, aut membrū vnū: & hoc est manifestū. Et isti quidē canones duo.s. quartus, & quintus demonstrant veritatem canonū trium præcedentiū, quoniam si verificantur isti duo canones vltimi, tunc est possibile, quòd diuersificet impressio iuuamēti, et nocumēti ppea, quòd ambo sunt consueta, aut qm̄ corpus, et membrum nō est dispositū ad patiendū ab eis ambobus in hac hora. Et tunc non oportet, quòd recedas ab eo, quod primo dictū est.s. a rectitudine etc. neq; permaneas in secundo.s. neque in errore moreris &c. Quòd autem in tertio canone dictū est.s. quòd neq; secundū vnam medicationem &c. sit verum, declaratur, quoniam curatio vna, qñ fuerit cum vna specie medicinę, tunc iam natura assuescit illi medicinę, quare non patitur ab ea, vnde sequitur ad illud diuersitas iuuamenti, vel tardatio iuuamēti: & etiam quia quandoq; huic corpori, & huic membro inest proprietas, quòd non patitur ab illa medicina,

quare

quare oportet, vt permutentur medicinæ: Et qñq; licet illa medicina agat in hoc corpore, & in hoc membro in aliqua hora, tamen hoc corpus, & hoc membrum in hac hora, vel in tali hora habet proprietatem, q non patiatur ab ea. CVM aũt ignoras, quę sit ægritudo &c. verificatio huius est manifesta, quoniam qñ relinquitur ęgritudo ipsi naturę, tunc longinquũ est, & remotum a veritate, q res remaneat in sua dispositione de necessitate: cum enim vnumquod amborũ. s. natura, & ægritudo ad se inuicem resistat, & vnum eorum agat in aliud, quare necessarium est, q vnũ dominetur super alterum, seu vincat alterum: si enim natura superauerit ęgritudinem, tunc accidit sanitas, & sic sufficit regimen cũ ignorantia ęgritudinis: Si vero superauerit ęgritudo, tunc ipsa augetur, et apparet eius impressio seu significatio. Et licet hoc noceat, tamen est minoris nocumenti, q̃ si administretur regimen curatiuum cum ignorantia ægritudinis. Quòd si fuerit necessarium administrare aliquid, tunc oportet, q illud, quod administratur, sit debile, et sit vacuũ a qualitatibus malis: q si illud, quod administratur, fuerit cõmunis iuuamenti, tunc illud est melius, sicut si accensa fuerit febris putredinis, & non scitur, an sit flegmatica, an colerica, aut alia, tunc syrupus acetosus, & syrupus de limonibus in hoc est valde laudabilis, quoniam iuuamentum istorum est commune omnibus materijs, calidis quidem confert cũ sua extinctione, frigidis vero materijs iuuat sua subtiliatione, & incisione.

Qualiter iuuamentum syrupi de limonibus & syrupi acetosi sit commune materijs, calidis & frigidis.

CVMQVE ęgritudo dolori &c. verificatio huius canonis est, q quotiẽs cum ęgritudine associatur dolor, aut quia dolor sit causa illius ęgritudinis, sicut sincopis accidens a forti dolore colicæ, aut quia ęgritudo sit causa doloris, sicut oppilatio intestinorũ causans dolorem colicũ, aut vnum eorũ non est causa alterius, sicut soda se habet ad obtalmiam: In omnibus enim istis dispositionibus oportet, vt incipiatur a sedatione doloris pp multas rationes: quarum vna est, q dolor sua resolutione debilitat virtutẽ, quare tunc virtus non potest expellere ęgritudinem. Secunda ratio est, quia dolor debilitat membrũ, in quo est, quare tale membrũ magis disponitur ad ęgritudinem: Tertia ratio, quia natura pp occupationem suã circa dolorem diuertitur a regimine ægritudinis, vnde ęgritudo dominatur. Quarta ratio est, quia dolor attrahit materiam ad locum suum pp eius calefactionem, & sequitur ex hoc augumentum ęgritudinis, quę est in membro dolente, aut in membro illi proximo. Sed circa considerationem Auicennę est dubitatio duobus modis, primo si aggregatur dolor cũ ęgritudine, tunc est magis cõmune, q̃ si vnum eorũ sit causa alterius, aut non sic est, & tunc non verificatur, q ponatur ęgritudo tanquam quod contentum sub dolore, aut sub causa ipsius, aut sub vno amborũ de necessitate, quia commune non est pars proprij, neq; pars singularium, q̃ sub se non continẽt, neq; aggregant aliquid, & tunc non verificatur sermo Auicennę: qñ dicitur, qñq; ęgritudo associatur dolori &c. nihil enim associatur alicui, nisi sit pars, aut tanquam quid contentum sub eo, quare &c. Secundo, quia percussio, & casus nõ est de ęgritudinibus, quare non verificatur exemplum cum eis de ægritudinibus causantibus dolorem. Respondetur ad primum, q expositio verborum Auicennę videlicet, qñ aggregatur ęgritudo cum dolore, & nõ est vnum illorum causa alterius, aut ęgritudo est causa doloris, aut causans dolorem, & tunc non procedit dubitatio: Ad secundum dicitur, quòd intentio sermonis, cũ dicitur, sicut percussio, et casus &c. intelligitur, quòd ægritudo est causa doloris, sicut casus, & percussio causat ipsam ægritudinem vel dolorem, neque sequitur ex hoc, quòd casus, & percussio sint duæ ęgritudines.

Nocumẽta plurima ex dolore

ET si tibi necesse fuerit stuporem aducere &c. hic canon nõ est apropriatus stupefacientibus tantũ, immo omnibus medicinis, & cibis similiter, quoniam consuetum ex eis, & comestibile vsitatum est melius, quàm nõ consuetũ, qm̃ cõsuetũ iã est reiteratũ naturę, q̃ permutauit ipsum ad conueniens, & remouet nocumẽtum eius, quare virtus eius in hoc est fortior, cum omnis operatio sit membri alicuius, aut virtutis alicuius, quare aggregatio ipsorum est facilior, q̃ rei alterius. Et princeps Auicenna appropriauit hunc canonem stupefactiuis pp duas causas, quarum vna est, quia sermo eius erat in sedatione doloris, q̃ quidẽ sedatio maxime fit cũ stupefacientibus. Secũda ratio est, qa cõsideratio istius canonis de stupefacientibus secundũ plurimum est de stupefacientibus medicinalibus, quia stupefacientia secundum plurimũ debilitant spiritus, & contrariantur caliditati naturali, & corrumpunt complexionem membrorum. Cũq; vehementia caloris vel sensus membri nocumentum &c. verificatio huius canonis est, quia qñq; est membrum aliquid fortis sensus, vnde sequitur ad illud nocumẽtũ duobus modis, quorũ vnus est, quia qñq; accidit dolor ex qualibet causa ita, vt accidat ei illud a causis, a quibus non patitur, & illud sicut accidit soda pp fortem sensum capitis a vaporibus, q de necessitate fiũt a vaporibus i decoctione, vel digestione cibi, quare fit soda in eo apud qualibet digestionẽ stomaci, & cum hoc reliquę dispositiones omnes sunt sanę. Secundus modus vel secunda ratio est, quia operatio in eo qñq; fit corrupta, sicut accidit pp fortitudinem visus, quòd videat athomos sparsos in aere, quę non videntur ab alio, nisi qñ accidit vehemens lumen, sicut in radijs solis penetrantibus domum per fenestram paruam, & in locum paruum, quare virtus visiua talis iudicat illũ aerem esse turbidum, vel puluerulentũ ppea, quòd videt tales athomos: & sicut accidit virtuti auditiuæ, quę audit percussionem aeris complantati in concauo auris ex inundatione vel commotione aeris illic, & sequitur ad talem percussionem, quòd sensus sentit percussionem leuem, quam non percipit vel appręhendit, nisi ille, qui habet fortem sensum valde, quare accidit ex huiusmodi sensatione sicut tinnitus, & sibilus, aut alia vox. Et cibi quidem ingrossantes remouent illud debilitando sensum, & illud pp duas causas, quarum vna est, q spiritus ingrossatur pp grossitiem eius, a quo generatur: & huiusmodi est sanguis grossus: Secunda causa est, quòd spiritus minorantur pp profundationem sanguinis subtilis, qui est materia spirituum. Et cibi quidem ingrossantes sunt secundum duas diuisiones, quoniam aut ipsi faciunt hoc per se, & sunt cibi grossi, quoniã ex cibo grosso generatur sanguis grossus. Aut cibi ingrossant spiritus per accidens, & tales cibi sunt infrigidantes: Sãguis enim qñ infrigidatur, inspissatur, quare ingrossatur: Sed hęc spissitudo non fit, nisi a frigore forti. Et hoc quidem nocet in quibusdam ęgritudinibus: & pp hoc dixit Auicenna de nutricatione cum infrigidantibus, vt non sit illud timorosum. SCIAS pręterea, quòd ex congruis medicaminibus &c. hęc est consideratio de curatione spirituali seu animali. Sciendum, q anima, & corpus sic se habent ad inuicem, q vnũquodq; eorum patitur ab eo, quod accidit alteri. Et passio quidem animę a corpore est, sicut qñ accidit animę timor, & tristitia, seu solicitudo, & cogitatio apud dominium humoris melancolici: sed apud dominium sanguinis subtilis accidit gaudium, & leticia: & similiter ad omnem humorem dominantem in corpore consequuntur in anima mores consimiles illis humoribus dominantibus, sicut dictum est supra de signis fen. secunda. Et similiter ad omnem complexionem dominã-

tem sequũtur mores illi conformes. Passiõ autem corporis ab anima est manifesta pp multas causas, quarũ vna est, ꝙ ad quoscunq; mores dominantes super animam sequitur dominium humoris conformis illis moribus, & sequitur complexio eis conformis, sicut qñ ira multiplicatur, per ipsam calefit complexio, & dominatur colera citrina: Et quando multiplicatur tristitia, tunc causatur siccitas, & dominiũ melancolię. Et ex multiplicatione gaudij multiplicatur sanguis, & complexio fit calida, & humida. Et similiter est dispositio in omnibus moribus. Et qñq; permutantur complexio, & humores ad dispositionem laudabilem, aut vituperabilem subito pp passiones animales, sicut iam accidit multis, qui ex timore superfluo facti sunt melancolici subito. Cuidam amico nostro inualuit ægritudo, quæ dicitur ylischi, postea accidit ei ex hoc complexio sicca, & dominium humoris melancolici pp longam exiccationẽ inductã ab ylischi seu ab amore: Postea ex hoc, ꝙ potitus est re amata, redijt ad dispositionem bonam, & rectificata est eius complexio, & redijt super ipsum dominium sanguinis. Et cuidam etiam amore capto accidit febris acuta: & quamprimũ occurrit ei mulier, quam amabat, statim accidit sudor, & fluxus sanguinis narium, & sic euasit ab ægritudine. Quidam alius paraliticus timens vipam approximantẽ, quoniã ab aliquo iuuari, neque defendi poterat, quia solus erat, conatus est vehementer effugere, vnde ex tali conatu euasit ab illa paralesi. Et accidunt qñq; passiones corpori non ex complexione, neq; ex humoribus, sed ex passionibus animalibus, vt patet ab Arist. L. problematum de compassionibus, vnde apparet, quare oscitantibus cõtra oscitamus, & mingentibus contra mingimus, & accidit stupor dentium ex hoc, ꝙ videt alium comedere acetosa, & sic de alijs. Quñq; etiam accidit, ꝙ passiones corporeæ remittantur, aut nõ sentiantur pp accidens animale, & pp aliquam ymaginationem vehementem: Et pp hoc vulnerati, dum sunt in actu pugnandi, non sentiũt vulnera, et dolores, quos postea sentiunt, dum quiescunt. Ex prædictis, et ex fascinationibus, quas aliqui affirmãt, & ex his, quæ dicit Auicenna, ꝙ fetus assimilatur ei, quẽ mulier ymaginata fuerit tempore coitus etc. apparet, qualiter ymaginationes, & passiones animales immutant corpora. EX regulis pręterea &c. fortes dimittere euacuationes in temporibus fortibus, quanto plus poteris &c. ne super corpus aggregentur res diuersę extra ęqualitatem, & pręter naturam, quę sunt ęgritudo, & curatio fortis, & tempora fortia, quę habent qualitates fortes, quoniam ista sine dubio debilitant virtutem: Nam sanitas, & virtus consistit in temperamento. AVT ecõuerso, sicut exigit febris quartana melancolica calefacientia, vt digeratur ipsius materia, & putredo talis materię, & caliditas extranea, quę causatur a tali materia, exigit infrigidationem. IMMO qñq; sufficit multa regiminis bonitas, idest multotiens natura sufficit in expulsione illius. s. repletionis, & malitiæ complexionis: Et hoc non verificatur, nisi qñ virtus est fortis, & ęgritudo fuerit debilis, aut materia fuerit pauca: sicut enim in regimine sanitatis regimen conueniens in cibo, & potu, et alijs rebus non naturalibus, & in qualitatibus earum pręseruat ab ęgritudine, & pręseruat, ne homo cadat in repletionem malorum humorum, & ne cadat in malitiam cõplexionis: Ita existente repletione non multa, & existente malitia complexionis sufficit multa regiminis bonitas in cibo, & potu &c. absq; administratione medicinarum, præcipue vt dictum est, qñ materia est pauca, & virtus est fortis, tũc enim potest reducere corpus ad dispositionem naturalem absq; medicinarum contrariarum administratione.

Capitulo secundo de medicationibus ęgritudinum &c.

COMPLEXIONIS namq; malitia aut est firma, vel impressa &c. idest aut complete aduenit, siue fixa sit, aut non fixa, & tunc erit ipsius medicatio cum contrario &c. AVT erit in termino, vt ipsa generetur idest aut aliquid ex ea aduenit, & nõ est adhuc aduentus eius completus. ET tunc eius rectificatio vel sanatio erit cum medicatione, quę fit cum pręmissione seruationis prohibendo causam: Nam illud, quod ex ea cõplete aduenit, indiget curatione cum contrario, sicut pręmissum est de malitia complexionis firma, vel impressa: Illud vero, quod de ipsa non est, sed vult fieri, indiget pmissione seruationis, vel indiget pręseruatione prohibendo causam aduentus ipsius, tunc enim non aduenit: Nam aduentus rei possibilis cum priuatione suę causę est impossibilis omnino. Quare manifestũ est, ꝙ curatio istius membri diuisionis oportet, vt sit composita ex duabus partibus curationis: & per id, quod vult fieri seu per id, quod est futurum fieri, intelligitur illud, cuius corpus est iam complete dispositum, & pręparatum ad ipsius aduẽtum, sed nondum aduenit, neq; est aliquid ipsius malitię. Et in hoc quidem sufficit pręmissio seruationis seu præseruatio, quia talis pręseruatio abscindit, & remouet causam eius, & hæc sufficit ad prohibendum eius aduentũ. Et erat quidem conuenientius, vt præposita fuisset hęc pars. s. illud, quod vult fieri, ad illud, quod est in termino, vt generetur, vel actu generatur, quoniam qñ dicuntur simplicia, et manifestatur eorum cognitio, oportet vt fiat illud ante commemorationem compositorum, & eorum manifestationem: Sed vt manifestetur compręhensio seu verificatio istorum trium membrorum diuisionis prędictorũ, dicamus, ꝙ quando corpus est dispositum pro aduentu vel receptione malitiæ complexionis, aut tunc aduenit aliquid ex ipsa, aut non: Si secundo modo. s. ꝙ non aduenit aliquid, tunc est membrum diuisionis prædictũ. s. illud quod ex ea vult fieri, vel est futurum fieri: Si vero primo modo. s. ꝙ aliqͥd ex ea aduenit: aut ergo ipsa iã cõplete aduenit, aut nõ: si primo modo, tũc est malitia cõplexiõis firma, uel ipressa: Si secũdo mõ, tũc ipsa est i termino, vt gñet, vel in actu gñationis suæ. ꝑ Sed hic sunt dubitationes. Prima quarum est, Quia ꝙ fiat vel existat generatio cum priuatione suę causę est impossibile, quare sufficit in cura omnium ętatum, ꝑ malitia complexionis tollenda remouere causam ipsius, quia curatio omnis est vna, & est remouere causam: Secũda dubitatio est, quia videtur, ꝙ curatio præseruatiua etiam est curatio, quę fit cum cõtrario, quia hic per contrarium nõ intelligitur secundum ꝙ philosophi sumunt. s. contrarium verum, sed per contrarium hic intelligitur illud, quod remouet aliqd, & resistit ei, & illud, quod remouet causam, sic se habet: quare curatio in vno quoq; erit vna. Tertia dubitatio est, quia species tres curationũ non sunt appropriatę malitię complexionis, quia omnis ægritudo est similiter secundum tres diuisiones prædictas, & similiter earum curationes etiam: Quare non videtur ratio, ꝙ species tres curationum appropriatę sint malitiæ complexionis. Ad primam, & secundam dubitationem respondetur, ꝙ præseruatio non est applicatio contrarij alicuius rei aduenientis, sed est applicatio contrarij illius rei, cuius expectatur vel timetur aduentus: Et curatio absolute est applicatio contrarij, ac illius rei, quod iam aduenit: sunt ergo tres species curationis, quia curatio quęlibet fit cum contrario Si enim illud, quod applicatur, est contrarium illi, cuius aduentus timetur, tunc talis curatio appropriatur nomine præmissionis seruationis, vel nomine pręseruationis.

tionis: Si vero illud, quod applicatur, est contrarium illi, quod iam aduenit, appropriatur talis applicatio nomine curationis, vel curationis absolute: Si vero contrariatur ambobus simul. s. illi, quod iam aduenit, & illi, cuius timetur aduentus, tunc est curatio composita ex ambobus. Ad tertiam respondetur, ꝙ non appropriatur illud, quod dictum est, malitię complexionis: neque sermo, & exemplificatio de malitia complexionis est causa, ꝙ ei appropríetur, quod dictum est, quia sicut dictum est de malitia complexionis, ita potest intelligi de ægritudine continuitatis, & compositionis. EXEMPLVM medicationis absolute est curatio putredinis febris quartanę cum tyriaca, & dare in potu aquam frigidam in tertiana, vt extinguat. exemplum &c. Pro declaratione huius literæ sciẽdum, ꝙ tyriaca non solum preseruat a putredine, sed etiã remouet putredinem humiditatis in corpore humano: Nam tyriaca confortando calorem innatum est causa, ꝙ natura citius consumit humiditatem actu putrescentem: & ex hoc citius cessat putredo humoris, q̄ si natura non esset fortificata in calore suo naturali ab ipsa tyriaca. Scriptum est autem ab Auicenna, & ab alijs, ꝙ tyriaca confortat calorem innatum: Et secunda fen primi dixit Auicenna, ꝙ caliditas innata non solum contrariatur frigiditati extraneę, & remouet ipsam, sed etiam contrariatur caliditati extraneæ, & ipsam remouet: Caliditas ergo naturalis fortificata ab ipsa tyriaca remouet caliditatem extraneã, quæ est causa efficiens putredinis. Caliditas etiam naturalis prędicta resoluit humiditatem actu putrescentem, & facit ipsam euaporare, & hoc idẽ operatur tyriaca caliditate sua. Patet ergo, qualiter tyriaca confortando calorem innatum, & resoluendo humiditatem aptam putrescere, aut actu putrescentem, & faciendo ipsam euaporare facit cessare putredinem humoris, & remouet ipsam. Et patet, qualiter sit verum, ꝙ putredo febris quartanę curatur cum tyriaca, quæ est contraria putredini capiendo contrarium non proprie, sed largo modo. His pręmissis dicatur, ꝙ intentio Auicennę est manifestare, qualiter medicatio malitię complexionis firmæ vel impressę est medicatio absolute, quę fit p contrarium accipiendo vel intelligendo per malitiam cõplexionis firmæ dispositionem pręternaturalem factam, & illam malitiam complexionis, quę est facta seu completa, siue talis malitia complexionis sit fixa, & habituata, siue non. Et ꝙ ita sit, patet per exẽpla posita ab Auicenna, qñ dixit, exẽplũ medicationis absolute est curatio putredinis febris quartanę cum tyriaca: putredo enim febris quartanę nõ est malitia complexionis fixa habituata, sed est dispositio pręter naturam, quę nõ est morbus, sed causa morbi, puta febris quartanę. Et talis putredo febris quartanæ curatur cum tyriaca, tanquam per contrariũ accipiendo contrariũ largo modo: febris etiã tertiana, quę curatur potu aquæ frigidę tanquam per contrariũ, non est malitia complexionis fixa vel habituata, sed est malitia complexionis facta seu completa, quæ non vlterius intenditur in gradu. Auicenna igitur exemplificat p putredinem febris quartanę &c. & per tertianam &c. vt per huiusmodi exempla intelligatur, qñ dixit, ꝙ medicatio malitiæ complexionis firmę vel impressę est curatio absolute, quę fit per contrarium &c. ꝙ per malitiam cõplexionis firmę vel impressæ intelligatur malitia complexionis facta seu completa, quæ non tendit ad vlteriorem gradum malitię, siue talis malitia complexionis fixa vel habituata sit, siue non habituata: & vt intelligaĩ, ꝙ per talem malitiam complexionis etiam intelligatur dispositio pręternaturalis alia a malitia complexionis: Et per cõtrarium intelligatur contrarium, non proprie, sed largo modo acceptum, vt supra dictum est. Et ex prędictis patet responsio ad multas dubitationes, quare Auicenna declarauerit primum membrum diuisionis. s. malitiam cõplexionis firmę, & curationem eius per exempla predicta. Quare autẽ tyriaca exhibeatur in quartana, & nõ i alijs febribus, est, quia materia quartanę est frigida sicca, quę ad hoc, vt digeratur, & remittatur a putredine, indiget auxilio forti, quale est tyriaca viuificante calorẽ innatum, & contrariante qualitati humoris. s. frigiditati, & grossitiei. Materia autem aliarum febrium non sic indiget, Ideo tyriaca exhibetur in quartana, & nõ in alijs, maxime in colericis, licet qñq; cura coacta exhibeatur in pestilentialibus, vt confortetur calor innatus, & vt resistatur venenositati humoris: aliter respondent quidam dicentes, ꝙ intellectus verborum Auicennę, qñ dixit, exemplũ curationis absolute est curatio putredinis febris quartanę cum tyriaca, idest exemplum curationis absolute est curatio malę complexionis frigidæ impressę, quæ est causa putredinis, & antecedit putredinem febris quartanæ, & paroxismorũ eius: Et curatio huiusmodi malę complexionis frigidę prædictæ fit cũ tyriaca, tanquam cum cõtrario: & etiam exemplũ curationis absolute est exhibere aquam frigidam in tertiana, in qua est mala complexio calida antecedens putredinem, & consequens ipsam, quę quidem remouetur aqua frigida, quę est suum contrarium. ET in tertiana cum scamonea, qm̃ huiusmodi euacuatio est curatio ægritudinis, quæ accidit, & remotio causę paroxismi futuri. NON expiaris cum superfluo. s. in caliditate, & frigiditate, sed cum paucitate ambarũ. NE te decipiat impressio accidentalis sicut qñ ęgritudo est calida, & exhibes infirmo scamoneam, & soluitur colera per eam, & per hoc fit iuuamentum, vnde putatur, ꝙ calor iuuat, quia scamonea est calida: & iam ipsa scamonea iuuamentum fecit non per se, & ex hoc, ꝙ est calida, quia secundum hoc nocet, sed eius iuuamentum fuit ex hoc, ꝙ ipsa soluit, & euacuauit coleram, quare ex hoc fuit eius iuuamentũ per accidens, & nõ per se: ET debes scire, QVOD infrigidationis & calefactionis tempus est vnum. Tempus quidem infrigidationis, quia frigus adueniens. s. ab extra, quamuis sit debile ppea, ꝙ caliditas naturalis ei resistit, tamen auxilium naturæ, quod tribuitur frigori prędicto in remouendo malitiam complexionis calidam est maius, quoniam [ipsum frigus prędictum tunc cum auxilio naturę est fortius propterea, ꝙ] [Alia litera ipsa natura tunc est fortior, &] debilitatio virtutis facta a malitia complexionis calida est minor, q̃ debilitatio virtutis facta a malitia complexionis frigidæ, quia caliditas est amica naturę: Calor vero adueniens licet sit fortior propterea, ꝙ vnitur cum caliditate naturali, tamen auxilium naturę, quod illi tribuitur ab ea remouendo malam complexionem frigidam, est minus, quia ipsa natura tunc est debilior: Nam frigus est contrarium vitę, & sanitati. Verum hic est distinctio, quia calefacere frigidum in eius principio fit in breuiori tempore, q̃ infrigidare calidũ in eius principio. Et infrigidare calidum existens in gradu suo vltimo vel in suo statu fit in breuiori tempore, q̄ calefacere frigidum in gradu suo vltimo, sicut dicetur in fine huius capituli. Sed ꝙ timor in humectando, & exiccando sit ęqualis, est dubiũ, quoniam humiditas est etiã amica naturæ, quia ipsa est materia vitę: siccitas vero est ei contraria. TEMPVS est vnum, & hoc verum, quia de proximo manifestabimus, ꝙ calefacere frigidum in principio rei est facilius, q̄ infrigidare calidum: & in fine rei est econtra. Et tempus infrigidationis in principio est paruum, & in fine tempus infrigidationis est multum. Tempus vero calefactionis in principio, & in fine ecõtrario se habent, quare tempo-

ra ipsarum.s.infrigidationis,et calefactionis sunt equalia. Sed aliquis dicet, q̄ est impossibilis equalitas predicta: Nam concedendo verū esse,quod dictum est,quia possibile est,q̄ sit diuersitas temporū prædictorum: licet enim tempus calefaciendi in fine sit longū, & in principio paruum,& similiter tempus infrigidandi in fine est longum, & in principio.tamen tempus calefaciendi in fine, & tēpus infrigidandi in fine possunt diuersificari in longitudine, quia vnum potest esse longius altero, similiter tēpus calefaciendi in principio,& tempus infrigidandi in principio possunt diuersificari in breuitate,quia vnum potest esse breuius altero.ET in humectando quidē & exiccando timor est equalis. Timor autem amborum prædictorum est equalis,quoniam infra manifestabimus, q̄ siccitas est magis firmans seu conseruans frigiditatem, quæ iam accidit, humiditas vero est magis adducens seu faciens aduenire frigiditatem ipsam futurā. Sed dubitatur, quia impossibile est,q̄ tunc sit æqualitas prædicta: Nā exiccatio est magis timorosa,quia ipsa est cōtraria vite, quę existit in calido,& humido. SED humectandi tempus est longius,qm̄ caliditas interior, & motus contrariatur humectationi adiuuando exiccationem, & similiter reliqua resolutiua. ET qm̄q; superflua extinctio prohibet digestionem humorū acutorū &c. Circa hoc dubitatur, quia extinctio cum infrigidatione aut est maior, & intensior supra quantitatem seu gradum, quem exigit, & requirit ęgritudo,aut non: Si secundo modo,tunc nō facit cadere virtutem, neq; derelinquit post se malam cōplexionē materialē,aut purā.Si autem primo modo,tūc res.s.q̄ superflua extinctio qm̄q; ꝓhibet digestionē &c. nō appropriaī extinctioni per infrigidationē,qm̄ calefactio frigidi,qn̄ etiā fuerit maior,q̄ requirat ægritudo,causat illud.s.ꝓhibitionē digestionis humorū frigidorū. Et si quis dicat,q̄ infrigidatio magis est fortis in causando illud,quia contrarietas frigoris ad naturam est maior, q̄ cōtrarietas caliditatis ad ipsam naturā, sicut supra dictū est: Respondetur,q̄ res licet ita sit, tamen quia caliditas est fortior,quare ipsius impressio in faciendo,& causando effectū,quē agit,est fortior,& maior,& præcipue cū ipsa superueniat,& occurrat virtuti debiliori. virtus enim in ęgritudine frigida est debilior: Sicut ergo superflua extinctio cum infrigidantibus licet aliquo modo rectificet humores acutos ingrossando eos,tamen quia digestio cuiuscūq; humoris calidi, aut frigidi principaliter fit a virtute,& a medicinis calidis,aut frigidis,tanquā ab instrumento,ideo sicut dicitur,q̄ fortis extinctio deijcit virtutē,& ꝓp hoc dicitur,q̄ ꝓhibet digestionē humorū acutorum: similiter dicetur,q̄ in ęgritudine frigida,in qua virtus est debilis,vt dictū est, superflua calefactio ꝓhibet humorū frigidorū digestionē,quia cū virtus sit debilis i tali ęgritudine frigida non potens resistere calefactioni superfluę, tūc ex tali superflua calefactione a medicina vehementer calida resoluitur subtile,& remanet grossum ex humore frigido digerendo,& sic humor frigidus, qui debet digeri, & subtiliari,magis ingrossatur: & sic patet,q̄ sicut superflua extinctio ꝓhibet digestionē humorū acutorū,ita superflua calefactio vltra,q̄ requirat ægritudo, ꝓhibet digestionē humorū frigidorū. Auicenna vero magis expressit de superflua extinctione,vt remoueatur error quorundā,qui nō cōsiderauerunt, q̄ digestio principaliter fiat a virtute,& q̄ fortis extinctio debilitat virtutē, Ideo putauerunt, q̄ superflua extinctio non prohibeat humorū acutorum digestionem. Et quia hoc est erroneum, Ideo Auicenna pręcipue loquutus est de superflua extinctione,& infrigidatione,ne medicus in cura ęgritudinum ex humoribus acutis exhibeat superflua infrigidantia.EST quasi difficile propter debilitatem virtutis naturalis multam ex frigore illi contrario, & multum facile in principio, quia remanet calor naturalis fortis adiuuans super illud omni auxilio: vel est facilius in principio propter auxiliū caliditatis naturalis quæ tunc fortis existit. Sciendum, q̄ malitia complexionis frigidæ tunc in principio non multum debilitat virtutem,quare tunc calor adueniens ab extra simul cum calore naturali contrariante frigori est fortior,& potentior, quare virtus adiuuans in remouendo ęgritudinem frigidam non est debilis, quare facilis est remouere ipsum: Sed non sic est, qn̄ frigus est iam confirmatum,quia illud non est, nisi qn̄ virtus, est iā debilitata valde,quare tunc caliditas adueniens nō est adiuuans,quare difficile est ei remouere ægritudinem, licet caliditas sit in se fortis: In malitia autem complexionis calidæ in principio difficilius est ipsam remouere, q̄ sit remouere frigidā in principio suo,quia resistēs ei,quod est frigidum,est debile: Sed in eius statu vel in eius gradu vltimo, quia resistens quamuis sit debile propter suā contrarietatem ad caliditatem naturalem, tamen virtus non est in ea deiecta seu prostrata,sicut in frigidate facta seu impressa. Et qn̄ comparantur illa, tunc calefacere frigidum in sui principio fit in minori tempore,q̄ fit infrigidatio calidi in sui principio: Et econuerso est seu fit in statu seu in summo gradu ipsarum qualitatum predictarum. ET debes scire,q̄ infrigidatio &c.idest quando intendimus facere corpus frigidum, aut facimus etiam ipsum siccū,aut humidum, aut illud corpus est temperatū inter ambas qualitates.s.inter siccitatem,& humiditatē, sed ęgrediens a temperamento per caliditatem; & tunc intendimus infrigidationem solūmodo. MAGIS confirmat frigiditatē. QVAE iam acciderit, idest siccitas est magis conseruans illud,quod recipit,q̄ humiditas. HVMIDITAS est magis adducens frigiditatem,quę accidet,quoniam humiditas suffocat caliditatem, quare ipsa debilitatur, & dominatur frigiditas. ET iam quidem omnes caloris &c. ꝓpea q̄ causant caliditatem consumātem humiditatē. IN humectando iuuant ꝓp debilitatē caliditatis resoluētis materias,& aperientis oppilationes.

Capitolo tertio.

HOc capitulū cōprehendit quinq; cōsiderationes. Prima rerū est in numerando conditiones euacuationis fiendę. Sciendū, q̄ princeps Auicenna in principio sermonis de euacuatione pręmisit decē res necessario considerandas: Et signū, q̄ consideratio decē rerū sit necessaria,est,quia cū nō reperiunī cōditiones, ꝓhibeī euacuatio. Et prima quidem decē rerū est repletio, quę quidem nō est cōsideranda,nisi,qm̄ vacuitas prohibet euacuationē: Et per vacuitatē vult Auicenna, q̄ in corpore nō sit repletio,neq; secundū vasa, neq; secundū virtutem,neq; secundū vtrūq;,quia vnaquaq; istarū repletionū exigit euacuationē: Illa enim repletio,quę est secundum virtutē tantū, ideo exigit euacuationē, quia illa nō est,nisi qn̄ est corruptio humoris in qualitate,aut in substantia,aut in ambabus: & qualitercūq; secundū modū vnū sit de ꝑdictis, si diminuatur humor ꝑ euacuationē, tunc virtus naturæ i rectificādo ipsum humorē corruptū fit fortior,quia passum quāto minoratur,tanto fit i eo maior impressio ab īprimente. Secunda res,quę demonstrat rectitudinē iudicij i euacando, est virtus, quę quidem non consideratur i hoc,nisi quia debilitas virtutis ꝓhibet euacuationē: Sed debilitas nō ꝓhibet euacuationē, nisi qn̄ nocumentum eius est maius, quàm nocumentum dimissionis euacuationis. Qn̄ vero non fuerit ita,sicut qn̄

fuerit

fuerit debilitas virtutis motiuę, aut fuerit debilitas in o-
bus virtutibus, verũ speramus eis succurrere post euacua
tionem, tũc debilitas nõ ꝓhibet euacuationẽ, imo opꝫ, vt
fiat euacuatio, et succurraẽ postea illi debilitati cũ cõfortã
tibus. Tertia ẽ cõplexio, et opꝫ qdẽ, vt ipsa cõsidereẽ. Nã
ex ea qdã est, q̃ ꝓhibet euacuationẽ, sicut cõplexio calida
et sicca, et frigida pauci sanguis, qm̃ cũ qualibet ambarũ
sunt hũiditates parũ nutriẽtes: euacuatio aũt cãt supfluita
sẽ in paucitate ipsarũ: Et ꝑꝑ illd̃ ĩ cõplexione calida, et hu
mida cõcediẽ euacuatio, qm̃ huiusmodi cõplexio generat
plurimũ sanguinẽ: Et qñ minoraẽ ꝑ euacuationẽ, possibi
le ẽ, ꝙ reuertaẽ ad tẽꝑamẽtũ velocitẽ. Q uarta res est figu-
ra, q̃ qdẽ nõ cõsideraẽ, nisi qm̃ ipsa est qñqꝫ scd̃m disposi
tionẽ, q̃ ꝓhibet euacuationẽ, sicut qñ est corpus vehemẽ
macilẽtũ, et rarę texturę, aut fuerit supflue piguedinis: hu
iusmodi.n. ꝓhibẽt euacuationẽ: Nã ĩ corpe primo.s. ma-
cro, et rarę texturę sunt hũiditates nutriẽtes paucę, et spũs
pauci: Et euacuatio cãt supfluitatẽ ĩ paucitate: In alio ve
ro corpoe.s. vehemẽter pigui ꝓhibeẽ euacuatio ꝑꝑ tres ra
tiones, quarũ prima est, ꝙ supfluitas piguedinis nõ fit se
cundũ plurimũ, nisi ꝑꝑ frigiditatẽ, quę qdẽ est ex eis, q̃
augenẽ ꝑꝑ euacuationẽ: Secũda rõ ẽ, qa tũc ꝑ euacuatio-
nẽ timeẽ suffocatio ... ..ũ: et illud qm̃, qñ minoraẽ illd̃,
qd̃ est ĩ venis ꝑ euacuationẽ, tũc caro, et pinguedo fortiẽ
cõprimit ipsas venas ꝑꝑ paucitatẽ humorũ [in eis existẽ
tiũ] q resistere solebãt cõpressioni ꝑdictę, vnde ex tali cõ
pressione causaẽ oppilatio ipsarũ uenarũ, qr̃ suffocaẽ cali
ditas, et accidit illd̃, qd̃ accidit ex oppilatione: Tertia rõ
est, qa ꝑꝑ euacuationẽ timeẽ effusio supfluitatũ ad visce
ra eũ expłsione ipsarũ ꝑꝑ cõpressionẽ carnis sup̃ ipsas,
vnde sequiẽ excoriatio, aut aliud. Et scire debes, ꝙ macilẽ
tia ꝓhibẽs euacuationẽ est illa, q̃ fit ꝑꝑ paucitatẽ hũidita
tũ: Sed macilẽtia q̃ fit ꝑꝑ malitiã sanguinis, et ex hoc, ꝙ
nã abhorret, et parũ de eo vtiẽ, et ex hoc seqẽ, ꝙ sint ĩ ve
nis hũores alij multi, imo multo plus, q̃ ĩ corpe carnoso,
tũc talis macilẽtia exigit euacuationẽ, et nõ ꝓhibet ipsã.
Q uīta res sũt accñtia cõueniẽtia vel ꝓportiõalia, q̃ qdẽ
debẽt cõsiderari, qm̃ quędã sunt ..cñtia, quę ꝓhibẽt eua
cuationẽ, sicut ꝑparatio corpis ... ad diariã, vel ad
ulcera itestinorũ, aut ad spasmũ siccũ, aut ꝑcessio uel ꝑmis
sio fortis euacuationis, qa euacuatio post ipsam faceret ca
dere virtutẽ. Sexta res, q̃ cõsiderari dẽt, est ętas, qm̃ sunt
qdã ętates, q̃ ꝓhibẽt euacuationẽ, sicut senectus, et īfantia
ꝑꝑ defectũ virtutis in eis. Septima res, q̃ debet cõsiderari
est tẽpus seu hora, qa quędã tpa, sicut calida, aut frigida
valde, ꝓhibẽt euacuationẽ. Octaua est regio, qm̃ illa, quę
est supflue calida, aut frigida, ꝓhibet euacuationẽ. Nona
res ẽ cõsuetudo, qa qñqꝫ cõsuetudo ꝓhibet: Nã qdã non
hẽt cõsuetudinẽ euacuationis, qm̃ in istis nã conaẽ resolue
re supfluitates ꝑ viã fortiorẽ, qr̃ nõ remanet ex eis, q̃ exi
gãt euacuationẽ. Decima res cõsiderãda est aer, qm̃ illa, q̃
supflue resoluit, est ꝓhibẽs euacuationẽ, qm̃ ĩ corpe vtẽte
aere ꝑdicta materię sunt paucę, et virtus est debilis. Et si
dicaẽ, ꝙ regimẽ ꝑcedẽs ẽt dẽt cõsiderari ante euacuatio-
nẽ, qa cõtinuatio ciborũ pauci nutrimẽti ꝓhibet ẽt euacua
tionẽ. Rñdeẽ, ꝙ tale regimẽ igrediẽ, et cõprehẽdiẽ sub no
na re, s. sub cõsuetudine, qr̃ nõ opꝫ affirmare aliã diuisio-
nẽ, seu rem aliã cõsiderandã, q̃ sit extra decẽ res ꝑdictas.
Q VAM soluere volumus suple q̃uis sic corpus repletũ.
ET silr in oĩbus virtutibus Dicũt aliq, ꝙ virtutes sensiti
uę nõ debilitanẽ ꝑ euacuationẽ, nisi ꝑueniat euacuatio ad
vltimũ, et valde diminuatur ex ea corpus spirituũ ita, vt
morti apꝓpiqueẽ: et talis debilitas sine dubio ꝓhibet eua
cuationẽ plus, q̃ ꝓhibeat debilitas uirtutis uitalis, qm̃ ipsa
qñqꝫ debilitaẽ cũ euacuationẽ debili, cui possibile est suc
currere cũ facilitate: Sed nõ sic se hẽt debilitas uirtutis sen
sitiuę, qm̃ qñ euacuatio ꝑuenit ad terminũ debilitationis
ipsarũ virtutũ sensitiuarũ, tũc est valde difficile eis succur
reẽ: Et ꝑꝑ hoc solutiuũ qñqꝫ debilitat virtutẽ uitalẽ, et nõ
sensitiuã, imo clarificat sensus, et mẽtẽ plus, q̃ prius erat,
qa multa humiditas corrũpit mentẽ seu intellectũ: Q ua-
re vt verificeẽ dictũ Auicẽnæ dicẽdũ, ꝙ debilitas virtutũ
qñqꝫ est repletiõe virtutẽ aggrauãte, sicut ĩ syncopi reple
tionali, et ĩ apoplexia, ĩ qua virtus aĩalis est debilis: Et hu
iusmodi debilitas nõ ꝓhibet euacuationẽ. Q ñqꝫ vero est
debilitas ex resolutione spirituũ, Et talis debilitas siue sit
virtutis vitalis, siue aĩalis, ꝓhibet euacuationẽ: Veruntñ
cõsiderãdũ, ꝙ si ex euacuatione fiẽda iudicaẽ sequi debili
tas alicuius uirtutis, cui speraẽ post euacuationẽ posse suc
currere, tũc talis debilitas, q̃ iudicaẽ cõsequi ad euacuatio
nẽ, nõ ꝓhibet euacuationẽ fiẽdã, maxime si speraẽ iuua-
mentũ euacuationis fore maius, quã nocumentũ debilita
tis virtutis cõsequẽs euacuationẽ. Et si q̃raẽ, q̃ virtus faci
lius debilitaẽ ex euacuatiõe: Dicendũ, ꝙ virtus sensitiua
nõ debilitaẽ, nisi ex forti, et vltima euacuatione, q̃ ꝑducit
ęgrũ ad dispositionẽ morti ꝓpinquã, vt supra dictũ est.
Facilius ergo debilitaẽ virtus vitalis, et motiua ex euacua
tione, q̃ virtus sensitiua: Et facilius est succurrere debilita
ti virtutis vitalis, et motiuę cõsequẽti ad euacuationẽ, q̃
debilitati virtutis sensitiuę. Vbi ergo fit īdicatio de euacua
tione fiẽda, ad q̃ iudicatur debere sequi debilitas alicuius
virtutis, siue sic vitalis, siue nãlis, siue motiuæ, aut sensiti-
uę, cui quidẽ debitati speraẽ posse succurrere, tũc talis nõ
ꝓhibet euacuationẽ: Et ideo dixit Auicẽna. ET silr in oĩ-
bus virtutibus suple nõ ꝓhibeẽ euacuatio, qñ speramus
posse succurrere debilitati post ventris solutionẽ, aut aliã
euacuationẽ. CALIDItatẽ nõ habẽs, qa in euacuatione
egrediunẽ ẽt spũs, vnde sequiẽ debilitas caloris naturalis,
& virtutis. MVLtã colerã rubeã in sanguine idest illũ,
cuius sanguinis habet multũ de colera. Et eas extiguat.i.
& extinguint illã caliditatẽ, quę est in ipsis venis, qñ in-
uenerit eas vacuas. AD viscera vnde timetur excoriatio
intestinorũ. APTITVDO diariæ idest fluxui stomati-
co, spasmo.s. sicco. ÆTas quę nondũ ad augumẽti cõple
mentũ, sicut infantia. Et nõ est illud verũ absolute, qm̃ cõ
plementũ augumenti est ꝓpe triginta annos: & nõ oĩs,
q est infra hãc ætatẽ, ꝓhibeẽ, ab euacuatione, & pręcipue
si est ĩ ętate pubertatis. AD cõsumptionis terminũ trãsiẽs
sicut valde senex, seu decrepitus, AVT multũ frigida: In
frigore.n. cõgelanẽ humores, et nõ obediũt expulsioni. hu
mores ẽt in frigido tẽpore inspissanẽ, vnde fiũt paucę q̃ti-
tatis, qr̃ potius indigẽt additione, q̃ diminutione: In tẽpo
re vero calido virtutes tũc sunt debiles, et humores pauci
ꝑꝑ supfluã resolutionẽ, qr̃ tũc vitãda est euacuatio. AB
ea ꝓhibet, qm̃ virtus ẽ debilis relaxata, et medicinę solu
tiuæ, et vomitiuę maxime fortes, et diureticę sunt calidę,
Ideo ꝓhibenẽ euacuationes, q̃ fiũt cũ his medicinis forti-
bus calidis. De flobothomia nihil dicit. ET scias quoqꝫ
ꝙ intẽtio in oĩ euacuatione.i. intẽtio ĩ oĩ euacuatione cõ
pleẽ cõsiderãdo vnã istarũ rerũ, imo cõsiderãdo oẽs, ac si
dicat Auicẽna, ꝙ in oĩ euacuatione intẽdiẽ aduẽtus istarũ
rerũ in eo, qui purgaẽ. Sciendũ, ꝙ intẽtiones, q̃ intẽdunẽ
in oĩ euacuatiõe, sunt quinqꝫ, quarũ prima est euacuatio
speciei humoris, a quo debet corpus mũdificari, et ad hoc
sequũẽ duę res, quarũ vna est, ꝙ sequaẽ quies: et illud est
ꝑꝑea, qa egressũ vel expulsum est illd̃, qd̃ est nociuũ, &
malũ. Secũda res est, ꝙ corpus tollerat illud cũ facilitate:
& illud quia nã nõ est cõstricta cõstrictione, q̃ opponaẽ,
& resistat euacuationi, ne corpus ledatur ꝑꝑea, quia non
iuuat ei talis euacuatio. Q uòd si dicatur, ꝙ si ex egressio
ne eius, a quo corpus debet purgari, sequitur iuuamẽtũ,
et facilis est eius tollerãtia, tũc corpus iuuaretur ex egres-

Alia litera eas re pientium.

sione colerę adustę, & sanguinis melancolici, & aliorum humorũ corruptorũ, & tamen nõ est ita, quia vt dixit Hip. huiusmodi fluxus est signum mortis: Dicendum, ꝙ eius significatio super mortẽ nõ est ex egressione ipsius, sed ex hoc, ꝙ significat talis fluxus, ꝙ in corpore pp tales humores malos, qui egrediuntur, est mala cõplexio generans tales humores, & illud est mortale: sed egressio humorum prędictorum est iuuatiua, NISI ꝙ receptaculorum &c. vsq; ibi donec accidens remoueatur.

Expositio excellentissimi Ebensis super quintum canonem Auicennæ.

Capitulum primum.



Ico, ꝙ omnia, quæ adueniunt corpori hominis, & quę sunt ex eis, inter quę ambo cadit actio, & reactio, necessario sunt corpus: Et ĩ omni corpore sine dubio reperit̃ eius materia, & eius forma, & ad esse illius formę in actu cõsequit̃ accidẽs, qđ reqrit forma illa specifica. Et qñ tale corpus agit in corpore hominis, tunc eius operatio in eo aut fit ab oĩbus istis tribus, aut ex duobus ex eis, aut ex vno ipsorũ tantũ. Et qñ fit operatio istius corporis in corpore hominis ab vno istorũ triũ, tunc aut eius operatio in eo fit a materia, & est cibus absolute, aut ab accidẽte, quod inest ei, & est medicina absolute, aut a forma specifica, & est habens proprietatẽ conuenientẽ, sicut in bezahar, aut contrariã, sicut in veneno: Si vero operatio istius corporis assumpti vel aduenientis in corpore hominis fit ex duobus istorũ triũ, tunc aut illa duo sunt a materia, & accidente, & tũc est cibus medicĩalis, aut a materia, et forma specifica, et tũc ẽ cibus habẽs ꝓprietatẽ, aut fit ab huiusmodi forma, & ab accidente, & tunc est medicina habẽs ꝓprietatẽ. Si aũt operatio istius corporis aduenĩẽtis corpori hominis fuerit ab oĩbus istis tribus ita, vt operatio in hoc corpore fiat a materia, & a forma, & ab accidẽte, tunc est cibus medicinalis habens ꝓprietatẽ. Et dico, ꝙ essentia, vel natura cuiuslibet medicinę aut est, ꝙ ipsa fit ex admixtione vnius medicinę cũ alia medicina sibi diuersa in specie, & talis est medicina cõposita, aut non est sic, & talis est medicina simplex: Et hoc secundũ eos, qui loquũtur in hac fen de medicina composita, & simplici. Nã in fen alia possibile est, ꝙ de medicina cõposita, & simplici intelligat̃ alia intẽtio ab ista, & hoc, sicut per medicinã compositã qñq; intelligitur medicina, a qua prouenĩũt operationes diuersę pp cõmixtionẽ ex rebus permixtis, licet illa permixtio est naturalis, sicut in rosa, & camomilla, & similibus: Et pp illud in hoc loco per medicinã simplicẽ intelligit̃ illa medicina, cuius essentia cõplet̃, et fit absq; cõpositione artificiali, licet in ea sit cõpositio nãlis, sicut ĩ camomilla, & siſe in lacte. Medicina aũt cõposita sc̃dm viã hanc, vel secũdũ scribentes in hac fen nõ est, nisi illa, cuius essentia fit ex compositione artificiali, & illud fit ex medicinis diuersis in specie. Et nõ dedimus conditionẽ in his medicinis, ꝙ ipsæ sint diuersæ in specie, nisi qm̃ si essent ex specie vna, sicut qñ adiungit̃, vel miscet̃ melli alterũ mel, tunc nõ est mixtio, sed augumentatio. Et pp illud essentia medicinarũ cõpositarũ nõ fit, nisi qñ simplicia ipsarũ sunt, diuersa ĩ specie. Post hoc amplius dicamus, ꝙ cõposita diuersificant̃ in sua essentia secũdũ diuersitatẽ cõpositionis in specie simpliciũ suorũ, & in forma cõpositionis suæ, & similiũ. Et intẽtio qdẽ cuiuslibet medicinę cõpositæ aut est, vt eius simplicia ꝑmixta sint, & ꝑmaneãt longo tẽpore, aut nõ. Et medicina, quę intẽdit̃ secundũ primã intẽtionẽ aut administrat̃ ab extra solũ, aut intra tantũ, aut est ex eis, quæ administrantur intus, & extra simul. Illa vero medicina, quę administrat̃ extra corpus, aut est ex eis, quæ nõ appropriãt vni mẽbro, & illud sicut in vnguentis, aut est ex eis, q̃ appropriant̃ vni mẽbro pręter naturã disposito, sicut est sieftile, seu suppositoriũ in cura zayr, aut nõ præter naturã disposito, sicut sunt syef in cõfortatione, & præseruatione oculorũ. Illa vero medicina cõposita, quę administrat̃ intra corpus tantũ, & in qua intẽditur, vt eius ꝑmixtio vel cõplexio sit firma, nõ euacuat̃, quin aut sit fluida, sicut medicinę bibitę in syrupis, vel potionibus, aut est medicina densa sicut ellectuaria, & cõfectiones: & cõpositio istorũ aut est pp intentionẽ cõfortationis stomaci, & digestionis, & nominant̃ giuaresat, aut nõ est ita. Illę vero medicinæ, quarũ cõpositio intendit̃, & fit, vt expellatur nocumentũ veneni, nominant̃ tyriacæ. Cõposita vero, ĩ quibus fundamentũ suũ, & basis sunt mirabolani, nominantur trifarę. Amplius cõposita aut sunt solutiua, sicut sunt teræ magnæ, aut non sunt ita, sicut medicinæ appropriatę nomini ellectuariorũ, siue sint adiuuãtes coitũ, sicut cõfectio philosophorũ, siue nõ sint ita: Illæ aũt medicinę cõpositę, quę administrant̃ intra corpus hominis, aut extra ipsum, & sunt ex summa medicinarũ cõpositarũ, in quibus intẽtio est, vt permixtio, vel cõplexio permaneat, sunt sicut olea: Nã olea administrant̃ intra corpus, & extra ipsum simul: Medicinæ vero cõpositę, quarũ permixtio, et cõplexio nõ oportet, vt sit ita stabilis, vt permaneat longo tẽpore, sunt aut fluxibiles, aut non: Et nõ fluxibiles quidẽ sunt, sicut trocisci de seminibus, & similia: qm̃ istę medicinę intendunt̃, vt habeãt cõplexionẽ, seu cõpositionẽ, quã bonificet cõmixtio simpliciũ suorũ ad inuicẽ ita, vt fiat totũ aggregatũ, sicut corpus vnum continuũ. Et quia ista cõplexio nõ oportet, vt permaneat longo tẽpore, ideo nõ posita fuit medicina conseruatiua, sicut mel: vel ideo non fuit posita medicina, quæ facit diu permanere cõplexionẽ, sicut facit mel, & glutinatiua plurima: fluida vero istius generis medicinarũ cõpositarum quædã sunt, quæ fiunt vnũ per decoctionẽ, sicut decoctiones medicinarũ, quæ bibũtur, aut distezriãtur, aut epithimantur ab extra: Quædã vero sunt, quæ fiũt vnũ absq; decoctione, sicut sunt infusiones. Medicinarũ vero cõpositarũ, in quibus nõ oportet, vt sit talis permistio, quędam sunt, q̃ administrant̃ extra corpus, & quędã administrantur intra corpus: Et illarũ quidẽ, quę administrant̃ ab extra, quędã sunt fluidæ, et quædã non fluidæ: & qualescũq; sunt, aut ipsę sunt appropriatæ vni mẽbro, aut nõ sic: quare fiũt istę quatuor diuisiones: Prima quidem earũ, & est medicina fluida appropriata vni mẽbro, est sicut illa fluida, quibus fit caput purgiũ, et quę distillant̃ in oculis, aut auribus, aut ĩ virga, & similibus: secũda vero diuisio est, sicut medicina, quę nõ appropriatur mẽbro, sicut lac, qđ permiscet̃ cũ farina ordei, vt cũ eo epithimet̃, seu lintatur scabies, & similia. Tertia autem diuisio. s. medicina dẽsa appropriata vni mẽbro est sicut cohol oculorum: Quarta vero diuisio. s. medicina densa, quę nõ appropriat̃ mẽbro, est sicut emplastrũ: Medicinę uero cõpositę, q̃ administrant̃ ab intra, ĩ quibus nõ oportet, vt sit complexio, sunt sicut suffuf, et succi, q colligunt̃, et bibuntur. Hę igit̃ sunt diuisiones medicinarũ cõpositarũ, et nos deo adiuuãte loquemur de vnaquaq; illarum in loco suo.

Capitulo de necessitate medicinarũ compositarum.

AVicẽna in hoc libro quinto iã diuisit sermonẽ in tractatus, et doctrinas: Et ĩ primo quidẽ tractatu logt̃ de medicinis cõpositis, q̃ administrant̃, sicut sunt antidotaria nota: In secũdo logt̃ de medicinis cõposi

tis

nis expertis i vnaquaq; ægritudine, ſicut patet. Dico aũt, ꝙ homo, & nõ alia aíalia, idiget cõpoſitione ciborũ, & medicinarũ vehemẽtius, q̃ alia aíalia: & illud, qm̃ cibus eſt corpus, cuius natura, qñ aduenit itra corpus, eſt, vt cõuertatur a virtute corporis ad ſimilitudinẽ mẽbrorũ, vt reſtauret illud, qđ ex eis fuit reſolutũ: Et hoc quidẽ non eſt facile, niſi qñ hoc corpus eſt ſimile mẽbris in cõplexione et ſubſtãtia: quia cõuerſio ad id, qđ eſt ſimile, eſt facilior. Cõplexio aũt hominis, ſicut ſciuiſti prius, eſt vehemẽter ꝓxima ęqualitati verę, et parũ valde reperitur, quod ei aſſimilet, qa entia naturalia remota ſunt ab hac æqualitate vera: & nõ appropinquat ei, niſi homo ſolũ: Et pp hoc oía corpora exiſtẽtia ſunt cõtraria, vel diuerſa homini i cõplexione ſua cũ pluribus diſpoſitionibus: Et ppa nõ conuertit faciliter aliqd eorũ ad ſubſtantiã mẽbrorũ, dũ non ęquat, ſeu contẽperat cõplexio ſua. Et hoc qdẽ nõ fit, niſi cũ ꝑmixtione eius cũ eo, quod eſt ipſi cõtrariũ in cõplexione, ut ęquet eius cõplexio: Et pp hoc homo vehemẽter idiget cõpoſitione ciborũ, ſeu cibis cõpoſitis: & illud in mõ, ꝙ eorũ cõpoſitio eſt ex cibis oppoſitis, exiſtẽtibus extra æqualitatẽ ita, vt ex aggregato accidat: vel adueniat cibus ꝓximus huic ęqualitati, vt ſit cõformis cõplexioni hominis. Et ſi nõ eſſet hoc, tũc cibatio hominis eſſet difficilis pauca valde, et eſſet tũc cibatio eius paucarũ ſpecierũ valde. Et pp hoc idiget homo, vt eius cibaria ſint cõpoſita cõpoſitione artificiali, ſed nõ ſic indigẽt alia aíalia ab homine. Indiget aũt homo cõpoſitione medicinarũ, qa meliores medicinę ſunt, quę ſimilant cibis cõpoſitis cõſuetis. Et ppea ꝙ cibi hominũ conſueti oẽs ſunt cõpoſiti, neceſſariũ eſt, ꝙ medicinæ ẽt iuuãtes qñq; ſint cõpoſitę: Et pp hoc ſolus homo vtitur cibis, & medicinis cõpoſitis, & facilis eſt eorũ rectificatio, vel æquatio pp ipſorũ cõpoſitionẽ, ſicut diximus: Sed nõ ſic ſe habẽt medicinæ. ſ. ꝙ oẽs debeãt eſſe cõpoſitę: operatiões. n. earũ ſunt faciles, q̃uis ſint ſimplices, qm̃ medicia ex hoc, quod ipſa eſt extra ęqualitatã verã, abſq; dubio operat ſua qualitate, quãuis nõ ſit in ea cõpoſitio oíno: ſed cibi non ſunt ſic, qm̃ tũc eorũ nutricatio eſt bona, qñ ſunt valde ꝓximi ęqualitati vere, & hoc eſt ex eis, quæ valde raro inueniunt abſq; cõpoſitione. Sed qa medicina eſt extra ęqualitatẽ, ideo eius operatio eſt fortior, & vehemẽtior: Et pp hoc tã bonificat eius operatio in corpore hominis, q̃uis medicina ſit ſimplex. Et ſermo noſter i expoſitione titius capituli cõpręhẽdit multas cõſiderationes, quarũ prima eſt de medicina ſimplici, an ipſa ſit melior, q̃ cõpoſita. Dixit Auicẽna: QVANdoq; nõ inuenimus in ali ægritudinę ꝓprie cõpoſita medicinã et oppoſitã ex ſimplicibus &c. Iã ſciuiſti cãm, quare in hoíe præcipue, et nõ in alijs aíalibus cibi, & medicinę, quę illi adminiſtrant, ſcđm plurimũ ſunt cõpoſiti cõpoſitione artificiali. Et dico, ꝙ eſſe ciborũ compoſitorũ homini cõuenientiũ eſt multo plus, q̃ eſſe medicinarũ cõpoſitarũ. i. ꝙ homo multo plus vtitur cibis cõpoſitis, q̃ medicinis cõpoſitis: & hoc, qa medicina eſt potẽs in operatione ſua, q̃uis ipſa ſit ſimplex: ipſa ẽt medicina nõ operat, niſi qualitatẽ ſuã, & operatio quidẽ huiuſmodi qualitatũ ẽ vehemẽs, qñ virtus earũ eſt multũ egrediẽs ab ęqualitate: & hoc magis reptur in medicinis ſimplicibus: ſed nõ ſic ſe habẽt cibi hominis, qm̃ operatio ciborũ eſt vehemẽs, & bona, qñ ſunt valde proximi ęqualitati ꝓdictæ: ſed medicinæ ſimplicẽ nõ ſic ſe habẽt, qm̃ paucæ valde reperiunt, quę ſint ꝓximę illi æqualitati: Et ſi aliquę repertant, ipſę ſunt pauci nutrimenti, et nõ boni. Medicinæ aũt bonę homini nõ oportet, vt ſint compoſitę, imo dico, ꝙ medicinę conuenietiores homini, & alijs ſunt medicinæ ſimpliciores, quia ſubſtãtia medicinę neceſſario eſt cõtraria ſubſtãtię mẽbrorũ, aliter medicina eſſet cibus: et ppea ꝙ medicinę de neceſſitate habent ſubſtantiã contrariã, & diuerſam ſubſtãtię membrorũ, ideo operantur in eis, & ſuperant ipſa mẽbra, & alterãt ea ad ſui naturã. Et cũ ita ſit, paucitas contrarietatũ, et diuerſitatũ eſt nobilior, & cõuenientior, & pp hoc paucitas numeri medicinarũ eſt melior, qm̃ illa habet paucitatẽ numeri cõtrarietatũ, & ex hoc medicina ſimplex melior eſt, q̃ compoſita, qñ ex ea conſeqtur illud, quod intẽditur. Et ſi fr medicina cõpoſita, q̃ paucıora habet ſimplicia, melior eſt q̃ illa, quę habet plura ſimplicia: qm̃ pauciores habet cõtrarietates: ſed cibi nõ ita ſe habent, qm̃ ſubſtãtia ipſorũ nõ eſt vehemẽter contraria ſubſtãtię mẽbrorũ, neq; ẽ ſuperãs mẽbra dominãtia ſup ipſam ſubſtãtiã ciborũ ꝓximã naturę mẽbrorũ. Et pp illud multiplicatio ſpecierum cibi non oportet, vt ſit nocẽs mẽbris, ſicut multiplicatio ſpecierũ medicinarũ: Et cũ hoc nos indigemus multiplicatione cibi, vt cibus ipſe ꝑueniat ad cõplexionẽ ęqualẽ: et pp hoc cõpoſitio ciborũ eſt melior: Et non ſeqtur ex hoc, ꝙ cibi facti ex multis ſimplicibus ſunt meliores, q̃ cibi ex paucioribus ſimplicibus. & hoc, qm̃ cõpoſitio ciborũ nõ eſt neceſſaria, niſi pp contẽperamẽtũ cõplexionis ipſorũ: & hęc quidẽ ęqualitas, & contẽperãtia nõ oportet, vt ſit vehemẽtior, & maior in cibis includẽtibus multa ſimplicia, imo qñq; eſt ſcđm contrariũ illius: & pp illud non oportet, ꝙ cibi habẽtes multã cõpoſitionẽ ex multis, & diuerſis ſpeciebus ſimplicium ciborũ ſint meliores, q̃ illi, q non ſunt ita, licet cũ hoc cibi cõpoſiti meliores ſint, q̃ cibi ſimplices, imo dico, ꝙ cibi cõpoſiti ex paucioribus ſimplicibus ſunt meliores, cũ ꝑuenerint ad terminũ intentũ. ſ. ꝙ ſint ꝓximi ęqualitati veræ. Et non ſic ſe habent, niſi, qm̃ ſubſtãtia ipſorũ abſq; dubio aliqualẽ habet diuerſitatẽ cũ ſubſtãtia mẽbrorũ, aliter eſſet de ſubſtãtia mẽbrorũ, & eſſet ipſa mẽbra: & res non eſt ita. Et cum ſciueris hoc, manifeſtũ eſt tibi, ꝙ cibi cõpoſiti ſunt conuenientiores, q̃ cibi ſimplices: ſed ex medicinis meliores ſunt medicinę ſimplices, q̃ cõpoſitę. & hoc, qñ operatio ambarũ eſt in vna intẽtione. Verũ nõ ꝓhibetur, quin ſint quędã mẽbra, & quędã ęgritudines, quibus compoſitio in medicamine ipſarũ eſt melior: & illud, qñ curatio ipſarũ cõpletur cum intentionibus pluribus, quę indicãt aggregationem ſimplicium: & hoc ſicut apoſtema epatis, & apoſtema teſticulorum, & ſimilium.

Conſideratio ſecunda, in quarta manifeſtantur cauſę neceſſitatis in compoſitione medicinarũ.

DIxit princeps Auicẽna. Qñq; nõ inuenit i qualibet ęgritudie ꝓprie cõpoſita etc. Nõ ẽ dubiũ, ꝙ medicus quotieſcunq; inuenit medicinã ſimplicẽ, q̃ operet illud, qđ intẽdit in curatione, & fuerit talis medicina facilis inuẽtionis in oí tẽpore, & in oí loco, & nõ fuerit in ea nocumentũ in aliqua diſpoſitione, tũc non indiget medicina cõpoſita, qm̃ medicina, quę cõponitur, vel quę eſt cõpoſita, ſi non fuerit expta, timet, ꝙ habeat nocumentũ ex forma ſua ſpecifica, quę aduenit ei ex cõpoſitione, aut ex re alia nobis occulta: Et licet fuerit expta, & iã inuentũ eſt ex expimẽto, ꝙ ipſa cũ hoc, ꝙ ſit ſufficiẽs in illo, quod quęritur de cura, non habẽt nocumentũ in aliqua diſpoſitione, tamẽ medicina ſimplex melior eſt illa pp multas cõtrarietates, quas habet medicina cõpoſita ad ſubſtantiã mẽbrorũ, quas nõ habet medicina ſimplex, ſicut prius diximus. Sed forte qs cõtradiceret, ꝙ hoc nõ ſit verũ, qm̃ ſi ꝓſupponemus, ꝙ medicia cõpoſita ſit vacua ab oí nocumẽto, a q vacua eſt medicina ſimplex, tũc nõ erit in medicina cõpoſita nocumẽtũ ex multitudie ſimplicium eius, aliter tũc ipſa medicina cõpoſita haberet nocumentũ, quod nõ reperit in medicina ſimplici: Et nõ eſt dubiũ, ꝙ ſi res ita ſe habet, tũc nõ erit controuerſia,

neq; affirmatio, ꝙ medicina simplex sit melior, qm̄ si me
dicina composita sit vacua a nocumento, sicut medicina
simplex: & medicina cõposita, & simplex sint æquales ĩ
iuuamẽto, et nocumẽto per respectũ ad curationẽ, quo mõ
cõtradici potest tũc, ꝙ medicina simplex sit melior, q̃ꝫ cõ
posita, aut econtra? Et qđ dictũ est, ꝙ simplex sit melior
eo, quia nõ nocet multitudine contrarietatũ, sicut medici
na cõposita, nõ cõcludit, quia tale dictũ est contrariũ ei,
quod pręsuppositũ est. s. ꝙ medicina cõposita sit vacua
a nocumẽto, sicut medicina simplex: nã si cõposita nocet
ex multa contrarietate, tũc non est vacua a nocumento.
Respondetur, ꝙ si præsupponamus, ꝙ in medicina cõpo
sita, et simplici sit ęqualitas in iuuamento, & nocumẽto,
dicemus, ꝙ intẽtio est in hoc, ꝙ ambo etiã sint æquales ĩ
eo, quod requirit ipsa cõpositio, & superfluitas egressio-
nis a tẽperamento absolute, qm̄ si sunt ambo ęquales in
hoc, tũc inter ea nõ erit differentia in curatione. s. si medi
cina cõposita est æqualis medicinæ simplici ĩ operatione,
quę est necessaria in curatione, & in hoc, ꝙ est expoliata
a nocumento, & alijs, tunc etiã erit ęqualis in eo, ꝙ exqui
rit cõpositio de iuuamẽto, & nocumẽto, quæ cõsequũtur
ad compositionẽ conformẽ, vel proportionatã ei, ꝙ requi-
rit simplex, cũ virtus cõpositi sequatur ex simplicibus,
tũc ergo nõ erit differentia inter simplicem medicinã, &
cõpositã quãtum ad curationẽ oĩno. Et nõ oportet qui-
dẽ ponere differentiã inter ambas, nisi qñ operationes am-
barũ in cõpositione, et simplicitate sunt ignotę apud nos:
et, tũc quidẽ dicimus, ꝙ medicina simplex est melior, quo
niã nocumentũ cõpositę ad mẽbra pp ipsam composi-
tionẽ ẽ maius. Et si posuerimus, ꝙ medicina simplex tũc
non sit melior, tamen medicina cõposita nõ est necessa-
ria omnino, si medicina simplex excusat a compositione.
Et pp hoc medicus non indiget cõpositione medicinarũ,
nisi qñ non reperit medicina simplex, quæ sit sufficiens
ad id, quod in curatione intendit, aut nõ semper sic inue-
nit faciliter, aut posito ꝙ eius inuẽtio semper sit facilis,
tamẽ ipsa nõ expoliatur a nocumento, a q̃ expoliat cõpo
sita. Dico ergo nũc, ꝙ numerus medicinarũ simpliciũ, q̃
ab extra reperiũtur, ne dũ illarũ, quę sunt notę, est nume
rus finitus, & similiter est impossibile, ꝙ corpora sint in-
finita in specie. s. ꝙ numerus specierũ ipsorũ sit infinitus.
Numerus vero dispositionũ pręternaturaliũ corpori ho
minis accidẽtiũ est infinitus. i. ipsę dispositiones pꝛęterna
turales prędictæ non comprehendunt numero: & cũ istę di
spositiones sic se habeant, nõ inueniũtur eis medicinę sim
plices, quę opponãtur vnicuiq; ipsarũ prædictarũ dispo-
sitionũ: finitũ. n. non potest super infinitũ: & pp illud ne-
cessaria fuit cõpositio medicinarũ. Exemplũ illius lapsus
accidẽtis cõplexioni pꝛęternaturali est, qm̄ huius lapsus nõ
habẽt terminũ, seu numerũ ĩ multitudie. Et pp hoc mino-
rat, vel deficit numerus medicinarũ simpliciũ ab opposi
tione vniuscuiusq; prædictarũ, qm̄ medicina sanãs vnã-
quãq; cõplexionẽ lapsam a temperamẽto oportet, vt sit
declinãs a tẽperamento versus latus oppositũ lapsui illius
cõplexionis secundũ q̃titatẽ egressionis, vel lapsus illius
cõplexionis a tẽperamẽto: & pp illud in cura ęgritudinũ
complexionaliũ & aliorũ necessaria est cõpositio medi-
cinarũ, & illud, qm̄ si non inuenitur medicina simplex,
quę opponatur cũ qualitate sua gradui caliditatis exem-
pli gratia, vel intensioni caliditatis, quæ existit, verbigra
tia, immo nõ reperitur ex medicinis frigidis, nisi illa, quæ
est magis egredięs ab æq̃litate in frigore plus, q̃ sit gradus
vel intẽsio illius caliditatis, aut est minus egrediẽs ab hoc
tũc iã peruenit, & succurrit per viã cõpositionis, vt inue
niatur medicina, q̃ stat loco ipsius. Et illud, q̃a permiscet
medicina vehementioris frigiditatis, q̃ sit q̃titas necessaria,

quare accidit, vel resultat ex aggregato ex duabus medi
cinis vna medicina, cuius egressio ab æqualitate in frigore
est secundũ quãtitatẽ necessariã ad resistendũ illi qualita
ti calidę. Cũ aũt dixit princeps: Q ñq; nõ inuenit in qua
libet ęgritudine proprie cõposita: Intẽtio hic p ęgritudi-
nẽ cõpositã non est, ꝙ intelligatur ægritudo composita,
quę accidit ex numero plurimũ ægritudinũ, ex quibus fit
vna ęgritudo, sicut dicit de apostematibus, imo per ægri
tudinẽ compositã hic intelligitur ægritudo, in cuius cura-
tione requirunt res diuersæ, sicut in cura apostematũ ne-
cessaria est repercussio, & resolutio: & sicut in cura ægri
tudinũ epatis necessaria sunt stiptica, & digestiua, et api
tiua, & sic in alijs ęgritudinibus complicatis, in quibus re
quirunt res diuersę p cura ipsarũ, seu intẽtiones diuersę,
& plures sunt necessarię, quę intentiones nõ reperiunt in
medicina simplici. IMMO fortasse non inuenitur ex cõ
positis, quã opponamus compositis &c. p compositã hic
possibile est, ꝙ intelligat medicina composita artificialit
ita, vt intentio huius sermonis sit: immo fortasse non in-
uenit medicina cõposita ex cõpositis, q̃ opponat ægritu
dini compositę, q̃r necessaria est tũc compositio ex inge-
nio, seu ex intẽtione medici, & qñ nõ inuenit illi ęgritudi
ni medicina opposita ex medicinis simplicibus: & possibi-
le est etiã p medicinã compositã intelligatur medicina cõ
posita p naturã ex medicinis simplicibus, sicut est camo-
milla, et similia, q̃r intẽtio sermonis est: qñq; non inuenit
ęgritudini cõpositę medicina ex simplicibus, q̃ opponat
ei, q̃uis illa medicina simplex sit ex eis, in quibus est com
positio naturalis, sicut in rosa, & camomilla, qualiter igit
opponet medicina, in qua non est ista cõpositio? AVT
inuenit, uerũtñ idigemus uirtute addẽte ĩ uno simpliciũ. Et
aliq̃s potest cõtradicere dicẽs, ꝙ hęc medicina, q̃ idiget,
vt in ea fortificet vnũ suorũ simpliciũ, vel vt ĩ ea augeat
virtus ĩ vno simpliciũ suorũ, est ĩ veritate nõ sufficiẽs re-
sistere, vel opponere, seu cõtrariare ęgritudini, quã volu
mus curare, q̃r tũc nõ reperitur illi ęgritudini medicina op
posita, q̃r nõ est verũ dicere. Aut inuenit, verũtñ &c. qm̄
illa, q̃ inuenit, est opposita ęgritudini, et nõ indiget additio
ne, et confortatione, aut illa, q̃ idiget, nõ est opposita illi
ęgritudini: AVT volumus medicinã, quę moret in trãsi-
tu etc. Ista medicina, q̃ morat, & q̃ pmiscet cũ medicina
velocis penetrationis qñq; tardat p se, et qñq; p accidẽs:
Illa aũt, q̃ operat illud p accidẽs, sicut dixit pꝛinceps ẽ, qñ
illa medicina ex nã sua mouet materiã ad ptẽ cõtrariã ei,
ĩ qua volumus tardare motũ, q̃r ex hoc fit tardatio mo-
tus. Exẽplũ huius est, sicut si misceat cũ medicinis pdictis
a q̃bus volumus virtutẽ apitiuã viarũ epatis, medicinis
vomitiua. Et cõuenientius ẽ, vt sit, illđ vomitiuũ ex eis, q̃
operat hãc apitionẽ ẽt, et illud est, sicut semẽ raphani, qm̄
hoc semẽ cũ hoc, q̃ ẽ fortis cõfortatiõis, ẽ ẽt fortis apitiõis:
Et hoc q̃dẽ semẽ hẽt nãm mouẽdi illud, qđ ei occurrit ĩ pti
bus epatis v̄sus os stomaci, vt expellat p vomitũ: Et me
dicię q̃dẽ diureticę virtutẽ habẽt accellerãdi penetrationẽ
suã ad instrũa vrinę: Et pp hoc si non phibẽtur ab illo,
non prolõgatur istarum permanẽtia in epate, imo accel
lerãt motũ suũ ad instrumẽta vrinę, quare erit earũ opa
tio in epate debilis pp paucitatẽ tẽporis permanendi ĩ eo:
sed qñ permiscet semẽ raphani cũ istis diureticis, tũc mo-
uet ea ad ptes oris stomaci, & illud, q̃s phibet velocẽ ip
sorũ motũ ad instrumẽta vrinę: & pp illud, plõgatur tũc
earũ remanẽtia in epate, quare tũc est eius opatio ĩ eo fo
tior. Et nõ oportet, ꝙ sint istę medicinæ diureticæ, nisi qm̄
talitarũ medicinarũ virtus ops, vt sit apitiua: Illæ aũt, q̃
sic se habẽt, oportet, vt sint puocãtes vrinã: Medicinę ve
ro quę tardãt, seu retinẽt medicinas per se, sunt illę, quæ
in seipsis sunt tardę penetrationis, qm̄ faciũt illud, quod ĩ
eis miscetur

eis miſcetur, ſimiliter eſſe tardę penetrationis, qm̄ ſua glutinatione, & viſcoſitate faciũt eis adherere illud, quod eis miſcetur: qr̄ ex tarda earũ penetratione ſequit̃ tardatio penetrationis eius, qđ eis pmiſceť. Et hęc ſunt, ſicut gũmę, q̃ pmiſcẽtur ĩ medicinis lapidis, vt eas morari faciãt ĩ mẽbro, in quo eſt lapis: qr̄ ſufficiũt ĩ eis pficere opationem ſuã. ET qñq; inuenit̃ medicina, q̃ eſt cõis duabus vijs, & intẽtio noſtra eſt ĩ via vna: quãobrẽ aſſociamus cũ ea, quod deferat eã ad illã: ſicut ponimus cãtarides in medicinis diureticis, vt cõuertãt eas a parte venarũ, et natura expellat totũ illud, qđ eis miſceť, ad partẽ renũ, & veſicę: & ſeqtur ex hoc, q̄ fiat diuerſio a pte venarũ. Sed forte aliqs dubitat, qualiter ſit poſſibile, q̄ natura expellat cãtarides ad partẽ veſicę, cũ de natura cantaridũ ſit excoriare veſicã: Natura igitur tũc erit adiuuãs cãtarides ad vlcerãdũ veſicã: qr̄ natura erit adiuuãs, q̄ ab eis accidat hoc nocumẽtũ: ſed eſt falſum. Reſpõdeť, q̄ nã opať illud, nõ vt cãtarides vlcerẽt veſicã, imo vt expellat nocumẽtũ cãtaridũ a mẽbris nobilibus: & illud, qm̄ cãtarides pp vehemẽtiã virtutis ipſarũ, & nocumẽtũ ipſarũ excoriãt oĩa mẽbra, in qbus morant̃: & minus nocumentũ ipſarũ eſt, q̄ morent̃ in veſicca: & pp illud nã expellit eas ad veſiccã, qm̄ illud eſt melius corpori, nõ ex hoc, vt excoriet ipſam. Et natura quidẽ nõ facit hoc, niſi qa eſt conueniẽtius, ſeu minus nocumẽtũ corpori: Et ſi eſſet poſſibile naturę expellere cãtarides a corpore, abſq; q̄ ipſę tranſirẽt p veſiccã, nedũ q̄ ĩ ea morent̃ tẽpore, & vlcerẽt eã, tunc illud eſſet medius: & opatio naturæ tẽdit ad melius: ſed illud nõ eſt poſſibile: & nos ignoramus cãm huius: ſed nos ſcimus, q̄ cãtarides poſtq̃ aſſumptę ſunt intra corpus, melius eſt vel minus malum pro diſpoſitionibus corporis, q̄ expellantur ad veſiccam.

Qualiter natura expellit cãtarides ad veſiccã, cũ faciãt in ea vlcerationẽ.

Cõſideratio tertia, q̃ ſint ex medicinis cõpoſitis meliores.

ET SCIAS, q̄ medicina expta melior eſt nõ expta &c. Quãdo medicinę cõpoſitæ ęquãtur ĩ iuuamẽto, quęrit̃, an illæ, quę habẽt multa ſimplicia, ſint meliores, an illæ, quę habẽt pauca ſimplicia. Et nõ eſt dubiũ, q̄ illę, ĩ qbus ſua ſimplicia ſunt pauca, et ſufficiũt ad ĩtẽtionẽ, ſunt meliores: etiã hoc manifeſtauimus prius: et illud, qm̄ manifeſtauimus, q̄ medicina ſimplex melior eſt, q̃ cõpoſita: et q̄ medicina cõpoſita, quę habet pauciora ſimplicia, eſt magis pxima medicinę ſimplici, qr̄ ſine dubio eſt melior, qm̄ ſubſtãtia medicinarũ, ſicut ſciuiſti, eſt diuerſa naturæ, & ſubſtãtię membrorũ: & minoratio diuerſitatis eſt dignior: & pp hoc medicina cõpoſita, quę habet pauciora ſimplicia, eſt melior. Et cõpoſitio quidẽ medicinarũ nõ eſt, niſi ſcđm q̄ exigit ratio: & ſcđm plurimũ experimẽtũ includit rationẽ, ſeu experimentũ cõuenit cũ ratione: & qñq; cõtrariatur ei, aut qa ratio eſt occulta, aut pp multũ caſum erroris in ea, aut pp formã ſpecificã accidentẽ cõpoſitioni exigentẽ, & cauſantẽ opationes occultas rationi & intellectui: & pp hoc opatio medicinæ cõpoſitę nõ dicitur cõueniẽs, & iuuatiua, niſi poſt expimẽtũ, vel niſi poſt approbationẽ factã cũ experimẽto. Et pp illud quoties medicus iuenit medicinã cõpoſitã exptã, nõ eligit oĩno aliã medicinã ex ingenio ſuo cõpoſitã ad illã intẽtionẽ: Et nõ licet quidẽ ex ſe, & ex ingenio facere nouã medicinã cõpoſitã, niſi qñ medicus nõ inuenit medicinã, q̃ ſit ſufficiens pro cura ægritudinis: Et ideo medicinę cõpoſitę acceptæ ab antiqs ſunt paucę, et cõprehẽſę numero determinato. Et ſi ipſi antiq nõ fuiſſent cõtẽti adminiſtrare medicias exptas, et nõ pꝑpoſuiſſent multũ eas ſupra medicinas cõpoſitas nõ exptas, et ex igenio pprio inuẽtas, tũc cõpoſitiones medicinarũ factæ ab eis eſſent plurimę valde, ſed nõ eſt ita: quapp medicina expta cõmẽdať, et pꝑponiť ſupra nõ exptã. Et nõ fit hoc, niſi qm̄ expimẽtũ cõfert ad fortẽ cognitionẽ, et ſciẽtiã: et debilitas ſciẽtię cãtur, et habeť ĩ re nõ expta: Et pp hoc ſi medicus haberet medicinã cõpoſitã, quã iã expertus fuiſſet, et manifeſtũ fuiſſet eius iuuamẽtũ, tũc nõ faceret medicinã aliã cõpoſitã alia ſpecie cõpoſitionis. Qñq; aũt ĩ aliquo ĩdiuiduo medicina nouiter inuẽta nocet aliquo mõ: et pp illud fundamẽtũ medicię cõpoſitę, et opationis eius nõ eſt, niſi ſup expimẽto, et nõ ſup ratione. Et ſimiliter ẽt in opationibus cuiuſq; ſpeciei earũ ſcđm rationẽ cõuenientibus, qm̄ cognitio iuuamenti cõfectionis vel electuarij, quod experti ſumus, maior eſt, q̃ cognitio iuuamenti electuarij nõ experti. Et medicĩa quidẽ expta multoties cõuenientior eſt, q̃ medicina experta paucis vicibus: qm̄ cognitio eius, quod eſt exptũ magis, eſt fortior, et vehementior: & pp hoc medicinę notę famoſę meliores ſunt, q̃ alię, qm̄ famoſę ſunt magis expertæ abſq; dubio.

Quod medicina compoſita ex paucioribus ſimplicibus melior eſt.

Quod medicina experta melior ẽ nõ experta.

Capitulo de qualitate compoſitionis.

Cõſideratio. I. de q̃litate, q̃ ſufficit ĩ medicina cõpoſita.

SCIAS, q̄ qñq; accidũt tibi &c. Qualitatẽ qdẽ cõponẽdi medicinas, ſicut mahagtun. i. cõfectiones amaras vel electuaria amara, & ſuffuf, & troc. & ſimilia manifeſtabimus, & dicemus neceſſitatẽ vniuſcuiuſq; illarũ ſpecierũ, qñ loquemur de unaquaq; illarũ ſpecierũ: Sed q̃litas cõpoſitę medicinę. i. qualitas eius poniť ſcđm pportionẽ vniuſcuiuſq; ſimpliciũ ad id, qđ remanet: & hoc eſt, qđ hic dicemus: & illud, qm̄ cõpoſitio medicinarũ qñq; fit ex ſimplicibus ęqualibus ĩ quãtitate, et qñq; ex ſimplicibus diuerſis in q̃titate. Et qñ ſunt diuerſæ, tũc differẽtia cãt ĩter medicinas cõpoſitas diuerſitatẽ magnã, et plurimã. Et nos hic manifeſtabimus cãm in hac diuerſitate, & ęq̃litate. Dicamus ergo, q̄ medicinę, q̃ ponũtur ĩ cõpoſitis, nõ euacuant, quin aut ſint ęquales iuuamẽti, & ęqualis virtutis. i. q̄ ipſæ oẽs ſint æq̃les ſcđm intẽtionẽ ĩtentã in illo cõpoſito, aut nõ ſint ita: q̄ ſi opationes earũ intẽtę in eis, quas volumus ĩ illo cõpoſito, ſunt ęquales, aut ſunt q̃titates doſis earũ ęquales, aut nõ: q̄ ſi q̃titates doſis earũ ſunt æquales, tũc ponũtur illę medicinæ ĩ illo cõpoſito ęqualis quãtitatis, cũ nõ ſit neceſſitas additionẽ vnius ſuper alterũ: ſi vero fuerint quãtitates doſis earũ diuerſę, tũc accipiť quãtitas doſis vniuſcuiuſq; earũ, quę quãtitas doſis ſit pars, quę denominať a numero medicinarũ. Exemplũ huius. Oportet ad cõpoſitionẽ medicinarũ quatuor, q̃ ſunt pulpa colloqntidę, & ſcamonea, & aloes, & turbit, vt ex iſtis medicinis fiat medicamẽ ſolutiuũ humorũ, quos ſoluũt iſtę medicinę oẽs: & ſit ſolutio vniuſcuiuſq; iſtarũ ad id, quod ſoluit, ęqualis ad id, quod ſoluitẽ p altã: & tũc oportet hic, vt medicinę acceptę ex medicinis ſimplicibus ſint ſimiles vel æq̃les eis ĩ virtute. Et nõ ẽ ĩtẽtio hic, vt ſint ſimiles uel ęq̃les ĩ magnitudine, & põdere, imo q̄ ſint ſimiles in virtute ita, vt ſit virtus vniuſcuiuſq; earũ ęq̃lis ita, vt ſit virtus vniuſcuiuſq; earũ ſuper opationẽ ęqualis ad virtutẽ alterius ſup opationẽ ſuã. Et nõ fit hoc, niſi qñ [pars vniuſcuiuſq; eſt pars q̃titatis doſis cõpletæ, ſicut pars alterius eſt pars quãtitatis doſis cõpletę.] Exẽplũ huius eſt. Doſis cõpleta pulpæ colloqntidę ẽ. ℥. ſ. et ſcamõeę danich. i. et aloes danich. iiij. et turbit. ℥. i. et patet, q̄ numerus medicinarũ ẽ q̃tuor. et pp hoc illđ, qđ accipiť de unaq̃q; iſtarũ medicinarũ, eſt q̃rta pars portionis vel doſis ipſarũ: et illud, qđ accipiť de pulpa colloqntidæ, eſt octaua pars. ℥. i. et quod accipiť de ſcamonea, eſt quarta pars danich vnius, & de aloe accipiť vnũ danich, et de turbit illud, qđ accipiť, erit quarta pars dragmę. i. Quod ſi volumus, q̄ vnaquęq; iſtarũ medicinarũ de per ſe vel ſola opereť opationẽ cõpletã, tũc illud, quod accipiť de vnaquaq; illarũ, eſt doſis cõpleta: ſed ſi volumus, q̄ opeť quartã partẽ ſuæ opationis completę,

Alia litera doſis cõpleta vniuſcuiuſq; ẽ ſicut doſis cõpleta alterius.

tūc oportet, vt illđ, qđ accipiť ex ea, sit quarta pars illius dosis cōpletę. Sed aliquis forte dubitaret dicēs hoc nō esse verū, quoniā nō seqť vel nō oportet, φ quarta pars corporis opereť quartā partē opationis suę: imo fortasse nō opabitur aliquid: Nā decē homines si portāt lapidē ī die ad distantiā triū miliariorū, nō oportet, φ vnus illorū hominū portet ipsum lapidē vel decimā partē lapidis ad distantiā triū miliariorū: imo fortasse unus ex eis nō potest mouere illū lapidē oīno: Si.n. diminutio opationis, & eius additio esset secundū ꝓportionē diminutionis magnitudinis, & additionis eius, tūc oporteret, φ īfrigidatio aquę fluuiī, immo infrigidatio aquæ totius maris haberet proportionē ad infrigidationē vnius librę aquæ ita, φ vna libra aquę nō infrigidaret, nisi scđm ꝓportionē q̄ntitatis eius ad totā quātitatē aquę fluuiī vel maris: et manifestū est, φ res nō est ita. Respondeť, φ res licet sit, sicut dixerūt illi, tñ additio virtutis, & diminutionis eius est scđm ꝓportionē magnitudinis, & diminutionis eius. Et nos nō diximus, φ oporteat, vt accipiať ex dosi cuiuslibet medicinæ, nisi qñ cognoscimus, & scimus, φ virtus cuiuslibet illius partis acceptę est secundū ꝓportionē illius ī magnitudine: φ si nō fuerit ita, tūc illđ, quod accipiť de unaquaq; medicina simplici, debet esse scđm quātitatē, scđm quā scimus, φ sit sufficiēs ad illā opationē. Et pp hoc oportet, φ sit illa pars magis addita parūper scđm portionē opationis, pręcipuę si quātitas dosis illius medicinæ sit paucæ quantitatis ita, vt sit pars eius denominata ex numero medicinarū parua valde: tūc.n. oportet, φ additio illius partis sit maior, quoniā in quantitate parua vel minima vehemēs ē debilitas virtutis eius ita, ut qñq; ꝑueniat ad terminū, φ talis parua quātitas nō opereť aliquid omnino. Et pp hoc oportet secūdū hūc modū, quē diximus, φ in cōpositione medicinę quātitas scamoneæ nō sit ita minima: imo oportet, φ sit in quātitate debita, & sit quātitas eius denominata a numero medicinarum, sicut supra dictū est. Et quod dictū est, φ quātitas dosis medicinarū in cōpositione ipsarū sit quātitas dosis denominata a numero simpliciū ingrediētiū ī cōpositione eto. nō intelligiť de oībus medicinis simplicibus, quæ sunt in cōposita, immo intelligiť de medicinis, quæ ponunť in cōposita pp opationē principaliter intentā: & istę sunt medicinę, quę principaliter intenduntur in cōpositione. Sed medicinę, q̄ ponūtur in cōpositione pp rectificationē, uel correctionē medicinarū aliarū, quę ponūtur ad faciendū penetrare medicinas alias, & his similia, nō debēt poni secundū dosim denominatā a numero medicinarū: & pp hoc si ponātur cū medicinis quatuor, quas prędiximus, medicinæ rctificātes ipsas, sicut mastix, & carui, & rob li.jritiæ, aut pp remotionē nocumēti ipsarū, quod fieri ab eis infertur, sicut qñ adiungiť bdeliū iudaicū, & similia, tūc nō oportet minuere quātitatē assumptā de vnaquaq; illarū quatuor medicinarū. Et iā manifestauimus apud æqualitatē eius, quod intenditur ex medicinis, φ sit oppositio ipsarū scđm modū, φ nō sequať diminutio uirtutū ꝑtium diminutione multa, & illud in modo, qđ accipiať de vnaquaq; medicina dosis cōpleta, postea qñ fuerit cōpleta cōpositio, accipiať ex aggregato pars, vel dosis denominata scđm numerū medicinarū s. medicinarū principaliū in intentione, sicut diximus. Et qñ fecerimus illud, nō franguně virtutes medicinarū fractione multa:

Secūdum numerum medicinarum ita φ si in composita sūt quatuor medicinæ secundum dosim cōpletam. tunc dosis

Q̄m illud, qđ accipitur tūc post cōpositionē, est scđdū quātitatē, scđm quā tolleratur virtus eius, qm̄ excusatur tūc ꝑ hoc assumptū ab acceptione totius summę, qñ fuerint illa, quæ intendūtur ex medicinis cōpositis æqualia: Si.n. diuersificētur istæ intentiones, sicut quando indigentia solutionis fiendæ a pulpa cologntidæ est minor, q̄ indigētia solutionis fiēdę ab aloę, tūc oportet, vt sciať ꝑ existimationē artificialē ꝓportio necessitatis operationis cuiuslibet medicinę ad quantitatē necessitatis opationis reliquorū, & ponať ꝓportio necessitatis ad necessitatē, sicut ꝓportio quātitatis dosis eius ad quātitatē dosis eius:

medicinæ compositę ex quatuor erit quarta pars totius compositi.

Exēpliū huius ē: sicut si necessitas nostra solutionis fiēdę ꝑ pulpā cologntidę ad dosim acceptā đ aloe est scđm medietatē: Et illud qñ scimus, φ medietati magnitudinis associatur medietas virtutis, si.n. nō cognoscimus illđ, tūc oportet, vt virtus accepta ex vnaquaq; medicina sit secudū ꝓportionē necessitatis ad opationē eius, vel scđm ꝓportionē necessitatis pro opatione eius: Et tūc iā faciemus scđm modū, quē prius diximus, qř facilis erit conseruatio ꝓportionis in partibus medicinarum: Et hoc in modo, φ accipiať de medicina, de qua minor est intentio dosis cōpleta, & accipiať de reliqs illud, qđ est scđm proportionē intētionis, qř accipianť ex qbusdā medicinis tres doses: & illud, qñ intēdiť, φ opatio ipsarū sit triplex, seu tripla ad opationē eius, de qua accepta ē tm̄ dosis vna: qř accipienť de qqusdā doses duę, et de qbusdā doses q̄tuor, et de qbusdā minus scđm ꝓportionē itētionū, et scđm ꝓportionē illius, qđ itēdiť ex istis medicis: postea qñ pfecta ē ista medicina cōposita, acci[illegible] tota summa dosis, q̄ sit ꝑs denominata ex numero medicinarū in illo cōposito, absq; φ accipianť ī illo numero medicinæ rectificātes, seu corrigentes, & similia. Et si fecerimus illđ, tūc scđm plurimū erit illud, quod accipiť ex tota summa, sufficiēs ad intētionē: Et illud, qm̄ illa quātitas intēta, vel accepta tūc erit scđm quātitatē, in qua fiet virtus cōpleta: Et nō seqť ad illud diminutio virtutis ab intētione, sicut si accipiamus ꝑtes simpliciū debiles, vel diminutas, deinde aggregabimus ea: & illud, qm̄ totū aggregatū tūc, quāuis sit cū q̄titate, in qua remanet virtus cōpleta, tñ aggregatū est ex partibus debiliū virtutū, & apud aggregationē ipsarū nō aduēit res, ꝑ quā sit potēs virtus vniuscuiusq; earū, cū opationi illius ꝑtis repugnent opationes partiū aliarū: quare nō habet potētiā: & pp hoc qñq; remanet cōpositū ex eis debile in virtute: sed nō sic est, qñ cōpositio medicinarū ē ex dosibus cōpletis, tūc.n. vnū quodq; simpliciū ē scđm suā virtutē: et qñ oīa aggregāť, tūc uirtus earū remanet scđm dispositionē suā, aut addiť parūp. Et si accipiať ex toto aggregato ꝑs denominata ex numero medicinarū principaliū, tūc illa ꝑs est scđm quātitatē, q̄ seruat virtutē pfectā, et tūc nō seqtur, φ diminuať virtus eius ab opatiōe, vel a iuuamēto, qđ exqriť. Et pp hoc oportet, qñ ignorať vna partiū, scđm quē modū sit virtus eius, φ ipsa ponať scđm ꝓportionē intētionū, qř oportet, vt sit medicina talis scđm dosim cōpleta, deinde ex tota summa accipiať ꝑs denominata ex numero medicinarū principalium: sed si ad diminutionē corporis, vel quātitatis medicinæ seqtur diminutio opationis, tūc medicina cōposita ex simplicibus valde diminutis cū quātitate erit deficiēs ab eo, qđ intēdiť, & nō iuuabit, et fortasse nocebit mouēdo & agitādo deficiēs ab opatione cōpleta: totū hoc est verū, qñ medicinę cōmunicātes fuerit ęquales in iuuamēto, & nocumēto in intētione, et fuerint ęqualiū virtutū: Si vero fuerint diuersæ, aut erit diuersitas in vno duorū, aut in ambobus simul: & tūc indiget pp hoc additione, aut diminutione eorū, q̄ diximus: et illud, qm̄ illę medicinę si diuersificātur cū medicinis tātū, quia quædā ipsarū in illa intētione intēta est fortior alia, & cū hoc, quia iuuamentū & nocumētū ipsarū in illa intētione est [sufficiēs.] tūc op3, ut ponamus de medicina debilis uirtutis q̄titatē maiorē, q̄ sit illđ qđ reqriť ꝓportio ęq̄lis uirtutis: et illđ, ut ęqueť uel cōtēpeť uirtus medicinę istius augēdo eius q̄titatē: & hoc, qm̄ oē corpus, qđ

Alia litera ęquale.

augetur

augeẽ ĩ magnitudie, uel qđ ẽ maioris q̃titatis opoȝ, ꝙ augeaẽ in virtute vel ꝙ habeat virtueẽ maiorẽ: & pp hoc oportet, ꝙ quãtitas istius medicinæ sit addita sup̃ q̃ntitatẽ, quã reqrit ꝓportio sup̃ ꝓportionẽ debilis uirtutis: ꝙ si fuerit eius virtus vehemeter debilis, opȝ, ꝙ additio in ea sit multa valde: Si vero fuerit virtus eius debilis infra ipsam, addemus per minorẽ quãtitatẽ: Et si fuerit debilitas virtutis eius pauca valde, tũc additio erit pauca valde. Sed de medicina, q̃ est fortis virtutis oportet, vt accipiaẽ minor quãtitas, q̃ illa, quã reqrit ꝓportio, et illud, qñ uirtus eius fuerit vehemẽs valde ita, vt pars accepta ex ea sit minor, q̃ pars denominata ex numero medicinarũ, qa pp fortẽ virtutẽ eius qñq; ẽ virtus eius maior, q̃ exqrat intẽtio opationis eius: Et hæc dimiutio vel minoratio fit, cũ fit additio virtutis medicinæ plurima valde, Et cũ experimentũ cõseruat ꝓportionẽ in virtute, aut nõ diminuitur virtus eã eius multũ. Et cũ hoc oportet, vt nõ sit illa diminutio multa, & illud pp debilitatẽ virtutis ex expimẽto: Et ista quidẽ diminutio, & additio secundũ virtutẽ medicinę, & debilitatis eius nõ sunt, nisi qñ illud, quod accipiẽ de medicina, est secundũ proportionẽ intentionis, qm̃ tunc nõ licet, ꝙ fit diminutio, & additio secundũ virtutẽ medicinę, & eius debilitatẽ in radice: aliter sequiẽ, ꝙ fiat cõpositio medicinę scđm contrariũ ꝓportionis intentę ex cõpositione: & illud est ex eis, quarũ cõpositio est difficilis. Similiter & si medicinę simplices, quæ ponuntur in cõposito, diuersificaẽ ex plurimo iuuamẽto, & paucitate ipsius in illa intẽtione cũ æqualitate ipsius in virtute, tunc. n. accipiemus ex illa medicina iuuamẽti plurimi q̃titatẽ multã, qm̃ pp plurima iuuamẽta ad mẽbra diuersa opatio cuiuslibet illorum iuuamentorũ est debilis, qm̃ opans nõ potest sup plurimas opationes, sicut est potens super paucas. Et si fuerint virtutes æquales, tunc iudiciũ istius medicinę plurimorũ iuuamentorũ in quolibet suo iuuamẽto est iudiciũ medicinæ debilis: Et iã sciuisti, ꝙ medicina debilis oportet, vt augeaẽ in quãtitate, & ꝙ medicinę fortis minoreẽ quãtitas. Et pp hoc oportet, ꝙ augeaẽ pars accepta ex medicina plurimorũ iuuamẽtorũ, & ponaẽ de ea plus, q̃ sit quãtitas, quę est scđm ꝓportionẽ intẽtionis: & hoc qa hac medicina intenduntẽ plurimæ opationes: Et nõ pficiuntur opationes plurimę, nisi a virtute forti, quę quidẽ nõ existit, nisi cũ magnitudo eius est aucta: Et pp hoc oportet, ꝙ quãtitas istius medicinæ sit augumentata. Quãtitas aũt medicinę pauci iuuamẽti non oportet, vt augeaẽ supra quãtitatẽ, cuius virtus est secundũ proportionẽ inuentã ab ea, immo oportet, vt minoreẽ ab illa, qa ista medicina pauci iuuamẽti, & fortis opationis habet opationẽ fortẽ, & pp hoc dispositio istius medicinę est, sicut medicina fortis virtutis: Et iã manifestauimus, ꝙ quãtitas istius medicinæ nõ oportet, vt sit aucta, vel addita, ideo oportet, ꝙ iudiciũ quãtitatis medicinæ istius ponẽdę sit iudiciũ quãtitatis medicinę ponẽdę in medicina cõposita, quãdo diuersificaẽ secundũ vnã duarũ rerũ: Quñ aũt diuersificatur in duabus rebus simul, tũc necessaria est alia cõsideratio: & illud, qm̃ qñ quędã medicinarũ sunt fortiores, & quędã debiliores, tũc vnaquæq; istarũ duarũ aut est cũ hoc plurimi iuuamẽti, aut pauci: & tũc accidũt quatuor cõpositiones: Nã cõpositio prima est, qñ quędã istarũ medicinarũ est fortis virtutis, sed pauci iuuamẽti, tũc oportet minorare multũ quantitatẽ istius medicinę, qm̃ in ea aggregantẽ duo, quę exigũt minorationẽ, q̃ duo sunt fortitudo virtutis, & paucitas iuuamenti: Secũda cõpositio est, qñ quędã istarũ medicinarũ cũ hoc, ꝙ sunt debilis virtutis, sunt tñ plurimi iuuamẽti: & in istis aggregantẽ duo, quę exigũt additionẽ quantitatis, q̃ duo sunt debilitas virtutis, & multitudo iuuamẽtorũ, & ambo exigũt additionẽ q̃titatis, sicut diximus.

Secũdum vnam duarum rerũ: quia ẽ aut fortis, & pauci iuuamenti in duabus rebus, quia est fortis, & multi iuuamẽti, aut debilis pauci iuuamẽti.

Tertia cõpositio, ꝙ quędã medicinarũ simpliciũ cũ hoc, ꝙ sunt fortis virtutis, sunt ẽt plurimi iuuamenti: & non oportet augumẽtare quãtitatẽ istarũ sup̃ quãtitatẽ, quã exqrit ꝓportio intẽtionis, & illud pp fortẽ virtutẽ earũ, sicut prius diximus. Et nõ oportet etiã, vt minoreẽ ex ea quãtitas pp multitudinẽ iuuamẽti: Et pp hoc oportet, ꝙ quãtitas accepta ex hac medicina sit scđm quãtitatẽ, qua virtus eius est scđm ꝓportionẽ eius, qđ intẽdiẽ absq; additione, & diminutione. Quarta cõpositio est, ꝙ quędã istarũ medicinarũ simpliciũ cũ hoc, ꝙ sunt debilis virtutis, & pauci iuuamẽti, & quãtitatẽ qdẽ istarũ nõ oportet augere, neq; minouere ab illa quãtitate, qua virtus eius est scđm ꝓportionẽ cõpositionis existentis inter eas ad inuicẽ, qm̃ hæ medicinę nõ sunt fortes, neq; sunt plurimi iuuamẽti. Istę igitur sunt res causantes necessitatẽ additionis, & minorationis in quãtitate medicinarũ principaliũ, vel radicaliũ in cõpositione. Et alij dixerũt, ꝙ causæ causantes additionẽ, aut minorationẽ quãtitatis sunt nobilitas, aut ignobilitas, seu vilitas medicinę: Et dixerũt, ꝙ q̃titas medicinę nobilis debet augeri, & quãtitas medicinæ ignobilis debet minorari. Dico aũt, ꝙ si p medicinam nobilẽ intelligũt medicinã plurimi iuuamẽti, tũc oportet, vt fiat scđm quod diximus: Si vero intelligũt medicinã fortis virtutis, iam manifestauimus, ꝙ quãtitas medicinę fortis minoraẽ, & non augetur. Sed si p medicinã nobilẽ intelligũt medicinã multi p̃tij, aut quę parum inueniẽ, aut quę sit pulchra visui, & similia, tũc ista sunt ex eis, quę nõ causant additionẽ, aut diminutionẽ, qa huiusmodi nõ ĩprimunt ĩ cõposito ĩtentionẽ. Secũda aũt res, quã supra dictũ dixerũt esse cãm additionis, vel diminutionis medicinę, est nocumẽtũ medicinę: Nã si medicina nocet ĩ aliquo, licet ĩ re extra ĩtentionẽ, oportet, vt minoreẽ illud nocumẽtũ: Si vero medicina fuerit vacua a nocumẽto oĩno, oportet, vt augeaẽ quãtitas eius ppea, ꝙ securaẽ a nocumẽto. Sed dico, ꝙ hoc ẽt est eis, quæ nõ sunt vera: et illđ, qm̃ nocumẽtũ medicinæ si sit ex eis, de qbus nõ est curãdũ, nõ oportet de ipso habere cõsiderationẽ, neq; est res cãns additionẽ, aut diminutionẽ ĩ ea: si vero nocumentũ sit ex eis, de qbus est curãdũ, tũc si est possibile pmutare illam medicinã, aut ipsam dimittere, fiat: et si nõ, corrigaẽ cum his, q̃ expellũt nocumentũ ipsius: Minoratio vero ipsius medicinę facit ipsã deficientẽ ab ĩtẽtione cũ hoc, ꝙ licet minoreẽ q̃titas eius, tñ nõ eminoreẽ eius nocumẽtũ. Quòd si dicaẽ, ꝙ rectificãs, seu corrigẽs medicinã nocentẽ qñq; debilitat virtutẽ ĩ intẽtione p̃dicta, & hoc cãt additionẽ q̃titatis ipsius. Dicemus, ꝙ qñ fuerit ita, tũc cã exqrẽs, vel necessitãs minorationẽ medicinæ, nõ ẽ tũc nocumẽtũ eius, sed debilitas uirtutis eius, et hoc ẽ ex eis, q̃ diximus prius: similiter si fuerit medicina vacua a nocumẽto, ipsa nõ est pp hoc ex eis, q̃ reqrãt additionẽ: qm̃ additio quãtitatis in ea qñq; nocet ĩtentioni vtili. Tertia res, quã dicũt cãre additionẽ, vel minorationẽ quãtitatis medicinę est cõtrarietas medicinę ad aliã ĩ opatione medicinæ, aut priuatio illius. Dixerũt, ꝙ si ĩ medicina cõposita reperiaẽ medicina, cuius opationẽ diminuũt, aut debilitãt medicina alia, aut plures aliæ medicinæ, tũc oportet, vt fiat additio ĩ ea, vt possit resistere illi, quę cõtrariaẽ opationi eius, & hoc est ex eis, quæ nõ sunt vera: & illud, qm̃ cõtrariãs opationi medicinæ, aut debilitãs ipsam, aut ẽ debilitãs opationẽ illius medicinę ĩ intẽtione intẽta cũ cõpositione, aut nõ est tra: qđ si fuerit debilitãs eius opationẽ, tũc cãns additionẽ quãtitatis est debilitas virtutis, et nõ cõtrariãs medicinę, et illđ est, sicut diximus. Quòd si medicina, aut medicinę nõ fuerint debilitãtes virtutẽ istius medicinę, tũc nõ opȝ, vt fiat illa additio ĩ q̃titate. Quarta res, qua dixerũt, est

Nota, ꝙ litera in arabico hic usque ad finem capituli est val de corrupta.

auxiliũ vnius medicinæ ad aliã medicinã simplicẽ in eius iuuamẽto,aut eius priuatio. Dixerũt enim,ꝙ omnis medicina,quæ ponitur in composito, non euacuatur , quin aut sit in illo composito medicina alia conferens, seu iuuans iuuamento illius,aut non est ita: quod si fuerit primum,oportet, vt minoretur quantitas illius medicinæ : propterea,ꝙ excusatur, seu fieri potest absq; multa quãtitate illius medicinę. Et non potest fieri operatio intenta cum priuatione alterius medicinæ secum associatæ. Et hoc etiã non est verũ,qm̃ illa medicina , quę confert iuuamento illius medicinę,aut est sufficiens hoc iuuamẽtũ eius medicinę simplicis completæ,aut nõ est ita:quod si fuerit sufficiens ex se perfectę , tunc excusatur ab illa alia medicina,& sic dimittenda est illa medicina alia, & non est ponenda in composito : & quantitas medicinæ , quę est ex se sufficiens,non est minoranda,quoniam excusatur per hanc medicinam ab alia medicina . Si vero illa medicina non sufficit , immo illud iuuamentum non fit,nisi cum operatione,tunc non oportet , nisi complere virtutem illius medicinæ , quare pauca quantitas ex ea erit sufficiens,non propterea, ꝙ existat alia medicina in illo composito cõmunicãte ei in iuuamento,immo, quia non idiget,nisi pauca virtute existente in pauca quantitate medicinæ , & pp̃ illud sufficit ex ea quãtitas parua, quoniam illud, quod exigitur, perficitur, & completur cum illa quantitate pauca,quãuis causa paucitatis istius necessitatis,vel istius exigentię est esse alterius medicinę coadiuuantis,aut causa eius est causa alia . Quinta res , quã dixerunt,est situs membri,propter quem componit medicina. Dixerunt enim , ꝙ si illud membrum est longinquum a stomaco,oportet,vt multiplicetur,vel augeatur quantitas medicinę simplicis , qm̃ hęc medicina nõ perficit operationem suam, nisi postquam debilitata est eius virtus in spatio longo,per quod transit ad locũ ægritudinis,quare oportet,vt virtus eius sit addita super virtutem ęgritudinis cum quantitate,qua minoratur ex ea in longo spatio. Si vero membrũ illud,pp̃ quem compositus medicina,sit stomacus,aut membrũ ei proximum, tunc sufficit de medicina simplici quãtitas,quæ opposita sit ęgritudini: Et pp̃ illud non oportet,vt addatur in ea, cum per additionẽ intelligatur cõfortatio virtutis:Et hoc etiam nõ est verum,ꝙ sit extra illud,quod diximus: & illud,quoniã fortificatio virtutis medicinę,& eius debilitas est considerata in multa q̃titate , et eius diminutione: quoniam illa debilitas, & fortitudo est necessaria secundum longinquitatẽ,aut propinquitatem membri ad stomacum: Et propter hoc istæ res,quas aliĳ addiderunt,nõ sunt diuersę ab eo,quod diximus.

Consideratio secunda,per quam manifestatur,ꝙ in tyriaca , & in aliĳs compositis existit forma specifica diuersa a forma simplicium .

ET SCIAS,ꝙ medicinæ compositæ cõferenti, seu iuuatiuę &c. Iã manifestauimus, ꝙ materia istius mundi totius est vna,& ꝙ ipsa recipit omnes formas non per aggregationem ad corpus,sed mediante disponente. Et declarauimus,ꝙ pręparans,vel disponẽs ad receptionem compositi non est,nisi complexio: & ꝙ ista complexio, quando fuerit proxima æqualitati , disponit hanc materiam ad recipiendam aliquam formam specificam: Si vero complexio pręd

icta fuerit remota a temperamento ad certum terminũ,tunc pręparat ipsam materiam ad formam specificã aliã . Et in hoc non est ambiguitas,seu diuersitas,siue sit aduentus talis complexionis a natura,aut sit ab arte: Omnia enim cõposita permixta per artem necessario habent formã specificã diuersam a forma simpliciũ. Et declaratũ est, ꝙ omnia cibaria,& electuaria,& trocisci,si sunt pmixta, seu fermẽtata,oportet,ꝙ habeãt formã specificã, sed nõ sic se habẽt suffuf,& similia, qm̃ cõplexio in eis non est permanens, & aduenıẽs ex fermẽtatione simpliciũ ad inuicem eo, ꝗa formæ simplicium adhuc remanẽt,& non corrũpuntur. Et hęc quidem forma,quę aduenit medicinę compositæ post aduentũ cõplexionis in ea, est sicut forma aqueitatis in aqua,& sicut forma aereitatis in aere: et est non sensibilis,quę non cõpræhẽditur nisi ab alta virtute,immo notum est , ꝙ medicina cõposita p̃dicta necessario habet formã specificã:sed quę sit illa forma, & qualitas suę essentiæ,nõ oportet hic inuestigare,cũ sit ex eis,ad quorũ essentię cognitionem raro p̱ueniťur. Et cum hoc sit ignotũ,tunc illud,quod imprimit ab extra , aut intra corpus humanũ,nõ habet uiã,qua ad eius cognitionẽ cũ discursu rationabili perueniat. Et homo non persistit in consideratione,& cognitione operationũ p̱cedẽtiũ a forma istorum cõpositorũ in corpus humanũ,aut extra ipsum,nisi per experientiam . Quare nõ est via ad cognoscendũ iudiciũ formarũ istorũ compositorũ , & aliorum corporũ,nisi per experientiã. Et non est dubiũ, ꝙ omnia composita habentia formã specificam,et quæ non sic habẽt, operãtur in corpore hominis mediantibus suis simplicibus: & hoc,si illa simplicia fuerint remanentia cũ formis suis,& virtutibus suis: si vero simplicia nõ remanserint, & formę ipsorũ,& virtutes suæ iam sint corruptę, tunc materię ipsarũ omniũ sunt informatæ a forma illius cõpositi,quoniam operationes illorũ simpliciũ iam sunt destructæ . Et pp̃ illud nõ apparet ab eis impressio in corpore hominis. Et hoc quidẽ non fit,nisi qñ permixtio illius cõpositi iam sit cõfirmata valde,& sua simplicia iã sint conuersa,& permutata ita, vt omnia sint informata a forma illius cõpositi. Et non fit hoc, nisi qñ cõposita sic se habent,ꝙ corpora simpliciũ sunt reducta ad naturam unã. Et composita habentia formas,& quæ sequũtur complexionẽ suam, & operationes medicinarũ compositarũ fiunt in homine, & in aliĳs ex forma ipsorum.

In tyriaca: & in aliĳs medicinis fermẽtatis destructa est forma ꝓpriꝗ,& aliorum suorũ simplicium.

Et cũ sciueris hoc,tunc tyriaca absq; dubio est ex medicinis permixtis mixtione multa firmata, & completa,& ipsa habet formã specificam : sed an eius permixtio destruat naturam simpliciũ ipsius, & formæ specificę ipsius,aut non,manifestũ est, ꝙ si reperitur aliqua medicinarum compositarũ cui hoc attribuatur,tunc tyriaca est dignior in hoc,ꝙ faciat illud,qm̃ confirmatio cõplexionis eius,vt est manifestũ,vehementior est confirmatione aliarũ medicinarũ compositarũ:& cum ita sit,tunc op̱atio eius in corpore hũano nõ seq̃tur,& nõ fit nisi ex forma specifica ipsius,& complexione ipsius p̱pria, & nõ ex natura simpliciũ eius, & ex forma, & complexione ipsorum. Et cũ ita sit,tunc ad cognitionem operationum eius sequentiũ ipsius complexionẽ possibile est,vt perueniať cũ discursu rationali. Et propter hoc cũ sciuerimus, ꝙ eius cõplexio est calida,tunc scimus,ꝙ necessariũ est, ꝙ ipsa sit resolutiua,subtiliatiua,quia scimus,ꝙ de natura calidi est hoc facere. Et in summa scimus,ꝙ iuuamentum,& nocumentũ sequitur eius complexionẽ, sicut scimus, ꝙ op̱ationes eius sequũtur ad eius cõplexionẽ. Et ad cognitionẽ istarũ op̱ationũ peruenit cũ experimẽto, & ratione,sicut declarauimus in sermone nostro de medicinis simplicibus: sed ad cognitionẽ op̱ationũ tyriacę,& aliorũ compositorũ habentiũ formã specificã,non habeť via,nisi experimẽto. Quod aũt dicit,quòd tyriaca op̱atur pp̃ simplicia,est falsũ. Et pp̃ hoc nõ est verũ dicere, quòd tyriaca aperiat pp̃ spicam,aut mirrã , & similia ã

quę

Quod tyriaca non confert ppter troc. viperç: huius tamen contrariũ scribitur in cap. sequenti.

quç sunt in ea: Neq̃ est verum, q tyriaca conferat vene
no vipereo pp troc. viperæ, quç sunt in ea, et similia, qm̃
opatiões omniũ istorũ simpliciũ tã sunt destructæ ppea,
q formç ipsorũ, & naturæ ipsorũ sunt destructç. Et ty-
riaca quidẽ nõ opatur in corpore hominis, nisi mediante
sua cõplexione, & forma sua specifica tm̃: Ista aũt forma
specifica, quia est ignota secundũ suã essentiam, ideo ipsa
est ex eis, quç nõ faciliter appræhendunť, & cognoscunť
cũ sua essentia, sicut nõ facile est scire formã auri, immo
formã hominis, & equi, immo nõ cognoscitur cõplexio,
quç præparat materiã ad recipiẽdũ formã. Ista igitur p-
scrutari est difficile in tyriaca, ne dum in alijs naturaliter
mixtis. Cognitio ergo istius cõplexionis, quç disponit ma
teriã ad recipiendũ formã specificã tyriacç, & aliorũ cõ-
positorũ, difficiliter habetur cũ discursu rationis. Et cũ ita
sit, manifestũ est, q talis cõplexio nõ fuit primo inuen-
ta, & non aduenit nisi a casu, & nõ intentione rationali.

Consideratio tertia.

ET scias, q in composito sunt medicinæ, quibus est
innitendũ, & quç sunt radix &c. vnaquæq; medi
cina, quç ponitur in cõposito, nõ euacuatur, quin
aut eius operatio sit intenta, & secũdũ intentionẽ cõposi
tionis illius medicinç, aut nõ est ita, & prima quidẽ me-
dicina nominatur radix in cõposito, et fundamentũ, quia
per ipsam perficitur intentio illius cõpositi. Exemplũ hu
ius est, sicut aloes in ierapigra, nã intentio in hac ierapi-
gra est ventris solutio cũ mũdificatione stomaci, & ca-
pitis: & illud cõpletur per operationẽ aloes: similiter intẽ
tio in tyriaca magna est expellere nocumentũ veneni, et
illud perficitur cũ trociscis viperç, qm̃ si in carnç viperç
non esset virtus phibens venenositatẽ eius, tunc illa caro
viperç corrũperetur ab illo veneno. Et pp hoc necessariũ
est, q ista caro virtutẽ habeat expellendi nocumentũ ve
neni viperarũ: Et hoc est, quod primo intenditur ex ista
tyriaca. Secũda vero medicina, cuius operatio nõ princi
paliter intenditur, & quæ non dicitur radicalis, nominať
medicina ramosa, non radicalis in cõposita, qm̃ eius opa
tio non intendiť principaliter. Et non ponitur in medicina
cõposita, nisi ad corrigendũ. Et medicina quidẽ radicalis
dignior est, et magis intenditur, q̃ alia, sicut diximus: Sed
de medicinis, quç sunt radices i cõpositione, cõnumeranť
multa, quç prohibentur: Nã dimissio ipsarũ medicinarũ
radicaliũ in cõpositione prohibetur, qm̃ opatio illius cõ-
positi nõ perficitur, nisi cũ opatione illius medicinç sim-
plicis: si ergo dimittatur a composito illa medicina sim-
plex, sequitur tũc destructio illius operationis, nisi ponať
loco eius medicina alia, quç loco illius faciat illam opera-
tionem: & tũc pro illa medicina necessaria sunt aliç medi
cinæ corrigentes: quare ista cõpositio erit diuersa a cõpo
sitione prima, et illud, quod accidet, erit aliud ab eo, quod
intenditur ex cõposito. Secunda res, quæ prohibetur in
cõpositione, est pmutatio, seu ponere quid pro quo: Nã
ponere in cõposito illud, quod stet loco medicinç radica-
lis in operatione est prohibitũ: qm̃ illud, quod ponitur in
composito loco istius medicinæ radicalis: quãuis cõmu-
nicet cum radicali in operatione sua intẽta in cõpositio-
ne, tamen nõ oportet, q cõmunicet in medicinis rectificã
tibus eã, aut çquantibus, & similia, alter erit compositio
ex medicines rectificantibus, et çquantibus: Et tunc cõpo
sita erunt multũ diuersa. Tertia res, quç phibetur, est ad
ditio, & diminutio medicinæ radicalis. Sed aliquis forte
diceret, q additio in medicina, & eius diminutio, si fuerit
secundũ quantitatem, q destruatur eius opatio, aut per-
mutetur a quantitate intẽta, non debet fieri, siue sit illa

Loco medicinæ radicalis nõ licet ponere medicinam aliã.

medicina radicalis, siue non radicalis: Et si diminutio, &
additio in medicina sit secundũ quantitatẽ, ad quã non
sequatur alteratio in eius operatione, tunc est conueniens
vel licitũ, quãuis illa medicina radicalis sit çqualis ad me
dicinas rectificantes nõ radicales in hac intẽtione. Respõ
detur, q intentio sermonis nostri cũ dicimus, q quãtitas
medicinç radicalis non variari debet addendo, aut dimi-
nuendo ipsam, & q licet variare quantitatem medicina-
rũ rectificantiũ &c. tunc si volumus cõponere medicinã
notã, sicut tyriacã exempli gratia, non licet nobis varia-
re quantitatem medicinarũ, quç sunt radices in tyriaca
ab illa quantitate, quæ est in descriptione tyriacæ, aut al-
terius medicinç notæ, immo faciemus eam cũ illis ponde-
ribus notis, vel cũ illa quãtitate nota absq; additione, &
absq; diminutione, idest q non alteratur illa, quæ est secũ
dũ proportionẽ ad reliqua simplicia, quç sunt in illo com
posito, sed quantitas, seu pondera ipsarũ in se ipsis non
licet, vt minorentur, aut augeantur ab illa quãtitate, quæ
seruat proportionẽ. Exemplũ sicut si secundũ descriptio
nẽ notã voluerimus facere mediã librã illius medicinç, &
voluerimus cõponere descriptionẽ istius medicinæ cõpo-
sitç secundũ quantitatẽ quartç partis librç vnius, tunc
oportebit, q de medicina radicali ponamus quantitatem
quartç partis libræ vnius, quoniã illud non variat pro-
portionẽ. Et nos non ponimus eius quantitatem, quç sit
quarta vnius librç, & dragma vna, si descriptio eius sit
libra media. Medicinç vero, quç non sunt radicales, qñq;
augentur supra proportionẽ, & qñq; minuũtur, & illud,
qñ ad illã diminutionem, & augumentationẽ nõ sequitur
variatio illius, quod quçrimus ex ea, aut non sequitur de
bilitas eius. Et in summa si audaces fuerimus in alteratio
ne seu variatione quantitatis medicinarũ non radicaliũ,
qñq; est licitum: sed nõ est sic licitũ in medicinis radicali
bus. Et variatio quidẽ quantitatis medicinarũ non est li-
cita, nisi quando fit hoc, vt ex illa aduenias iuuamẽtum,
sicut qñ curamus mulierẽ cũ troc. canforç, & fuerint spi
ritus cordis declinantes ad frigus, tunc augemus quãtita-
tem croci, qui ponitur in illis trociscis, qa augetur necessi
tas hic confortandi caliditatem naturalem, & conseruan-
di calorem spiritus cordis. Sed si quis voluerit alterare,
seu varietare aliquã ex medicinis non radicalibus, licet
sint ex vilioribus, et talis variatio nõ fiat pp rectificatio
nẽ, & pp iuuamentũ superueniens infirmo, tunc nõ licet
omnino fieri talis variatio, NAM si ponerentur in tyria
ca anacardi, corrumperent medicinas, & proprie carnẽ
viperç. Causa huius est, qa anacardi habent virtutẽ pu-
trefaciendi, & corrumpendi complexionẽ sanguinis, &
hoc est ex eis, quç cõtrariantur medicinis tyriacæ, p quã
intenditur prohibere putrefactionem, & conseruare san-
guinẽ a corruptione. Et contrarietas anacardorũ ad car-
nẽ viperç est maior, qm̃ hçc caro pp virtutẽ, quã habet
exiccatiuã, phibet corruptionem sanguinis, & separat,
seu elongat ipsum a veneno corrũpente ipsum, & putre
faciente humiditatẽ eius. Et hæc est summa intentionis,
pp quam trocisci viperç vel de tyro ponuntur i tyriaca.
Et huic operationi vehementer contrariantur anacardi,
qm̃ ipsi pprietatem habent corrũpendi sanguinem. Et nõ
diximus hoc, nisi qa ex hoc, q ipsi anacardi putrefaciunt
sanguinem, & corrumpunt ipsum, accidũt febres causon,
aut melancolia, aut omnes çgritudines accidentes ex adu
stione sanguinis: Et eius operatio non est pp fortem cali
ditatem ipsius, aliter vehemens esset eius calefactio in oĩ-
bus corporibus, sed tamen non est ita: Videmus. n. mul-
tos, q multũ assumunt de ipsis anacardis, & non ledun-
tur ab eis per caliditatem, sed per adustionem sanguinis.
Caliditas autem superflua non est licita omnino, neq; ali-

Littera arabica hic est corrupta.

quod corporũ diuersificaŧ in hoc: sed nõ sic est de putrefacientibus, & corrumpentibus, & similibus de his, quę sequuntur formã specificam: huiusmodi.n.est possibile, ꝙ appropriensur magis quibusdã corporibus, & quibusdã non: SICVT si tu adderes in tyriaca nucẽ muscatã, nõ cõmittitur peccatũ magnũ. Ista additio qñqꝫ est parua valde, vnde est licita, qm̃ ista medicina confortat cor, & epar, & stomacũ, quia ipsa habet operationes conuenientes illis, quas volumus ex tyriaca. Q ñqꝫ aũt additio prędicta est plurima, & tunc nõ est licita, quoniã additio plurima sine dubio alterat, & variat cõplexionẽ necessariã tyriacę. Et est manifestũ, ꝙ hoc non licet omnino. Et sicut diximus de nuce muscata, ita dicatur de alijs medicinis, quamuis sint temperatę. Et iam manifestauimus ea, quę non licent omnino.

Tractatus primus de tyriacis.

HAEC tyriaca &c. Princeps Auicenna iã diuisit sermonẽ suũ in summas vel tractatus, & posuit tractatũ primũ de tyriacis, & cõfectionibus magnis: Et nõ īcepit a tyriacis, & a magiun.i.cõfectionibus seu electuarijs, nisi quoniã cõpositio in eis est fortior, & vtilitas ipsarũ maior. Et illud, quoniã cõpositio in eis cũ hoc, ꝙ vtilis est cõplexioni, vel cũ hoc ꝙ causat cõplexionẽ, disponit ad receptionẽ formę ꝓuenientis ex formis simplicium, & elongat a receptione corruptionis: Et illud, quoniã almagium.i.cõfectiones seu electuaria ꝓꝑ paucitatẽ aquositatis earũ parũ recipiunt corruptionẽ: sed nõ sic sunt syrupi. Et ꝓꝑ hoc Auicẽna determinauit prius uel locutus est prius de magiun. Q uidam vero prius determinauerũt de syrupis, q̃ de cõfectionibus, quoniã medici multo plus administrant syrupos, q̃ confectiones, quasi cognitio ipsorum syruporũ necessario sit præmittẽda super cognitionẽ aliorũ. Et iã sciuisti, ꝙ ex magiun idest ex cõfectionibus seu electuarijs quibusdã volumus confortare stomacũ, & ei appropriatur hoc nomẽ gluarés: & ex quibusdã volumus solutionẽ vẽtris, & nominanẽ hyeræ magnę, & hyerę logodion, & hyera Ruffus, & similia: & ex quibusdã volumus mundificationẽ capitis seu cerebri, & stomaci, et prohibitionẽ vaporũ ex stomaco ad caput, & nominanẽ triferæ & ex quibusdã volumus cõfortationẽ cordis, & spirituũ, & nominantur letificantia: & ex quibusdã etiã volumus, & intendimus cõseruare spiritus, & cor, & caliditatem naturalẽ a corruptione venenorũ, & nocumẽto ipsorũ, & ꝓprie nominãtur tyriacę: & ex quibusdã volumus iuuamẽta alia pro confortatione coitus, & similiũ, & nominanẽ confectiones. Et princeps Auicẽna tam incepit ab istis tyriacis, qm̃ quãuis raro administrenẽ, tamẽ vtilitas, & iuuamentũ ipsarũ est maximũ, quoniã pręseruãt spiritus, & calorem innatũ a corruptione, & a nocumẽto venenorũ, & similiũ: Et ꝓꝑ has causas ipsę conseruãt vitã, & ꝓhibent a morte ex veneno, & similibus: et illud, quod ita se habet, proculdubio est maioris vtilitatis. Q uidã vero inceperũt sermonẽ suũ a hyeris magnis, quoniã cũ eis antiqui soluebant ventrẽ: & necessitas medici maior est, & vehementior, vt cognoscat solutiua, q̃ sit necessitas cognoscendi tyriacam, quoniã medici multo plus administrant solutiua, q̃ administrent tyriacas. Auicẽna aũt primo incepit sermonẽ a tyriacis, pręcipue a tyriaca alferuch, qm̃ ipsa est dignior, & maioris, & pluris iuuamenti. Et sapiẽtes quidẽ diuersificati sunt in declarando causam, quare huiusmodi confectio nominetur tyriaca, & quare dicaŧ tyriaca alferuch. Q uidã.n.dixerũt, ꝙ hæc cõfectio nominaŧ tyriaca, quoniã ipsa confert morsui serpentũ venenosorũ, & confert venenis assumptis in cibo vel potu. Et illa quidẽ animalia venenosa in lingua gręca nominãtur tyriun, & venenũ in lingua ipsorũ appellatur ca: vnde ipsi ex his duabus dictionibus.s.tyriun, & ca composuerũt hoc nomẽ tyriaca imponentes tale nomen huic cõfectioni, quã Arabes etiã appellant tyriacã, et qñqꝫ appellant diriaca, quoniã apud Arabes litera.t.qñqꝫ permutaŧ in.d. Dicit aũt feruch, quia ipsa est separãs inter corpus, & inter venenũ.s.quia ipsa seperat.i.ꝓhibet corpus a veneno: ferach.n.apud Arabes importat seperationẽ. Q uidã autẽ alij dixerũt, ꝙ ideo nominaŧ tyriaca, quia in ea poniŧ caro viperæ, q̃ est ex summa animaliũ venenosorũ mordentiũ, & huiusmodi vipera appellatur tyria. Et ponitur etiã in ea opiũ, quod est ex summa venenorum, quod opiũ appellatur ca: & ꝓꝑ hoc hęc medicina appellaŧ tyriaca, idest medicina, in qua ponitur tyria, & opiũ. Sed denominatur tyriaca alferuch, quoniã medicinę tyriacales seperatæ seu sparsæ hinc inde omnes sunt aggregatę in ipsa tyriaca. Et qñqꝫ ista cõfectio nominatur alio nomine, & appellatur badazar, quę est dictio persica, cuius interp̃tatio est resistens veneno. Sed quidã appropriauerunt hoc nomen persicũ badazar medicinis tyriacalibus simplicibus, sed cõpositis appropriauerũt hoc nomẽ tyriaca. Et dicitur, ꝙ medicinæ simplices plantarũ nominãtur tyriacales, sed minerales nominantur badazar. Et ista confectio tyriacę nominaŧ etiã galius, cuius interpretatio est sedãs furiositatẽ, qa ista cõfectio sedat furiositatẽ veneni, et ęgritudinũ perniciosarũ. Et qñqꝫ nominatur liberans magnũ seu liberãs maximũ, quoniã liberat corpus a nocumentis maximis. Et qñqꝫ nominatur cõseruatiua vitę vel cõferens vitæ. Et dicitur, ꝙ inuentor istius medicinę antiquus fuit Andromachus primus: & ille, q̃ eam compleuit, fuit Andromacus secundus.

Consideratio prima de iuuamentis tyriacæ, & de eius nobilitate.

HAEC tyriaca est sublimior medicinarũ &c. Nobilitas medicinæ qñqꝫ est ex multo pretio ipsius, sicut est nobilitas lapidis iacut seu rubini sup multas medicinas. qñqꝫ nobilitas est ex nobilitate speciei, sicut nobilitas medicinarũ ex animalibus assumptarum nobilior est, q̃ quę ex plantis assumuntur.

Notas, ꝙ residuum istius cõsiderationis ĩ arabico deficit.

Considratio secunda de manifestatione descriptionis Andromachi.

ET MELIOR descriptionũ istius medicinę &c. Hanc tyriacã conati sunt perficere, & addere ĩ ea medicinas, & ipsã cõplere, quousqꝫ cõpleta est, oẽs medici famosi, vel excellentes, quorũ vltimus fuit Galenus: & prior ipsorũ fuit Andromacus primus: postea sapientes alij post ipsum addiderunt reliquas medicinas, donec cõpleuerunt eã secundũ hanc descriptionẽ, quã postea dicemus. Et causa perscrutationis Andromachi primi in inuẽtione tyriacę fuit, quia vidit puerũ mingentẽ ad murum, ex quo egressa est vipera, & momordit ipsum, quã viperã interfecit puer, qui postea comedit grana lauri. Et interrogatus Andromachus primus super hoc dixit, ꝙ talis fructus lauri vehementer cõfert morsui animaliũ venenosorũ: & cõsuluit, ꝙ pater pueri faceret confectionẽ ex granis lauri cũ melle, & daret in potu puero, qui morsus fuerat: & factũ est ita, et puer sanatus est: & Andromachus expertus est ĩ multis alijs indiuiduis hominũ, & inuenit rem conferre, sicut cõtulit illi puero: & addidit ad grana lauri gentianã, & mirrham, & costũ, & facta

est

est confectio maximi iuuamenti. Et homines perseuerati sunt in administratione huius tyriacæ sic factę centū & vnum & triginta aonis: Et ætas istius Andromachi fuit quadraginta aonorū. Postea venit Artēdes, cuius totū tēpus vitæ suæ fuit sexagiota annis, et addidit sup quatuor medicinas alias quatuor medicinas. s. piper albū, & cinamomū, et crocū, et cassiā ligneā: Et remansit hęc tyriaca sic, donec aduēit Aulageres, q addidit in ea farinā horobi, & cepā: Et remāsit hęc medicina sic, donec successit Asfrules, qui vixit centū annis, et addidit i tyriaca troc. sqllę: Et remansit hæc tyriacæ sic, donec successit Pithagoras, qui vixit annis septuaginta, & addidit aristologiā in tyriaca: Et remāsit sic hęc tyriaca, donec successit Marinus, q addidit i tyriaca bdeliū iudaicū, et summitates sqnān, & prassiū, & meschatramesie, & harmel, & sticados: vixit aūt Marinus centū annis: Et remansit tyriaca sic, donec successit Magines de ciuitate Hompsi: & iste q̄dē Magines addidit io tyriaca troc. andruchao, & sunt troc. q sunt attributi cuidā homini de ciuitate Andruchā, quę est i insula quadā oriētis: Et remāsit hęc tyriaca sic, donec successit Andromachus secūdus, q vixit aonis nonaginta, & addidit i tyriaca carnē viperæ: & illud, qm̄ ipse cū esset in villa, & pplatus esset ei cibus, et vinum, post comestionē cibi inuenit i vino viperā iā mortuā in eo dissolutā: vode noluit bibere tale vinū: quod quidā tribuerūt in potu cuidā leproso iamdiu apud eos habitanti, vt ex hoc vino mortē icurrere, nemineq; amplius molestaret. Cūq; talis leprosus bibisset tale vinū, iflatus est uēter eius in illa nocte vehemēti inflatione, & excorticata ē cutis corporis eius, & sanatus est a lepra. Quidā alius leprosus se balneabat in loco quodā, & habebat ancillam, quæ ipsum abhorrebat, et odio habebat: & talis ancilla, vt interficeret dominū leprosum, iposuit in illo lauatorio aliquas viperas: cumq; leprosus se lauasset in illo lauatorio, bibit ex illa aqua, & statim sensit nocumentū, & pręcepit seruo, vt intueret, quid esset in illa aqua, & inuenta est vipera mortua & dissoluta io ipsa aqua: et ancilla cōfessa est affirmans totū, qd̄ fecerat: & nocte illa inflatus est venter, & excorticata est cutis eius, & sanatus est a lepra. Et ipse Andromachus secūdus fratrē habebat, quem sub vmbra arboris iacentē momordit vipera: & post talē morsum accidit ei sitis valida, vnde coactus est bibere aquā ex vase terreo illic existente, & sanatus est: vnde iussit intueri, quid esset in aqua existēte in prædicto uase, et inuēta est i ea vipera mortua. Et in diebus Andromachi secundi quidā seruitor pulcherrimus dilectus a rege multas iniurias, & plurima mala perpetrabat versus gentes, vnde multi quærebant eū interficere, et ingeniati sunt adducere eū io cōuiuiū, & in potu dederunt ei oppium cum vino mistū, ad quē cū redirēt credentes ex opio mortuū esse, inuenerunt ipsum clamantē, & dolentē ex morsu viperę, & ex illo morsu viperę sanatus est ab opio, & non sensit postea nocumentū ex morsu. Et perseuerauit hęc descriptio Andromachi secūdi, quousq; successit Galenus, qui p multos annos adminiftrauit tyriacā scd̄m descriptionē Andromachi scd̄m ipsius cōpositionē, & pondera, et q̄ntitatē simplicū eius. Postea cū Gal. esset annorū circa trigintaduo, decreuit mutare pōdera quorundā simpliciū a pōderibus, quę prius posuit Andromachus. Gal. ergo cōposuit tyriacā diuersam a tyriaca Andromachi secūdi variādo solū pōdera simplicū, & nō numerū medicinarū. Et hęc tyriaca Aodromachi secūdi sine dubio ē nobilior, et melior, q̄ tyriaca, q̄ prius erat pp additionē medicinarū sup tyriacā antiquorū. Verū Gal. nō addidit aliquā medicinā, sed variauit pōdera tm̄: Et de illis pōderibus q̄ ipsę variauit, antiqui nō mutauerūt vel nō variauerūt aliqd, quod de eis dictū est. Et talis tyriaca Gal. melior, q̄ tyraca Andromachi secūdi, reputaī apud eos, sicut Hunain, & alij, q exaltāt Gal. Et super hoc apud eos nō est ratio alia, nisi q Gal. apud eos reputatus est excellēs valde: & hoc nō fuit, nisi qa Gal. pclauit sermonē i suis libris uituperādo eos, q pximi fuerūt in tēpore suo. Princeps aūt Auicēna extisimauit, q tyriaca Andromachi sit melior, & dignior: & q Gal. nō mutauit illud, qd̄ mutauit, nisi quęrēs nomē, & famā, q esset i numero antiquorū excellētiū: et hoc pbauit, & demōstrauit eo, qd̄ descriptio Andromachi iā est approbata, & nobilis p experimēta, & pp experientiā homines cōuenerūt super bonitatē huius tyriacę: Et cū ita sit, dicendū, q Gal. nō mutauit eā, nisi vt tyriaca vocaret suo nomine. Sed talis discursus, & ratiocinatio Auicēnę est pbabilis psuasiuus, nō demōstratiuus, qm̄ sicut descriptio Andromachi iam p experimentū est cognita esse nobilis, & bona, ita dici potest de descriptione Gal. Quis ergo est, qui sciat, quæ istarū duarū descriptionū sit melior altera, si nō expertus ē quālibet earū, aut sit vna earū cōueniēs rationi, & alia diuersa a ratione: Et illud, qd̄ dicitur cōtra Gal. potest dici cōtra Andromachū. Quaere dubiū est, q̄ istarū duarū descriptionū sit nobilior. Et nō ē oō lōginquū a ratione, q̄n quęlibet earū sit bona, qm̄ sicut nō est iposibile, qd̄ adueniat cōplexio exigens formā, a qua pueniāt iuuamēta plurima i corpore humano, similiter nō est iposibile, quòd reperiatur alia complexio exigēs formam, a qua proueniant illis iuuamēta, aut maiora: Nam patet, q reperiuntur diuersa medicamenta composita habētia similia iuuamenta, & conferentia vni ægritudini, quare &c.

Consideratio tertia de ętatibus tyriacæ.

ET TYRIACÆ quidē adsunt infantia, & pubertas &c. Quodlibet cōpositū opans in corpore hominis sua cōplexione, aut sua forma sequēte ad cōplexionē eius oportet, q habeat opationē suā i principio, & in fine debilē. Cā uero, qr̄ opatio eius i principio est debilis, est, qa eius cōplexio adhuc nō est cōfirmata, & facta, qm̄ simplicia adhuc nō sunt fermētata, neq; cōplexio ipsorū adhuc est pmutata: & pp hoc illud, quod sequitur ad talē cōplexionē, est debile, siue sit sequēs ad illā cōplexionē mediāte forma specifica, aut sine ipsa. Debilitas vero opationis in vltimo ipsius est, qa resolutę sunt uirtutes simpliciū eius, et resoluta est virtus ipsius pp resolutionē humiditatū eius: & pp illud debilis est ipsius cōplexio, et est alterata, qr̄ opationes eius sine dubio sunt debiles. Et cū ita sit, necessariū est, q opationes tyriacæ i medio ætatis suę sint fortes: & est necessariū, q tyriaca pmutet ab opatione ipsius debili ad fortē, & a forti ad debilē cū gradatione: & illud scd̄m q fortificaī vel intēditur eius cōplexio, aut debilitatur seu remittitur. Et pp hoc oportet, q opationes tyriacæ, & similiū cōfectionū sint pcedētes gradatim ad fortitudinē opationū, et illud est tēpus augumenti ipsius: Et est tēpus, i quo eius opationes gradatim pcedūt ad debilitatē, et illud est tēpus declinationis. Et necessariū est, q inter ista duo tēpora sit status, qm̄ illud est necessariū inter duos motus cōtrarios. Et pp vehementē cōuenientiā tyriacę ad corpus hoīs attributū est tyriacę tēpus augumēti, & tēpus status, & tēpus declinationis, sicut i hoīe: Nā tyriaca i principio sui augumēti sine dubio est debilis, et vocaī infans, sicut in hoīe, postea augeī seu intēditur hoc augumentū parūp, & noīaī pubertas, sicut in hoīe: status vero eius inter augumētū, et declinationē noīatur et iuuētus, sicut in hoīe: Et similiter declinatio est i principio sui debilis, & noīatur prima senectus: postea intēditur, et fit, sicut in homine, decrepitas: Deinde cū vltimatur uel ad statū suū peruenit hęc declinatio ita, vt

deꝑdita sit virtus tyriacę, et nõ remaneat eĩ īpressio ꝑ ipsam ī corpore hominis, dicit̃ nũc, ꝙ illa est mors, sicut dicit̃ in hoĩe, cũ deꝑdita est vel destructa est uirtus eius. Mẽsuratio vero istarũ ætatũ est ex eis, q̃ nõ habẽt viã, vt verificẽtur ꝑ demõstrationẽ: et nõ approbat̃ hoc, nisi expimẽto, et opinione seu cõiectura, sicut ẽt mẽsurant̃ in hoĩe ętates, nõ demõstratiua rõne, sed expimẽto, et cõiectura.

Consideratio quarta de quantitate tyriacę exhibenda in potu.

ET FORTASSE oportet exhibere in potu morso de recẽti a medio aureo &c. Quia opationes tyriacę diuersificant̃ in ægritudinibus ꝑ fortitudinẽ, & debilitatẽ, oportet, vt in quibusdã ęgritudinibus fortificet̃ virtus eius, et ī quibusdã debilitet̃. Et pp hoc ī venenis, & ī ægritudinibus fortibus in q̃libet corpe opꝫ, vt addat̃ q̃titas eius. Et similiter minoratio q̃titatis in q̃libet corpore est scd̃m debilitatẽ uirtutis ueneni, et ęgritudinis. Et pp illud diuersificant̃ q̃titates potionũ vel doses tyriacę secũdũ ægritudines. Et q̃n̄q diuersificant̃ ẽt istæ q̃titates secundũ tẽpora, et regiones, et scd̃m corpora. Et dispositiones corporũ diuersificant̃ secũdũ illa, qr̄ diuersificant̃ pp hoc q̃titates dosis istius medicinę: et illud, qm̄ tẽpora calida, et regiones calidę acuũt cõplexionẽ, & resoluũt spiritus: & pp hoc oportet, ꝙ ī eis minoret̃ q̃titas tyriacæ. Sed tẽpora, et regiones frigidę ecõtrario requirũt, q̃ ĩ eis maior q̃titas exhibeat̃. Et simil'r ẽt diuersificant̃ quãtitates dosis tyriacarũ secũdũ diuersitatẽ dispositionis ipsius tyriacæ: Nã cũ tyriaca fuerit debilis virtutis, et illud, qm̄ fuerit ī ætate infantię, aut senectutis vel decrepitatis, oportet, vt qd̃ exhibet̃ de ipsa, sit maioris q̃titatis: et illud, vt pp additionẽ q̃titatis augeat̃ uirtus, qr̄ illa q̃titas suppleat debilitatẽ, q̃ est in ea. Et sil'r diuersificant̃ q̃titates dosis tyriacę scd̃m nouitatẽ, et uetustatẽ ipsius: nã cũ fuerit recẽs, tũc plurimę opationes eius sunt debiliores: cũ vero volueris assumere ipsam pp illas opationes, opꝫ vt eius q̃titas sit multa. Quod si volueris assumere ipsam pp alias opationes, tũc illud nõ opꝫ: & illud, qm̄ si illę opationes in ea nõ fuerit debiles, sicut retẽtio sputi sanguinis, tyriaca noua ī hoc est fortior, et melior: et illud, qm̄ ī noua est adhuc virtus opij, qm̄ adhuc nõ est facta cõplexio tyriacæ resultãs ex medicinis ipsius. Sil'r ad sedandũ dolorẽ tyriaca noua melior est, q̃ antiq̃, qa virtus opij in noua est fortis, et huiusmodi ẽ stupefactiua sedãs dolores vehemẽter. Et qñ

Expimenta tyriacę.

Viderimus tyriacã, & dubitamus de bonitate, & eius malitia, et de fortitudine virtutis eius, et debilitate ipsius, tũc sunt plura expimẽta, vel plurimæ ꝓbationes. quarũ vna est, ꝙ det̃ ī potu hoĩni solutiuũ, cũq̃ incepit hoc solutiuũ opari, exibeat̃ ī potu de illa tyriaca: ꝙ si retinuerit eius solutionẽ, tũc est bona fortis: et illd̃, qm̄ de nã tyriacę est retinere solutionẽ vẽtris, et destruere operationẽ medicinarũ solutiuarũ. Sed hoc opꝫ distinguere, qm̄ si solutio ventris ab illo solutiuo fuerit cũ auxilio naturæ ad expulsionẽ superfluitatũ, nõ seq̃t̃, ꝙ si tyriaca nõ retinet istã solutionẽ uẽtris, ꝙ ipsa sit mala tyriaca, imo fortasse est bona, fortis: et illud, qm̄ de nã tyriacæ est cõfortare naturã, et ex hoc seq̃tur aduẽtus istius solutionis vẽtris, et eius fortitudo: Si vero solutio illius causet̃ ex hoc, ꝙ nã vincit̃, & supat̃, et expellunt̃ superfluitates hũidæ, et vincit̃ retẽtio naturæ, tũc si tyriaca fuerit bona fortis, necessariũ est, ꝙ ipsa retineat hãc vẽtris solutionẽ, qa cõfortat naturã: q̃ ex hoc solutiuũ illud nõ potest superare naturã. Secũdũ expimẽtũ est, ꝙ super gallũ siluestrẽ mittatur vipera venenosa, postea exhibeat̃ ei tyriaca: ꝙ si viuit, tũc tyriaca est bona: si vero morit̃, est mala, debilis. Sed melius est, vt hoc expimẽtũ fiat super corpus istius galli, qm̄ cõplexio huius aĩalis est ꝓxima cõplexiõi hominis; qr̄ cũ operetur ĩ hoc aĩali, necessariũ est, ꝙ ī corpore hominis fiat opatio similis. Et ī hoc expimẽto nõ eligit̃ masculus ī specie gallinarũ, nisi qa gallus masculus est siccæ cõplexionis, in quo tardatur opatio veneni, quousq̃ ei aduentat, & in potu exhibeat̃ tyriaca, qm̄ exhibitio tyriacę in potu q̃n̄q tardatur, qa difficile est exhibere ī potu hãc cõfectionẽ tyriacæ aĩali alterius speciei ab hoĩe. Tertiũ expimentũ est exhibere ī potu hãc tyriacã homini, q assumpserit opiũ, aut hiusqamũ, et similes medicinas venenosas, ꝙ si cito sanatur, tũc illa tyriaca est bona, fortis: & si nõ, nõ. Et sciendũ, ꝙ iuuamẽtũ tyriacę cõtra medicinas venenosas est minus, q̃ iuuamẽtũ cõtra venenũ absolutæ, ꝑcipue qñ illa medicina est ex medicinis venenosis, calidis: in istis. n. iuuamẽtũ tyriacæ est paruũ. Et nõ est ita, nisi qm̄ nocumentũ ueneni est putrefacere sanguinẽ, & spũs, & naturã debilitare: Et tyriaca qdẽ ī hoc ẽ vehem̃tis iuuam̃ti, qm̄ cõfortat naturã, et ꝓhibet aduentũ putrefactionis pp exiccationẽ, quæ est in ea. Nocum̃tũ vero medicinarũ venenosarum nõ est, nisi qa facit accidere in hoĩe superfluitatẽ lapsus a tẽperamẽto, & nõ resistit̃ ei, nisi cũ q̃litate lapsa valde a tẽperamẽto opposita q̃litati, quã fecit accidere medicina. Quod si fuerit illa medicina vehemẽtis caliditatis, tũc tyriaca nõ põt in ea cõferre, qa tyriaca est calida: qr̄ nõ põt contraopare caliditati superfluę accidẽti cã medicinę venenosę. Quod si medicina fuerit vehemẽtis frigoris, tũc tyriaca etiã non multum confert, qm̄ tyriaca, q̃uis sit calida, tñ eius caliditas non est vehementis virtutis: Et pp hoc diamuscũ, et similia q̃n̄q multo magis cõferũt ī curatione quarundã medicinarũ venenosarũ, q̃ tyriaca.

Consideratio quinta de numeratione medicinarũ tyriacę, et de qualitate ꝑmistionis earũ ad inuicẽ.

RECIPE troc. de squilla &c. Cã prima exigẽs fieri ꝓuocãs ad cõpositionẽ tyriacę est curatio morsus viperę: & pp hoc Andromachus primus cõposuit eã, cũ vidit puerũ comedentẽ grana lauri cõtra morsum viperę. Et Andromachus primus eã cõposuit tyriacã ex q̃tuor rebus. s. ex granis lauri, & gẽtiana, et mirrha, et costo: et ꝑmiscuit ea cũ melle: et est tyriaca nota, seu nosata tyriaca de quatuor rebus. Et nõ cõposuit ex istis quatuor rebus, nisi qm̄ venenũ viperę interficit putrefaciẽdo sanguinẽ, & spũs, & debilitat calorẽ innatũ, et naturã, et cor, & opꝫ, vt sit permixtio tyriacę ex cõfortantibus naturã, et calorẽ innatũ, & confortãtibus cor, & ꝓhibẽtibus sanguinẽ, & spũs a putrefactione, & corruptione: & grana lauri operant̃ illud, qm̄ sua aromaticitate cõfortant cor, & calorẽ naturalẽ, & confortãt naturã: & caliditate sua, & siccitate exiccãt humiditates superfluas sanguinis, et spiritus, & faciũt ipsum sanguinẽ, et spiritus non vehem̃ter recipere putrefactionẽ: & tñ hoc caliditas ipsius non est tãtę vehem̃tię, et fortitudinis, ꝙ sit vehem̃ter resoluẽs, et ex hoc sequat̃ cõplexio sicca: et sil'r siccitas eorũ nõ est superflua ita, vt sint tardę penetrationis ad cor, vnde venenũ ꝑcedat ad ipsa: Et pp hoc grana lauri ī hoc sufficiebãt ꝑcipue qa erãt permista cũ melle ꝑmistione optima, vt mel sua penetratione veloci ad mẽbra, q̃ ipsum diligunt pp suã dulcedinẽ, faciat grana lauri velociter penetrare: et ipsum mel ꝓhibet etiã aduẽtum putrefactionis: & pp hoc ĩ eo ponunt̃ mortui, vt ꝓhibeãtur corpora ipsorũ a putrefactiõe: et ideo grana lauri adiuuãt ad iuuam̃tũ cõtra venenũ viperę, et aliorũ. Verũ opatio istius cõfectiõis. s. factę ex granis lauri, et melle ẽ debilis ad hãc intẽtionẽ: & illud pp paucitatẽ aromaticitatis cũ debilitate exiccatiõis: et pp hoc nõ exhibet̃, nisi cõtra venenũ viperarũ paruarũ, & ẽt contra debile venenũ. Et pp hãc cãm fuit necessariũ Andromacho primo, vt super eã adderet medicinas tres alias, quæ sunt gentiana, mirrha, et costus;

qm̄ istæ medicinę cōfortāt, seu fortificāt exiccationē istius cōfectionis, & cū hoc iuuāt venenis oībus, sicut est venenum scorpionū, & rotillę. Mānifestatio aūt necessitatis ponēdi vnā quāq; medicinarū tyriacę, et ponēdi eas scd̄m mensurā propriā vel pōdus ꝓpriū est ex eis, q̄ sunt valde ꝑplexa: & pp hoc deliberauimus postponere illud nostrū librū magnū, quē volumus cōpilare ī hac arte. Dico ergo nūc, q̄ cā principalis exigens cōpositionē tyriacę alferuch fuit curatio venenorū serpentū, & similiū, qm̄ cū antiq multū considerassent, & addidissent in ea, voluerūt ēt, q̄ ipsa tyriaca cōferret plurimis ęgritudinibus maxīe cronicis, et q̄ ipsa cōferret oībus venenis. Et hoc non fecerūt, nisi qm̄ medicinę quatuor, quas Andromachus primus apposuit, conferūt sine dubio ægritudinibus oībus, qm̄ ipsę confortāt cor, et calorē innatū, & naturā: & hoc cōfert in cura ægritudinū oīum. Et voluerūt affirmare vel certificare, q̄ iuuamētū ipsarū existit ī ægritudinibus, & posuerūt iuuamētū earū esse forte valde, scd̄m q̄ ē possibile. Et posuerūt eā cōferre oībus venenis: Et hoc q̄dē est possibile, q̄a virtus eius exiccatiua est fortis cōseruās sanguinē, et spūs, et calorē īnatū: et cū exiccatione sua calida ē. Et ī hac confectione calida ponunt medicinæ frigidæ, vt ꝓhibeat velox resolutio humiditatis medicinarū, qm̄ humiditas istius cōfectionis resoluit, & eius virtus debilitat. Et intētio, qua fuit facta hęc tyriaca, est, q̄ homo in itinerationibus, et alibi secū eā habeat, vt excusatio sit a medicinis plurimis, ꝑcipue vbi nō ē possibile inuenire illas medicinas, et cōpositio earū nō est facilis. Et pp hoc oportet, vt sit ex eis, quorū virtus remanet longo tēpore. Et ideo oportet, q̄ de medicinis ingredientibus tyriacā sint aliquę medicinę vehemēter frigidę, vt cōseruent humiditates medicinarū, ne resoluātur: & talis medicina frigida ē sicut opiū, et alia t nos declarabimus hoc ī nostro libro magno. Dicamus igitur ꝑ nūc, q̄ tyriaca excusat a multis medicinis, quia ipsa sanat multas ægritudines: vnde p eā excusat a medicinis conferētibus illis ęgritudinibus: & iuuamētū eius ē cōtra venenū: et pp hoc tyriaca est ex medicinis nobilibus valde. Verū nō est possibile, q̄ ipsa ī curatiōe vniuscuiusq; ægritudinis sit nobilior, et melior, q̄ medicinę appropriatę illi ægrituni: et illud, qm̄ medicinæ appropriatę cuilibet ęgritudini sunt cōtrarię sine dubio illis ęgritudinibus, q̄a oīs medicina appropriata ęgritudini est cōtraria illi: & cōtrariū est fortius, & potētius in remouēdo suum contrariū, q̄ aliud: Tyriaca aūt nō est possibile, vt sit cōtraria oībus ægritudinibus, qm̄ ipsa de necessitate est calida sicca, qr̄ ipsa nō contrariat ægritudinibus calidis siccis. Et pp hoc iuuamentū eius ad ægritudines acutas est debile valde; imo verisimile est, q̄ in q̄busdā ledat, sicut ī calidis, et siccis: Et ideo tyriaca quamuis sit nobilior vnaquaq; medicinarū, tamen ipsa non est dignior, & melior vnaquaq; medicina in qualibet re, imo est dignior in cōmunitate iuuamentorū,

Consideratio sexta de descriptione troc. viperę.

DESCRIPTIO troc. viperæ. Natura viperę est, q̄ ipsa ī hyeme est stupida, tarda, & debilis motus, & sicut mortua: & illud pp vehemēs nocumentū frigoris: & hoc aut pp frigus cōplexionis eius, aut pp contrarietatē frigoris ad ipsam cū contrario: & nos dicemus de hoc in libro nostro de venenis. Et nō oportet, q̄ hoc animal capiat in vere, ꝑcipue ī principio eius, qm̄ tunc est multę superfluitatis: sed capiatur in fine ueris, qm̄ superfluitates istius aīalis sunt tunc iā aliqualiter remotę pp caliditatē aeris, & adhuc non sunt resolutę cōpleta resolutione. In autūno aūt, quia vipera iā in ęstate est facta acuta, et iā multiplicatę sunt superfluitates ī corpore eius pp diminutā digestionē, & iā diminuta est virtus viperæ pp diuersitatē aeris, & declinationē ipsius ad frigiditatē et siccitatē: sed in æstate ī æstu magno venenū viperæ est factū acutū, & fluxit, & ꝑmistū est cū carne ipsius viperæ, & generata est multa colera in vētribus viperarū, ideo tūc carnes ipsarū sunt malę, vituperādę, sitim facientes. Et ideo hora electa ad accipiendā carnē viperę est in fine ueris, anteq̄ vehemēs fiat calefactio aeris in ęstate, nisi tēpus veris ī illo anno sit hyemale, frigidū: tūc.n. accipiēda est caro vipere ī principio ęstatis: huiusmodi.n. tēpus est melius. Et opꝫ, vt accipiat caro eius post bonificationē cibi ipsius per aliq̄d tēpus ita, ut exhibitus sit ei ī cibo panis mūdus, bonus: & q̄ cibetur vipera existēs in vase ligneo in modū cāvę ita, vt nō ꝓhibeat motus istius aīalis, vt nō minoret resolutio superfluitatū eius: et pp hoc opꝫ, vt nō ꝓlonget istud tēpus, ne multiplicētur superfluitates ī corpore ipsius pp motū eius diminutū. Et ideo oportet, q̄ accipiat caro ipsius paucis diebus post eius venationē, et q̄ sit eius venatio seu captio in tēpore ꝑdicto. Cū aūt volueris accipere carnē istius aīalis, oportet, vt secētur seu incidātur extremitates eius. s. caput, et cauda subito, ex qualibet extremitate q̄titas digitorū quatuor, aut parū plus. Et nō fit hoc, nisi qm̄ caput, et q̄d est ei ꝓximū est domus, seu receptaculū veneni ipsius, qm̄ venenum huius aīalis ē ex superfluitatibus cerebri eius, sicut mucositas: & cauda habet multas superfluitates, qm̄ expellūtur superfluitates ad ꝑtes caudę: et ideo superfluitates istius aīalis sunt in cauda eius plurimę. Et huiusmodi q̄dē superfluitates nō euacuant a venenositate, qm̄ sunt superfluitates aīalis mali, substātię, et qualitatis ꝑniciosæ. Modus aūt incidēdi extremitates secūdū quosdā est, q̄ cauda, & caput viperæ iuxta inuicē ponatur, & sup ea ambo supponat instrumentū īcidēs vice vna ambas extremitates. Quidā vero vituperāt hūc modū incidendi, & putāt, q̄ hoc aīal ex iuxta positione duarū extremitatū ꝑdicta patiat, & calefiat, & acuatur eius venenū, et spargat ī corpus ipsius, qr̄ fiat caro eius mala. Quapp̄ dixerūt isti, q̄ vipera est ī lōgitū situāda sup tabulā ligneā, aut tabulā plūbeā, et caput eius, & cauda vnica vice incidāt cū istromēto ad hoc ꝓportionato habēte ī vnoquoq; extremo gladiū īcidentē, & ꝑ mediās īter duos gladios sit scd̄m mēsurā lōgā, aut curtā scd̄m q̄titatē abscindēdā, et scd̄m q̄titatē aīalis, quod q̄nq; est maius altero: et pp hoc mediās īter gladios duos ꝑdictos oportet, q̄ ī extremitatibus habeat foramina plura, vt īntermediās possit curtari, & ꝓlongari scd̄m exigētiā q̄titatis abscindēdæ: et cū ꝑcussione facta vnico ictu sup īntermediās incidant simul caput, & cauda viperę. Sed forte aliq̄s dicet, q̄ sicut ex iuxta positione duarū extremitatum istius aīalis accidit ira, et acuit eius venenū, silr̄ si extendat aīal sup tabulā, aut sup aliud, necessario accidit ei illud, q̄d dictū est primo de ira, et de acuitate veneni: R̄ndet, q̄ passio quę accidit huic aīali ex ꝓtēsione corporis eius est minor, q̄ illa, q̄ accidit ex iuxta positione: et illud, qm̄ extēsio istius corporis nō est diuersa multū a dispositione naturali: sed nō sic est iuxta positio extremitatū, q̄a ipsa est diuersa a dispositione naturali: Quare nō est mirādū, q̄ passio, q̄ accidit ei, tūc sit vehemētior. Et caro fęminę istius aīalis laudabilior est, q̄ caro masculi, qm̄ nā istius aīalis est sicca: et pp hoc fęmina est melior maxime illa, q̄ nō ē senex: Et fęmina q̄dē est maioris iuuamēti, q̄a est debilior, et venenū eius ē debilius. Et q̄a venenū eius ē debile, ideo ꝓ tutella, & a natura ipsius in fęmina multiplicant dētes magis, q̄ ī masculo, vt mediāte multiplicatione dentiū possit expellere a se nociuū sibi ꝓximū, sicut pōt masculus cū duobus dētibus tm̄. Et fel quidē viperę est vehemētis acuitatis, et hēt virtutē venenosā ꝑniciosā: & pp illud oportet cauere, ne fel frangat, cū viscera viperę extrahunt: qr̄ oportet ēt, q̄ vltima fiat ablutio ī vētre istius aīalis post extractionē viscerū eius, vt nō sit illic aliquid de felle. Et oportet, q̄n fiūt troc. ex hac carne post eius decoctionē, q̄ velocit᷑ exiccent tales troc. ne velocit᷑ accidat eis putredo, & corruptio, sicut accidit reliq̄s carnibus decoctis, et illud pp dispositionē carniū ad putredinē, et corruptionē pp multā humiditatē in eis existentē. Et oportet, q̄ troc. exiccentur

in vmbra, qm̄ si exponerent soli, tūc caliditas solis remoueret ab eis, seu a carne viperę virtutē, quā habet in expellēdo nocumentū veneni: qm̄ hęc virtus est pmanēs pp spūs, & similia huius existentia in hac carne: & talia sunt ex eis, quæ a sole resoluūtur. Exiccatio aūt istius carnis in vmbra est ex eis, q̄ ꝓlongātur, & fiūt in longo tēpore, & sequitur ex hoc corruptio ipsius carnis: quare aportet, ut misceatᷣ eū ea illud, qd̄ adiuuat ad velocē exiccationē. Et oportet, ꝙ illud, quod pmiscetᷣ secū, nō sit extra tēperamentū valde ita, vt noceat cōplexioni istius carnis. Illd̄ aūt, qd̄ est cōueniēs, vt pmisceatur cū tali carne, oportet, vt sit cōsuetū naturæ, sicut est panis, et similia, vt mediāte tali mistione fiat caro viperę sicut cōsueta, & p hoc remoueatᷣ eius nocumentū. Et oportet, vt talis panis sit vehementer exiccatus, vt exiccet hāc carnem: qr̄ oportet, vt sit vehementer exiccatus aut ex sole, aut ab igne: & conteratur, & misceatᷣ cū hac carne, & fiant troc. Quidā aūt madefaciūt hūc panē ante permistionē eius cū carne hac: Et plurimi ipsorū madefaciūt cū brodio istius carnis viperę post eius decoctionē: Sed totū hoc ē malū destruēs virtutē panis in exiccādo. Et pp illud oportet, vt iste panis, qñ pmiscetᷣ cū carne viperæ, sit siccus cōtritus subtiliter. Vipera aūt, ex qua sumitᷣ ista caro, oportet, ꝙ sit sana, fortis, & ꝙ sit ex specie ellecta. Cognoscitᷣ, ꝙ vipera sit sana ex forti motu eius, & ex cursu ipsius, & ex hoc, ꝙ ipsa eleuat caput: nā eleuatio capitis nō fit, nisi cū vipera est sana, fortis. Cognoscitᷣ ēt sanitas ex hoc, ꝙ qñ extrema sunt abscisa, tūc ipsa nō moriuntᷣ velociter, imo post incisionē remanēt in motu p se tēpore longo, & fluit ex eis sanguis plurimus: hoc quidē nō fit, nisi qñ alal est sanū, forte. Species aūt ellecta viperarū e, ꝙ ipsa sit coloris flaui seu ruffi, nō coloris diuersi, & nō sit habēs maculas seu notas diuersorūc olorū, neq; sit coenuta. Et opꝫ, vt accipiatᷣ talis species viperę ex loco sano, i quo nō sit multitudo aquę, neq; roris: nā viperæ, quæ morātᷣ in huiusmodi locis, sunt habētes multas superfluitates. Et silr oportet, vt non sint morantes iuxta aquas stātes, neq; iuxta aquā salsam, qm̄ viperæ, quæ sunt ibi, habēt malā carnē sitim causantē: Et silr viperæ, quæ morātur sub arboribus glādiū, & similiū. Decoctio aūt istius carnis fiat in vase ferreo cū modico uino, et aluminis: et sit secdm q̄titatē, quę sufficiat pro decoctione carnē bene coquēte: & qñq; ponitᷣ cū ea aliquid de oleo: et fiat decoctio super ignē lenē ęqualē absq; fumo, sicut sup prunas uel carbones ignitos. Et cū talis caro p decoctionē puenerit ad hoc, ꝙ facilr̄ ab ossibus eius separetᷣ, tūc accipiatᷣ, & pmisceatur cū ea, quod dictū est. Et operās illud inungere debet, & linire os suū, & nasum suū prius cū oleo balsami, & odorare eius odorē, vt per illud expellatᷣ nocumentū veneni carnis viperę, & qualitates venenosæ ipsius. Et oportet, ꝙ mortariū, & pistellū, quo contūditur hæc caro, sit vltime ablutum, & bene exuccatū, & bene tersum. Quātitas vero panis, quę cū hac carne poni debet, secūdū quosdā debet esse ad medietatē eius: Et dicitur, ꝙ debet esse sicut tertia pars eius. Et ex tali quidem mistura fiunt troc. qm̄ velocius exiccantᷣ, q̄ pillulę. Et oportet quidē, vt huiusmodi troc. sint grossiores in extremitatibus, q̄ in medio ipsorū, qm̄ extremitates eorū magis occurrunt exiccātibus & mediū semp fugit humiditatē ab extremis circuētibus, qr̄ ad ipsum mediū nō acceleat exiccatio, sicut i extremitatibus.

Consideratio septima de descriptione troc. squillę.

DESCRIPTIO troc. squillę &c. Hęc medicina ponitur in tyriaca pp iuuamentū eius contra venenū. Et sicut declarauimus in sermone nostro de simplicibus, reperitur quędā species eius perniciosa, et oportet, vt ab ea caueatur. Oportet etiā, ꝙ tale cepe squillę, quę ponitur in his troc. sit humidū seu recēs, nō siccū: nā virtus sicci est iā debilitata, & resoluta pp resolutionē humiditatis eius. Et si quis cōtradicat sic dicēs: Si virtus medicinarū siccarū est debilis, tunc dignius est, ꝙ oēs medicinæ, quę administrantur, essent humidæ seu recētes, & tamen non est ita. Rñdetur, ꝙ ex medicinis quędā sunt, in quibus est humiditas multa: & huiusmodi melius est, ꝙ administrentᷣ sicca, vt humiditas earū iā sit contēperata: quæ aūt nō sunt ita, melius est, ꝙ administratio earū sit ante earū exiccationē. Et oportet, vt elligatᷣ squilla humida, quæ sit ponderosa, qm̄ huiusmodi ponderositas nō est, nisi ex multa materia, quę est in substātia ipsius: et pp hoc ē fortioris virtutis: sed nō sic est illa, quæ ex laxa, & raræ substantię, qm̄ ipsa est leuis sine dubio: quare materia i ea est pauca: & sequitᷣ ex hoc, ꝙ virtus eius sit debilis. Et oportet, vt squilla huiusmodi non sit magna valde, qm̄ magnitudo eius nō fit, nisi ex hoc, ꝙ ꝓlongata est ipsius permanentia in terra: qr̄ debilitata est virtus ipsius, qm̄ tunc ipsa est sicut decrepita: sed nō sic est illa, quę est mediocris q̄titatis, qm̄ ipsa est sicut iuuenis, quare virtus eius est fortior. Si vero magnitudo ipsius esset pp bonitatē terrę, in qua nascitur, & pp multā materiā, tūc illa, quæ est magnæ q̄titatis, esset conueniētior. Et oportet, vt color istius squillæ sit splēdidus, & sapor eius sit dulcis cū acuitate, qm̄ illa, quę habet talē saporē, est magis ꝓportionata naturę, q̄ illa, quę est vacua a dulcedine. Et oportet, ꝙ isti troc. fiant nō ex squilla cruda, qm̄ cruda est vehemētis acuitatis, corrūpens sanguinē de necessitate, qa ipsa est vehemēter excoriās: & nō facit hoc, nisi qa adurit sanguinē corrūpens eius cōplexionē. Et ideo oportet, ut fiant troc. ex hoc cepe post eius assationē, qm̄ assatū est melius, q̄ elixum, quia elixatio tribuit ei sine dubio humiditatē superfluā ab aquositate, in qua elixatᷣ: & hoc est ex eis, quę disponūt ad corruptionē. Et oportet, vt ista assatio fiat, absq; ꝙ eius corpus obuiet igni, aliter consumeretur humiditas eius naturalis: ideo oportet, vt talis assatio fiat cū ingenio ita, vt inter corpus cepe, & inter ignem intermediet aliquid: Et melius est, ꝙ tale intermediās sit aliud a luto, qm̄ lutū, postq̄ ignis impresserit in ipsum, est fortis exiccationis, qr̄ assatio facta cū luto minoraret multū de humiditate squillę: quare oportet, vt fiat assatio ista, postq̄ cepe prædictum inuolutū fuerit cum pasta farinę fermentata, qm̄ ista minus exiccat, q̄ lutū: quare illic non penetrat eius exiccatio ad humiditatē radicalē istius squillæ: sed non sic facit lutū. Et oportet, vt ignis nō sit vehemens, ne ab eo fiat exiccatio multa: deinde ipsa assata pistetur seu teratᷣ bene, & pmiscetᷣ cum farina horobi. Et nō debet permisceri cū pane exiccato, sicut fit in troc. viperę, quia quod pmiscetᷣ cū hoc cepe, oportet, ꝙ sit vehementioris exiccationis, q̄ sit exiccatio panis: sed non sic oportet in troc. viperæ, qm̄ cepe est ex summa radicū grossarū: & hęc nō euacuantᷣ ab humiditate superflua, quia radix nō est grossa, vt capiat materiā, q̄ stet in ea, quousq; digeratur, tunc. n. conueniēs est ꝓ nutrimēto plantæ, pcipue istius cepe, qm̄ per cōparationē ad plantā suā est vehemēter grossitiei valde, & pp illud necessariū est, ꝙ sint in ea humiditates superfluæ multę valde: & huiusmodi humiditates necessario sunt crudę: qm̄ si essent digestę, penetrarent ad plantā pp eius nutricationē, & separarentᷣ ab his radicibus: Et pp hoc humiditas, quæ remaneret in istis radicibus, et similibus, oportet, ꝙ sit cruda. Et cum ita sit, necessarium est, ꝙ sit talis humiditas pręparata ad corruptionem: & sequitur ad illud corruptio eius, in quo est ipsa: quare oportet conari i extractione talis humiditatis ab hoc cepe: & pp hoc oportet, vt illud, quod pmiscetur cum eo, sit adiuuans ad maiorē, & velociorem exiccationem, q̄ sit illud, quod miscetur cum carne viperę: Et ideo melius est, vt sit farina horobi. Et oportet, ꝙ talis farina sit ex horobo nouo, qm̄ vehemens est exiccatio horobi antiqui, quæ non solum exiccant humiditatem extraneam cepe, immo etiam pertransiret ad exiccandum humiditatem ipsius naturalem.

Consideratio

Consideratio octaua de descriptione troc. alandaruchun.

RECIPE cepe &c. Antiqui fecerũt diuersas descriptiones istorũ troc. Princeps aũt Auicẽna ponit hanc descriptionẽ: sed nos nõ videmus, ꝙ ista descriptio istorum troc. sit alia nobilior, et fortasse declarabimus hoc in libro nostro de tyriaca. De complexione autem tyriacę, & aliarum medicinarũ compositarũ iam diximus in libro secundo Auicennæ, qualiter graduari debeant medicinæ compositę: & tu illuc recurre. Residuum istius expositionis super quintum canonem non inueni in arabico.

Tractatus de ponderibus, & mẽsuris ex arabico in latinum traductus per Andream bellunensem.



Onsideratio quidẽ põderis est, vt p ipsum ponaẽ ęqualitas īter duas substãtias homogeneas, aut non homogeneas. homogenęę, aũt sunt illę, quę sunt similes in leuitate, & grauitate, subtilitate, & spissitudine, sicut aurũ, & argentũ, & ferrũ: Non homogeneæ, vero sunt, quę nõ sunt ita similes, sicut ferrũ, & lana. Et qm̃ corpus, quo aliquid ponderaẽ, est diuersum secundũ diuersitatẽ gentiũ, & climatũ, & idiomatum: Quare oportet, vt illud, qd̃ in hoc est fundamentũ, seu vt illud, ad quod oĩa in hoc reducũtur seu resoluũtur, sit res naturalis, cuius quãtitas in hoc nõ diuersificaẽ oĩno, & ponaẽ ipsa metrũ, & ymago, super quod fabricãtur oĩa pondera. Quare cõueniẽs est, vt illud sit granũ ordei. Dicamus ergo, quod huiusmodi granũ qñ multiplicaẽ vicibus quatuor, tũc ex illo resultat alkirat seu kirat, qd̃ est granũ carubiæ scemi. Qñ vero multiplicaẽ kirat tribus vicibus, tũc resultat aldanich seu danich. Et cũ multiplicaẽ danich sex vicibus, tũc ex illo resultat dragma. Et qñ multiplicaẽ dragma uicibus pluribus secundũ diuersitatẽ cõueniẽtię gentiũ ĩ hoc, tũc resultat vncia: Nã apud quosdã vncia resultat ex dragma nouẽ vicibus multiplicata: apud quosdã vero resultat vncia ex dragma decẽ vicibus multiplicata: Et apud quosdam resultat ex pluribus, quã decẽ. Et ex multiplicatione qdẽ vnciarũ resultat libra maior, aut minor scd̃m maioritatẽ, et minoritatẽ unciarũ. Et ex multiplicatione qdẽ librarũ maiorũ, aut minorũ resultat alchantar seu chãtar maius quidẽ, aut minus secũdũ maioritatẽ, aut minorationẽ librarũ, ex quibus resultat alchantar prędictũ. Et nos quidẽ dicemus in hoc tractatu põdera medicinalia, quę magis sunt in vsu, & quę ab antiquis sunt ordinata in libris suis. Et qm̃ in pluribus ponderibus cadit diuersitas multa in regionibus, & idiomatibus, sicut patet in libris physicorũ arabũ, & grecorũ: quare oportet, vt nõ sit festinatio in ponderãdo, donec versificaueris quãtitatẽ ipsius ponderis. Cumq; illud fuerit tibi dubiũ, tũc vtere ĩ eo rõe artificiali circa illud, quod de medicina oportet exhiberi: & tũc eligere pondus minus, seu & tũc declinare cũ iudicio ad põdus minus pducit ad illud, quod est conueniẽs. Pondera igitur medicinalia, quę magis sunt in vsu, sunt sicut kirat, quod sicut sciuisti, est põdus quatuor granorũ ordei: & danic est tria kirat: dragma vero est pondus sex danic: Et metechal est dragma vna, & media, & grana tria ordei: granũ vero est granũ ordei vnũ, & medietas eius, & est tertia pars grani carubie: Darchami est metecal vnum. Althosugi vero seu tosugi est grana duo, & medietas grani. Alnua, quod latine dicitur os fructus, est sex kirat. Alastar seu astar est dragmę vi. & danich duo. Bõdacha apud quosdã est dragma i. sed apud quosdã alios est põdus metechal i. & tertia ipsius. Alabachale seu bachale est secundũ tres species. s. bachale greca, alexandrina, et egiptia. Greca quidẽ est pondus xxiiij. granorũ ordei. Alexãdrina vero est kirat viiij. Egiptia est xxviiij. granorũ ordei. Altormose seu tormos est duo kirat. Algiauzi seu giauzi est secundũ duas species. s. absoluta & regalis: Absoluta quidẽ est pondus septẽ darchami: regalis vero est pondus sex darchami. Quantũ capere possunt digiti est duo darchami. Quantũ capere potest volamus est sex dragmę. Sathel est dragmę vi. Auchie .i. vncia est metechal vij. s. & est dragmæ xx. & quinq; septimę partes vnius dragmę. Alrothol seu rotol, i. libra medicinalis est dragmę cxxviij. Durach est librę iij. Heames est librę. v. & quinq; astar. Almen seu men .i. emina est secũdũ species qnq;. s. anthiochena, & greca, alexandrina, et emina aromathorũ, et emina iudaica: Antiochena qdẽ est vncię. xvi. Greca vero est vncia i. Alexandrina aũt est vncię. xxx. Emina aromathorũ est vnciæ. xxij. Iudaica vero emina est sacheles quinquaginta: & sacheles est xx. abolus seu athulus: Abolus seu Athulus vel alatulus est kirat iij. Alchid autem & diuidiẽ in duas diuisiones: qddã. n. ex eo administraẽ ĩ substantia sicca: & quoddam ex eo administrantur in substantia humida: & illud, quod administratur in substantia sicca, est notum secundum idiomata, et regiones. Et illud sicut mensura, quæ dicitur almechuch apud habitantes ciuitatem Halep. Et mensura dicta alardeb apud Egiptios. Et mensura, quę dicitur algarara apud Damascenos. Et mensura, quę dicitur alsenbel apud ciuitatem Hama: & ita de alijs mensuris. Sed mensuræ, que administratur in substantia liquida, sunt multæ species: & illud secundũ idiomata, & regionea. Verũ illę, quę in hoc loco debentur commemorari. sunt, quas nos describemus. Dicamus ergo ex illis, ꝙ almhacha seu mhalacha est secundũ duos modos: vnum eorum est, quod conuenit melli, & est pondus iiij. metechal: alterũ vero conuenit medicinis, & est pondus vnius metachal. (Mhalacha. i. coclearium.) Chuthuli etiam est secundum duos modos, quorum vnum cõuenit oleo, & est pondus vnciarũ. vi. alterũ vero cõuenit vino, et est põdus vnciarũ x. Alsachrugie est secundũ duos modos. s. magna, et parua: magna qdẽest vas cõtinens nouẽ vncias: parua vero continet sex vncias. (Alsachrugie. i. scutella.) Alchost seu chist vel kest est continens xx. vncias. Giara idest idria est etiam secundũ duos modos. s. magna, & parua: magna quidẽ cõtinet xxiiij. chost. pua vero cõtinet iiij. chost. Abrich cõtinet duas eminas. Alchuzi est duarum specierum, quarum vnũ attribuitur oleaginibus, & est pondus xxxxviij. astar: & alterum attribuitur vino, & continet lx. astar, & durach. Et dixerunt quidã, ꝙ durach est pondus librarũ iiij: sicut supradictũ est: alij vero dixerunt, ꝙ est pondus librarũ. iij.

A B C D E F G H I K L M N.

Omnes sunt terniones pręter N quaternionem.

Venetijs apud Cominum de Tridino Montisferrati, Anno Domini M. D. XLVII.